nes illectas præterijt. De priscis ecclesiæ doctoribus tantũ cognitionis adeptus fuerat.
quãtũ credere difficile ẽ: etiam in eo qui in ip̃is solũ euoluendis totum vitæ tempus cõ-
Neoterici parisiensiũ stilus
sumpsisset. De neotericis vero theologis qui eo stilo sũt vsi/ quem Parisiensem vulgo
nuncupant tm̃ iudicij apud eum residebat/vt si quis ex improuiso abstrusam illorꝫ cu-
iuspiam/maleq̃ explicitam /quæstionem enucleandã petijsset: tanta ingenij fertilitate
adaperiebat/tanta solertia referabat/vt diceres doctoris illius vniuersa dicta præ oculis
& in numerato habuisse/cũctasq̃ pari modo familias agnouerat: cunctas scedas excus-
serat: nec vni illorũ sic addictũ credas (qui nostris hominibus mos ẽ) vt cæteros asper-
naretur. Ipse enim a teneris sic institutus fuit: sic animatus: vt ĩ illis veritatem quæreret
pariq̃ honore: quousq̃ illa elucesceret inuenta: quoscũq̃ veneraretur priuata affectiõe
nudatus: quid tamẽ de singulis sentiret: qui in vniuersum famosiores habentur: ĩ Apo
logiæ procemio: cũ de barbaris: græcis: latinisq̃ phylosophis: ꝓprietates: peculiaresq̃
Thomas aquinas.
laudes retulerit: videre datur. Thomam vero aquinatem quando inter loquendum de
his phylosophis theologisve: qui gallico more disceptando scripsere: mẽtio fieret præ
omnibus laudare consueuerat: vtpote solidiori præ alijs veritatis basi nitentem: Eum
quoq̃ in heptaplo nostræ theologiæ splendorem nominat. De hoc percũctatus creber
rime: & a me ip̃o: idem respondit. Nec oppositum suadere cuiq̃ debent nonnulla quæ
in eius apologetico cõtinentur disputanda: alioquin Thomæ opinionibus ex professo
Gorgias leontinus.
aduersantia cum iuuenis admodum esset: gloriæq̃ tũc cupidus: in vrbe celebratissima
Gorgiæ leontini more: quascũq̃ tutando patris famam aucuparetur. Adde q̃ ex decẽ
millibus propositionum tribus tm̃ aut quattuor non consentire: sed & aduersari id nõ
conuincũt. Disceptandi porro peritissimus fuit: frequenteq̃ & impensissimam operã

litterariis agonibus: dum ferueret animus impedit. Eo obiectam te facile: Scoti acumẽ Scoti acumen.
& vigilantiam: Francisci acrimoniã: copiam & multitudinem areoli deprehendere: po
tuisses; nec deesse nodos illos multiplicibus flexionibus complicitos; nec tam titillanti Aureolus
bus argutiis: ꝙ grauitate subnixos. Eo respõdente Thomæ fortitudinem & robur: Al
berti amplitudinem conspexisses. Verum his conflictibus nũcium pridem remiserat;
& magis atq; magis id muneris indies perosus fuerat; adeoq; detractabat; vt Herculi Hercules
estensi Ferrariensiũ: duci: & internunciis: & seipso enixissime postulãti. Vt dum gene estensis.
ralis prædicatorum fratrum Synodus Ferrariæ celebraretur: disceptare non ægreferret
diu obsequi reluctatus fuerit; multis tamen rogatibus annuẽs principi illi cuius amor
in ipsum non mediocris extiterat morem gessit. Vnde datum ẽ ambigi solertior ne an
eloquentior: Doctior an humanior appareret. Ex ore quidem disceptãtis ralis semper
animi patebat alacritas; vt de re comi/& placida potius: ꝙ subacida & difficili altercari
videret: quapropter qui ab ore pendebant audientes: in mirum eius amorem excitabã
tur. Sed frequens ei adagium inerat: munus id esse dialectici; non phylosophi. Aiebat Adagiũ:
item eas disputationes prodesse; quæ placido animo ad vestigandam perquirẽdãq; ve
ritatem priuatis in locis; semotisq; arbitris: exercebantur. At illas obesse plurimũ quæ
in propatulo fiebant; ad ostendendã doctrinam vel ad captandã vulgi auram: atq; im-
peritorum applausum: Vixq; posse fieri omnino censebat; vt honoris cupidini; ꝗ fron
tiuagi illi disputatores exagitant; inseparabili vinculo annexus non sit illius cum quo
disputatur desideriũ infamiæ confusionisq;: letale vulnus animæ venenũq; charitatis
mortiferũ; latuit eum nihil omnino: ꝗd pertineret ad captiunculas: cauillasq; sophista- Captiũculæ
rum & suiseticas quisquilias; quæ calculationes vocant: hæ mathematicę cõmentatio sophistariũ.
nes sunt/subtilioribus/ne dixerim an morosioribus excogitationibus naturalibus ap Suisecicæ
plicatæ. Verum & si in eis esset eruditus: ac eiusmodi scriptiones legisset: quas forte ad Quisgliæ.
plenum nõ nouit italia (Nulla eñ tam inuia & inaccessa litterarũ reperiri poterant: quæ
illius vestigio lustrata abunde explorata non essent) odisse tamẽ & detestari videbatur.
Valere meo iudicio earum cõmunem vsum animaduertens: ad sociorum parandã in-
famiam labefaciandamq; in replicando memoriam: veritati vero inueniẽdæ: cui inde-
fessam operam nauandam arbitrabatur; aut nihil; aut parum cõducere. Sed ne plura cõ
secter: lectoremq; detineam; comprehendam breui. Enituit aliquis eloquentia; sed in
scitia rerum naturæ secretarũ dehonestatus est. Alius peregrinas linguas. Sed vniuersa
phylosophorum decreta non calluit; priscorum alius inuenta perlegit; non noua dog-
mata concinnauit; scientiæ ab altero hominum tm̃ & humanæ gloriæ causa nõ christi-
anæ rei pub. emolumento/& diuinæ/& humanæ quæsitæ sunt; Ille vero cũcta hæc pa
ri studio ita complexus fuerat: vt turmatim & coaceruatim in eum confluxisse viderẽ-
tur: nec vt multi qui non aliquo vno excellentes; omnium participes sunt. Sed in om-
nibus vsq; adeo profecerat scientiis: vt quamlibet ex his in ipso considerasses: eam sibi
propriam & peculiarem elegisse iudicauisses: hæc quoq; eo admirabiliora erant. Cum
a sei pso vi ingenii/& veritatis amore/quasi absq; præceptore assequutus esset: vt qua
si de ipso: illud quod de se dicebat epicurus: possimus proferre. Se sibiipsum scilicet fu
isse magistrum. Ad quos mirabiles effectus tam paruo temporis spacio producendos:
quinq; ego causas conuenisse repperi/incredibile ingenium/tenacissimam memoriã/ Quinq; causæ rã mirabilium effectuum.
facultates amplas: quibus ad coemẽdos tum nostræ: tum græcæ: tum barbarę linguæ
libros adiutus ẽ. Septem quippe aureorum nummũ milia rettulisse mihi memoria re-
peto: in asciscendis sibi vsq; ad diẽ illam: omnifariæ litteraturæ voluminibus/erogasse:
iuge & infatigabile studium contẽptionem postremo terrenarum rerum. Hunc igitur Septẽ aureorũ nũmum milia i cõparãdis libris erogata.
si prisca illa ætas laconum tempore protulisset. Si Aristoteli credimus diuinum illũ vi-
rum appellauisset. Sed virtutes intellectus iam (vt arbitror) relinquẽdæ videtur: & nũc
præclaræ eius animæ partes; quæ actiones spectant prosequendæ: exactissimiq; mores
in publicũ educendi sunt; vt flammatus ipsius in deum animus innotescat; vt erogatæ

in egenos diuitiæ collaudentur: vt his qui tandē diuinæ legi sunt addicti; referendi gratias in bonorum omniū auctorem q̃ cumulatissime/paretur occasio. Triennio igitur priusq̃ diem obiret; vt posthabitis dominandi curis in alta pace degere posset securus quo sceptra caderēt. Cuncta patrimonia quæ Mirandulæ Cōcordięq; possidebat: hoc est tertiam partem earum mihi nescio an dono; an vēditione tradidit. quod factū postea Maximilianus Augustus, qui nobis ē rex & dominus; vt ita dixerim īmediatus (neq; enim alium tot sæculis; quot est exædificata Mirandula atq; Concordia nisi qui successiue in regali imperialive Romanorum throno consideret recognouimus) cæsarea

Erogatio in pauperes

liberalitate firmauit; Quicquid autem ex hoc negocio pecuniarum acceperat partim pauperibus elargitus est; partim in emendis agris; Vnde & ipse & eius familiares alerētur exposuit; nominatimq; corbulas in agro Ferrariensi multis aureorum milibus nūmum sibi comparauerat. Multa itidem vasa argentea preciosasq; suppellectilis partes

Mediocris mensa

in pauperum vsus distribuit. Mensa mediocri cōtētus fuit retinente tamen nōnihil lautitiæ prioris; quantū ad fercula; & ad vasa argētea pertineret. Diebus singulis preces ad deū suis horis effundebat. Pauperibus semper siq occurrerāt pecunias tribuebat; nec eo contentus Hieronymo beniuenio ciui Florennno litterato homini quem pro magna in ipsum charitate; proq; morum integritate dilexit plurimum demandauerat; vt ꝓprijs pecunijs semper subueniret egenis. Nuptum quoq; virgines traderet; eiq; statim vt erogatos nummos q̃ primum restituere posset renunciaret. Id enim muneris ei delegauerat; quo facilius veluti fido internuncio pauperum ciuium calamitates & miserias; quæ ipsum latuissent releuare quiret. Dedit & sæpius (quod silentio prætereūdum

Hierony. Proprium corpus cæsum flagris.

nō puto) de corpore proprio elemosynas. Scimus plerosq; (vt verbis vtar Hieronymi) porrexisse egentibus manum. Sed carnis voluptate; & illecebris superatos. At ipse propriam carnem diebus illis potissimum; qui christi cruciatus & mortem nostræ salutis gratia repræsentant/in summi illius beneficij memoriā; delictorūq; expiationem cedebat meisq; oculis sæpius (cuncta in dei gloriam redeant) flagellum vidi. Vultu hilari semper

Vultus hilaris. Mitis natura.

erat & placido; adeoq; miti natura/vt nunq̃ se fuisse turbatum; multis etiam audientibus testatus sit. Recolo mihi interloquendū dixisse in nullum euētum (vt res pessime

Constantia animi.

cederent) ira cōmoueri posse credere; nisi scrinia quædam deperirent; quibus elucubrationes eius & vigiliæ reconditæ stipabātur; Sed cum animaduerteret pro deo optimo

Quinq; linguarum notitia.

maximo eiusq; ecclesia laborare, eisdemq; omnia opera studia; actionesq; dedicauisse; & id fieri minime posse; nisi aut eo iubente; aut ꝑmittente. Confidebat se non contristatum iri; o fœlicem mentē; quæ iam nullis posset aduersis deprimi nullis quoq; cōmodis (vt palam fiet) extolli. Non illū certe vniuersæ phylosophiæ peritia; non hebrææ nō chaldeæ; Arabicæq; linguæ. Vltra latinam & græcam; cognitio tumidum reddiderāt. Nō etiam amplæ diuitiæ; nō generis nobilitas inflauerant; non corporis pulchritudo & elegantia. Non magna peccandi licentia in mollem illam; & spatiosam multorū viam; reuocare poterant Quid igitur poterat esse tam admirabile; quod illius quiret mē

Seneca

tem ꝑuertere; quid inq̃ supra illum esse poterat; qui (vt verbis Senecæ vtar) supra fortunam erat. Cum illam siue secūdis flatibus tumidam siue aduersis reflatibus humilē; aliquando contempserit; vt eius mens christo & supernæ patriæ ciuibus spiritali glutino copularetur; quod vel hoc argumēto liquido ꝑcipitur. Quod dum ecclesiæ officia

Nota bene

& dignitates a plerisq; nostri temporis (proh dolor) licitatas auctionatasq; non paucos

A duob[us] regibus oblatæ dignitates & reiectæ. Diuitiæ ꝓpter deū & propter studia neglectæ

videret expetere; flagitare; suspirare; enixissime mercari. Ipse a duobus regibus per iter nuncios oblatas; testes adsunt grauissimi; testis ego se sacris iniuari nolle respondens; repudiauit; Alter vero quidam cum sæculi dignitates; & amplos reditus/se daturū spopondisset; si regem eius adiret; conspicatus angelum non relinqui in quem se conderet ademptaq; esse cuncta suffugia; tale illi dedit responsum; Vt intelligeret se non dignitates; aut diuitias expetere. sed potius/vt deo & studijs vacare posset; illas neglexisse. Ferrariæ quoq; cum ex amicis quidam Pandulpho collenutio pisaurensi iurisconsulto; pe

ſpicacis ingenij viro: & multifariæ lectionis quo amico familiariſſime vtebatur: ſuaſiſ-
ſent: vt eum adduceret quibuſcunqꝫ rationibus poſſet ad cardinalatus dignitatem pe-
tendam: vel certe ſi eam pontifex offerret (quod multis futurum videbatur) amplectē-
dam. Idqꝫ Pandulphus ſubhæſitans pertētaſſet: quippe qui non ignarus eſſet. Omnia
illū malle: ꝙ huiuſmodi honoribus cōmiſceri: ipſe qua erat animi magnitudine reſpō-
deri protinus propheticum illud: per epiſtolam iuſſit. Non ſunt cogitationes meæ: co-
gitationes veſtræ contemplans forte de bonis eccleſiæ: quorum pars maxima pauperi
bus hæreditario iure debetur: magnificos ducere apparatus non oportere. Sanctiſſi-
morum item hominum exempla ante oculos poſita. Ambro. ſcilicet Auguſtini: Mar
tini cæterorumqꝫ qui epiſcopatus dignitatē oblatam effugerunt. Diuqꝫ id muneris an
teqꝫ obirent detractauerūt. Quid quod & non modo ab cardinalatu ipſo: Sed & ab ſu-
prema ſummi pōtificij poteſtate ſanctiſſimum Celeſtinum ſe abdicaſſe legerat: ipſūqꝫ
totius chriſtianę reipublicæ humeris onus excuſſiſſe: onus vere cum ſubeuntibus ma
ximum paretur præmium inuitis ſcilicet & parendi tantum iuuandiqꝫ gratia illud am
plectentibus perſuaſiſſimum erat: viro phyloſopho non eſſe laudis cumulaſſe diuiti-
as: non quæſiſſe honores: ſed renuiſſe. Et vmbratilem renuendo gloriam veram adi-
piſci quæ ſemper virtutes ceu comes indiuiduā & aſſecla comitatur. humanam glori-
am vel pro nihilo habebat. Aiebatqꝫ ſæpius famam viuis non nihil mortuis minime
profuturam: tantumqꝫ propriam eſtimaſſe doctrinam agnouimus: quantum vtilitati
eccleſiæ: & eliminandis: explodendiſqꝫ aduerſis erroribus conduceret: quinetiam ad
eam perfectionis metam perueniſſe percepimus: vt ſcilicet parum curaret: ſi eius com-
mentationes non ſub proprio nomine publicitus ederentur: dum tamen id ipſū quod
ſub Pici nomīe facturæ fuerant: afferrent hominibus emolumenti: minimumqꝫ alijs
amplius affici libris: præterqꝫ veteri nouoqꝫ teſtemēto ætatiſqꝫ reſiduum in eis ſemper
voluendis: conſumere ſtatuiſſe: niſi publica eum ſtimularet vtilitas: cum videret tot/
& tanta quæ conceperat: & parturierat: paſſim ab omnibus non efflagitari modo: ſed
& immatura exigi. Minutulumqꝫ quantulūcunqꝫ deuoti/vel ſeniculi/vel aniculæ af-
fectum in deum/pluris ꝙ omnem eius humanarum diuinarumqꝫ rerum noticiam fa-
ciebat. Admonebatqꝫ ſæpiſſime familiares interloquendum: Vt animaduerterēt quā-
tum laborant nutentqꝫ mortalia: quāqꝫ caducum & fluxum quod viuimus: ꝙ firmum
& ſtabile quod ſumus futuri. Siue ſcilicet detrudamur ad inferos. Siue ſubleuamur ad
cælos: hortabaturqꝫ: vt ad deum amandum converterent & incitarent mentes: quod
opus præponderaret cuicunqꝫ: quā in hac vita habere poſſemus cognitioni: hoc etiam
in libello ipſo de ente & vno luculentiſſime eſt exequutus: quando ad Angelum politi
anum: cui librum nuncupauit in ipſa diſputatione: conuerſus hæc verba effatus fuerit.
Sed vide mi Angele: quæ nos inſania teneat: amare deum dum ſumus in corpore plus
poſſumus ꝙ vel eloqui: vel cognoſcere: amando plus nobis proficimus: minus labora
mus: illi magis obſequimur: malumus tamen ſemper per cognitionem nunqꝫ inueni-
re quod quærimus: ꝙ amando poſſidere id quod non amando fruſtra etiam inuenire-
tur. Illud quoqꝫ diui Franciſci: tantum ſcit homo quantū operatur: illius in ore frequēs
fuerat. Cæterum liberalitas ſola in eo modū exceſſit: tantūqꝫ aberat: vt aliquid curæ ter
renis rebus apponeret: vt etiam incurioſitatis neuo macularetur. Ab amicis quoqꝫ ſæ-
pius admonitum comperimus: vt in totum diuitias non cōtemneret. Aſſeuerantibus
id ſibi probro dari: cum vulgatum foret: ſiue id verum ſiue falſum: furti diſpēſatoribus
ꝓbuiſſe occaſionē nihilominus mens illa: ꝙ ſemꝑ cōtemplandis: ꝑſcrutādiſqꝫ totius na
turæ cōſilijs inhærebat: demittere ſe facile nō poterat: ad hæc infima abiectaqꝫ pēſiculā
da. Memini dū Ferrariæ cū eo ouerſarer: obſonatorē pagella quadā oblata expenſaꝶ
approbationē expetere: ꝗ viſo mirabūdus extiti: ꝑcunctatuſqꝫ illum mentem ne ad id
ꝗd retroactis tēporibus neglexerat: appoſuiſſet: reſpondit familiaris: non modo ab eo
efflagitaſſe: ſed exegiſſe: vt id ſubiret officij: quibus vt morē gereret factitauerat: tantū

Ambro. Auguſti. Martinus Celeſtinus

Cōtemptor hūanæ gloriæ.

Nota

Vera chriſtianæ mentis inſtituto

Quod de amando & cognoſcēdo deo ī hac vita iudicarit.

Elogiū ꝗd in ore habebat frequēs

Liberalitas nimia

vero curæ: quantum prius habuisse. Quineriã dum eius dispensator primarius: eum interpellasset: vt eius pecuniarum quas per multos annos contractauerat dispunctionem fieri iuberet: quo securius menti suæ consuleret. Atq; eiusmodi libros coram attulisset talia eidem verba respondisse percepimus. Scio me q; sæpissime abs te & potuisse & posse fraudari. Quapropter liberatione expensarum harum opus non est. Si tibi debeo q; primum nummos exoluam. Si mihi debes vel in præsentia/si potes: vel ĩ postetum: si non adest facultas debita telue.

In amicos beneuolẽtia

Amicos vero semper multa indulgẽtia tractauit/quibus cum hortatorijs ad beneuiuẽdũ locutionibus vti solebat. hominem noui qui dum eius doctrina fretus & fama secum loqueretur: & haberetur sermo de moribus duobus tm̃ ipsius verbis cõmotum: vt via viriorum deserta mores reformauerit.

Duo saluberrima remedia aduersus vicia

Verba fuerunt eiusmodi. Si christi mortem nostri amore perpessam præ oculis haberemus: propriam quoq; itentidem cogitãdo caueremus a vitijs Mostediam & comitatẽ in eos admirabilem exhibuit: quos non a viribus: aut fortuna probatos: sibi deuinciendos duxerat/sed a moribus & doctrina: eos tamen qui quãtulũcunq; pollerent litteris vel saltem bonarum artium studijs: nauos aptosq; inspiceret/diligere consueuerat.

Similitudo amoris causa.

Similitudo nanq; amoris est causa: & erga sapientem virum: vt teste Philostrato: Apollonius inquit: affinitas quædam est: scientiam quoq; perficere hominem: qua homo est: perfecta vero bonitatẽ consequi superaliosq; probos esse diligendos non ambigitur.

Horatius.

Cæterum nihil ei intolerabilius q; (vt verbis Horatij vtar) superba ciuium potẽtiorum limina. Militiam quoq; sæculi & coniugale vinculum perosus fuerat: interrogatusq; ĩ teriocandum quid ei ad alterum subeundum onus: ferendumq; & necessitate cogente & optione data/leuius videretur: hæsitabundus aliquantulũ: nutabũdusq;: necnon pauxillum subridens: coniugium respondit cui non tantum esset & seruitutis annexum: & periculi quantum militiæ: libertatem enim supra modum dilexerat: quam & natura sic affecta: & phylosophiæ studia suggesserant.

Libertas animi.

Vagumq; ob id plurimum extisse illũ autumo: nec propriam sibi vnq; sedem delegisse: licet Florẽtiæ sæpius: & Ferrariæ quandoq; commoraretur: quarum alteram ciuitatem sibi quasi domicilium præstituisse putauerim: quod scilicet in ea post Bononiam primum litterarum studia coluerat: illiusq; princeps eum mirifice diligeret. quadãq; veluti affinitate coniunctus: Vtpote ex cuius ego sorore scilicet Blancha Maria Estensi natus sim / nec etiã longe nimis esset a patria/quãdo triginta tantũ passuum milibus ab Mirandula oriẽtem solem versus Ferraria distet

Blancha Maria estensis.

Alteram siue aeris amœnitate: siue pluriũ amicorum suauitate: siue ingeniorum subtilitate dilexit plurimum: & incoluit: quos inter linetario amore duos sibi potissimum deuinxit Angelum scilicet Politianum virum græce: latineq; doctissimum: necnon variarum litterarum florum refertũ: ac prope vindicem Romanæ linguæ: Alterum Marsilium ficinum Florentinũ hominem omnifaria litteratura redolẽtem. Sed maximum ex his qui nunc viuunt: Platonicũ: cuius opera in academicis sibi vendicandis: vsus fuerat.

Angelus politianus

Marsilius ficinus

Exterioris latriæ cultus non multum diligens fuerat: non de eo loquimur quem obseruandum præcipit ecclesia (gestasse hunc quippe præ oculis eum vidimus) sed de his cerimonijs mentionem facimus: quas nõnulli posthabito vero cultu dei: qui in spiritu & veritate colendus est: prosequuntur/& prouehunt. At internis affectibus feruẽtissimo deum amore prosequebatur. Interdum etiam alacritas illa animi propemodum elanguescebat/& decidebat: Maiori quandoq; nixu vires assumens: adeoq; ĩ deum exarsisse illum memini.

feruor amoris in deum

Vt cum Ferrariæ in pomario quodam de christi amore colloquẽtes longis spatiaremur ambulacris: in eiusmodi verba proruperit. Tibi hæc dixerim/in arcanis recondito. Opes quæ mihi reliquæ sunt absolutis: cõsummatisq; elucubrationibus quibusdam egenis elargiar: & crucifixo munitus: exertis nudatisq; pedibus: orbem peragrãs: p castella: p vrbes: christũ prædicabo: accepi postea illum mutauisse propositũ: & p̃dicatorum ordini se addicere statuisse interim eorum quæ cõceperat operum quæq; inchoauerat maturabat editionem. Sed. M. cccclxxxxiiij. anno,

Quo anno vitæ sit mortuus.

redemptionis nostræ. Dum ipse secūdum & trigesimum ætatis annū impleret. Floretiæq;
m oraretur; insidiosissima correptus est febre; quæ adeo in humores & viscera grassata
est; vt nullum non medicamentorū genus adhibitum contempserit; eūq; omnino na-
turæ satisfacere intra tertiumdecimū diem coegerit. Sed quemadmodū in infirmitate
se gesserit; licet eo tempore ab eo ꝓcul essem; narrare tamen non desinā; quæ ab grauis-
simis testibus; qui aderant acceperint. Quale illud cum post sumptum eucharistiæ sa-
cramentum. Sigillum ei crucifixi christi offeretur; vt inde plenos amoris haustus ob i-
effabilis illius passionis nostræ salutis gratia memoriam. priusq; exhalaret animam: su-
mere posset fortissimum dūtaxat aduersus quæcunq; aduersa; munimē validissimūq;
contra iniquos dæmones ꝓpugnaculum. Interrogantiq; mox seniori. An firmiter cre
deret/ veram esse illam dei veri; veriq; hominis imaginem; qui qua deus est ante tēpus;
& æuū ab ipso patre deo; cui æqualis in omnibus genitus esset; deq; spiritusancto: qui
& deus est/ ab ipsoq; & patre; quæ tria vnum sunt coæternæ manente in vtero Mariæ/
semper virginis; conceptus esset in tempore; qui famē; qui sitim; qui labores; qui æstus
vigilias ꝑpessus esset; qui demū pro contractis ab Adæ semine sordibus nostris abluē-
dis; proq; referanda ianua cæli maxima; qua genus humanū charitate complectebatur.
preciosissimū sanguinem: & sponte & libentissime in ara crucis effudisset: cæteraq; id
genus recenseri quandoq; solita. Non modo se credere; sed & certum esse respōderit;
& item illud cum Alberto pio sororis filio; quem nominauimus inter huius vitæ initia
iuueni: & ingenio; & bonarū artium studijs & moribus conspicuo eadem ratiōe qua
Alexander ex aphrodisiade: & Themistius in ausculatoriorū librorū procemio fortitu
dinem e physicis cōtemplationibus sumi contra mortis metū declarauit quā mox sen-
tentiam vsurpauit Auerrois conanti inq; Alberto mortis cōfinia reddere placabiliora:
in hunc modum verba reddiderit. Non illa dūtaxat rōne pacari animū; non sinē mor-
tis cruciatibus poni: sed hac potissimū q; dei sui offensis; terminus iam poneret: quan-
do breuiusculū vitæ eius tempus; crebriores in deum offensas; non contentur arbitra
retur. & illud ꝑterea quādo pluribus ex ꝑdicatorum collegio probatissimis testibus: &
Alberto ipso paulo ante citato reuelauerit. Celi reginam ad se nocte aduentasse miro fra
grantem odore: membraq; omnia febre illa contusa; contractaq; refouisse: seq; morti
omnino non concessurū ꝓmisisse. Hilari placidoq; ore in strato; dum ægrotaret; iacuis-
se compertū est. Atq; inter mortis aculeos; quos sustinebat; quasi cælos sibi patefactos
cerneret loqui solitū; salutantesq; omnes & operam suam; vt moris est; pollicētes blan
dissimo ab eo sermone & receptos & exosculatos. Ab seruis item omnibus: si cui mo-
lestus forte fuisset; ignosci sibi postulasse certiores facti sumus: quibus ante acto āno te
stamento cauerat. Victum alijs: & tegumētū; dum viuerent alijs pecunias pro meritis
erogari. Hæredes Florentini xenodochei paupes instituit; eorum dumtaxat; quæ mo-
ueri non poterant. Mobilium vero Antoniū mariam fratrem. Quanta vero molestia
eius obitus infimos/ & sūmos omnium gradus affecerit. testes sunt italiæ principes. ur
bes & populi. Testes hi reges/ quos supra citauimus. Testis iterum Caroli galliarū re-
gis benignitas & grana. silētio non prætereunda. Cui cum Florentiam aduenianti/ vt
inde Romā peteret/ Neapolitanū regnū expugnaturus/ graui eū laborare ægritudine
nunciatum fuisset. Duos statim medicos ad eum/ legatorū etiānū fungētes officio: vi-
sitatum & opitulatū/ ipse transmiserit/ litterasq; quas & vidimus & legimus ꝓpria sub
scriptas manu dedit/ plenas & humanitatis & earum pollicitationum; q̄s & magnani
mi regis beniuolentissimus animus/ & præclaræ virtutes ægrotantis exigebant. Ei qp
pe tum fama notissimus erat) tum quadam familiaritate coniunctus/ Nam ab eo i gal-
lijs/ dum parisios inuiseret/ honorifice exceptus fuerat enim vero qui eum dū vixit to-
ti orbi/ & multis sæculis admirandū præstitit/ ita eius obitum non minus celebrem: &
inauditum celebrari decreuit/ quo circa ea in ꝑsentiarū referenda puto/ quæ meis auri-
bus hausi/ dum Florentiæ quo illius infirmitate percepta/ licet nō tēpestiue me cōtule-

Qualiter in infirmitate se gesserit Christiani homis finis laudandus narratur.

Dei imago.

Albertus pius

Alexander ex aphrodisiade

Themi.

Auerrois.

Cæli reginæ ad ægrotantē nocte accessisse

Obitū eius oēs gradus hoim molestia affecisse.

iam/in æde sacra/quæ sanctæ reperatæ dicitur Hieronymum sauonarolã Ferrariẽsem
ex prædicatorum ordine/virum & theologiæ consultissimum/& præclarissimum/ fa-
matissimũq; sanctimonia/sacras habentem ad florentinum populum cõciones/ audi-
Apuleius verba fra- rem. Sed prius sacrarum litterarum ignaros/ Apulei verbis /admonere consilium est.
tris Hiero. Ne crassis auribus; & obstinato corde/ea putent mendacia; quæ auditu noua; vel visu
rudia; vel certe supra captum cogitationis ardua videantur; quæ si paulo altius explo-
rauerint non modo compertu euidentia; Verũetiam factu facillima sentient. Is igitur e
pulpito declamitans; quæ sum dicturus cunctis qui aderant insinuauit. Arcanum tibi
o Florentia pandendũ est; q̃dequidem ita verum est/ q̃ prouerbium illud apud te fre-
quens Ioannis euãgeliũ; Subticuissem profecto. Sed ad dicendũ compellor; & q mihi
præcipere potest; vt hæc palam facerem/imperauit. Neminem porro vestrum puto fu-
isse; qui Ioannem Picum Mirandulã non nouerit/magnis ille a deo beneficijs; magnis-
q; gratijs cumulatus; multifariaq; præditus disciplina fuerat; nulli forte mortalium tã
celebre obrigit ingenium. Magnam in eo iacturam fecit ecclesia. Arbitrarer/ si diutius
ei vitæ spacium prorogatum fuisset; cunctos qui octingentis ab hinc annis decessere/
ob scriptionum monumenta; quæ reliquisset excelluisse/ hic mecum obuersari solitus
erat secreta palam facere; ex quibus noueram internis eum locutiõibus a deo ad religi-
onem citati/vnde afflatibus hisce obsequi cupiens; non semel obtẽperare ꝓposuerat.
Verum diuinis beneficijs male gratus vel ab sensibus vocatus detractabat labores (de-
licatæ quippe temperaturæ fuerat) vel arbitratus/eius opera religionem indigere /dif-
ferebat ad tempus hoc tamẽ non vt verum; sed vt a me cõiectatum; & præsumptũ di-
xerim; Ob id duobus ei annis flagellum interminatus sum/ si opus; q̃d ei deus patran-
dum ꝓposuerat; negligenter exequeretur. Rogabam fateor deum idẽtidem; vt cæsus
aliquantulũ viam; quæ ex alto eidem ostensa fuerat tandem capesseret. Nõ hoc quæsi-
ui; quo perculsus est non hoc putaueram ad id deo decretum fuit. Vt vitam hanc relin-
queret; præclaræq; coronæ in cælis præparatæ partem amitteret famãq; & nominis ce-
lebritatem; quæ ad summum cumulum; si vixisset/ fuerat habiturus; ad plenum nõ as-
sequeretur. Verum benignissimus iudex/clementissime erga ipsum se habuit Atq; ob
Elemosynæ elemosynas larga & effusissima manu pauperibus elargitas; & oratiões quæ ad deum
Status aiæ. instantissime effusæ sunt; effectum est; vt nec eius anima in sinu patris adhuc super cæ-
los exultet; nec ad inferos deputata perpetuis tormentis crucietur. Sed purgatorio igni
ad tempus mancipata temporarias pœnas luat; quod in hac parte libẽtissime dixerim;
vt qui eum nouerũt; & hi potissimũ; qui eius beneficijs cumulati fuere suffragijs adiu-
uent. Hæc & plura alia vir dei clara voce asseuerauit. Se addens non latuisse; ob men-
dacia eiusmodi; si qua miscerẽt/verbi dei præcones dignos effici; de quibus æternum
sumerẽt supplicium; necnon adijciẽs diebus aliquot; hæc sibi inuniuersum fuisse cõpta.
Sed propter verba quæ virginem dixisse si ægrotus affirmauerat; nutabundus stetisse
formidasseq; diu; ne ille dæmonũ opera fuisset illusus; qñ ob eius mortem virginis pol-
Duplex mors licitatio frustrarẽt. Verũtamẽ inotuisse sibi defunctũ; æquiuocatiõe mortis deceptum
Cũ illa de secũda & æterna locuta fuisset; Hic de prima & tẽporaria credidisset; quod si
q̃s dixerit hominẽ hunc vel hypocrisi fuisse mẽtitum/vel fantasmatis ludificatum /vel
dæmonum præstigijs circũuentũ. Is nisi aut male de fide sentiens/ aut mẽtis emotæ sit
fateat̃ necesse ẽ/ deũ multifarie fœlicitatẽ eorꝫ miseriãq;/q animã effudissent viuẽtibus
& reuelasse iam/& reuelare posse. Eodẽq; temporis spacio/eos quibus hæc palam fiũt
certiores reddere/se a non visis/aut spectris illudi/sed vera esse/quæ aut mẽte/aut ocu-
Laus doctrinæ & ꝓbitatis fratris hieronymi. lis cernant & videant. Tantæ vero & doctrinæ & auctoritatis virum tantæ ꝓbitatis &
prudentiæ/quorꝫ in Aristo. phylosophiam/cõpendiaria theoremata/monitiones pu-
publicæ/præclarissima interpretamẽta/in sacra eloquia futurorũ cõtingentiũ /ꝑdictio-
nes/quæ euenisse ad lineã/omnis fere nouit Italia/sanctissimaq; vitæ conuersatio testa-
tissimam pridẽ fecere fidẽ. in principe templo tã celebratæ vrbis/hæc vt vera/ vt incon

cussa tenenda/tot millibus hominū veritate non cōperta ꝓnunciasse/nemo nisi male⸗
uolus inficiabitur. Adde ꝙ dum nō nihil sup id negocij scisci tarer virum qui sermoni
interfuerat/ad ipse cōcionatorem audiui/ac cidē/vt ea plus haberent roboris/ quæ vul
gauérat retulisse defunctum vallatum igne sibi apparuisse /& professum ingratitudi⸗
nis adhuc pœnas date. Quinetiā monacha quædam multis præclara vaticinijs/quæq̄
ipsi dum viueret multa futura prædixit/quæ adamussim euenere/inter reliq̄. Hoc vnū
protulit biennio anteq̄ e vita migrasset: eum liliorum tempore opera & hortatu fratris
Hieronymi (de quo mentionem fecimus) prædicatorum fratrum collegio se dicaturū.
Eodemq̄ tempore Florentinā quandam familiam (quā pactiā nuncupant) tūc exulan
tem/ad patriam redituram cōplures ad quos hæc fama peruenerat/super hac liliorum
nomen claratura demirabant̄/loqui eam arbitrantes de verno tempore quo lilia flore⸗
scunt/Sed lilium hoc galliarū regem extitisse cōpertum est talibus vtentē insignibus q̄
pridie q̄ ille religionem voueret: ita eñ nouerat anteq̄ moreretur/ & quatriduo post⸗
q̄ extorris illa familia se cōtulit in vrbē patriam/ magno comitatu Florentiā ingressus
est/iter per hetruriā faciēs/neapolitanū regnum vi & armis in ditionem vindicaturus.
Verum anteq̄ finem faciam: præfari iterum paucula in calce operis non inutile puto.
Videor eñ mihi videre ad reuelationes has/veluti ad lunæ vmbram baubātes moloſ⸗
sos/quibus adhuc offula (prioribus fortasse non cōtentis) obijcienda est: ne frustra la⸗
tratibus aera verberent: Video item demētibus excuti risum: Video his qui sciolos se
arbitrentur/sūmoueri ludum: qui forte ob non posthabitū religionis ingrediendæ sa⸗
lubrem afflatum igne torqueri animas non debere cōtendent/nec diuino afflatos spi⸗
ritu tempestāte nostra repiri homies/qui christi colloquijs pfruantur: At si peccata nō
morte: sed venia digna purgatorio igni esse plectenda arbitrarent̄/iustos etiam pœnas
dare non mirarent̄. Item si seruū qui voluntatem domini sciens non adimpleuit/teste
veritate/multis vapulaturū non ignorauerit/hunc qui dei volūtatē nouerat & imple
re distulit/& si a noxis quibusq̄ alijs fuisset imunis supplicia luere non extasim patere
tur. Alia ex parte rudem & insulsam eoꝝ astutiam mirari satis nō possum/qui cū chri⸗
stum ꝓ hominibus mortuum credant/eosdem homines alloqui eundē facile posse nō
credant. Vehementiorīq̄ argumento virginis matris/angelorūq̄ beatorūve hominū
spirituū affatibus participes/eosdē mortales homines non posse fieri/ animaduertēdū
eis ꝑfecto foret inferiora oīa per sūpiora gubernari Dionysio etiā areopagita teste in li.
de Hierarchia cælesti/separatisq̄ mentibus inferioris gradus & naturæ /q̄bus hominum
cura demādata est/per sūpiores mentes/quæ iterum vel a supremis/vel ab ip̄o deo di⸗
uina mysteria hauriunt/illuminari hominesq̄ diuino afflatos spiritu easdē reuelatiōes
accipere/hominum multitudini cum expedit patefaciēdas/sacrosancta hæc diuinita⸗
tis lex: quod ab eodem Dionysio libro cælestis Hierarchiæ edocemur vt p prima sequē
tia ad augustissimā lucem subuehantur/ignari ꝓculdubio sunt diuinarum litteraꝝ/in
solētis quoq̄ & ꝑuicacis ingenij nam in illis conspici datur diuina futura mysteria nō
tm̄ per bonos sed p scelestos homines/& pseudo ꝓphetas quādoq̄ patefacta/quid ꝓ⸗
hibet huic fidē habere qui & doctrina & tot virtutibus pollet/multaq̄ iam futura/quæ
nunc euenere p̄dixit. & hoc non somniculose testatus sed asseuerāter affirmās. Adde
ꝙ Aristotelis phīa/his nō reclamet/& platonica suffragent̄ licet pro graui testimonio
nisi scripturæ diuinæ auctoritatē non acceperim/sed extraria hæc quandoq̄ citare non
absurdum est; vt maleuoloꝝ tæla ī auctores maiore vi/q̄ venerint/reuertant̄. Verum
ad nosmetipsos iam redeundū est: quibus nō tam mœrendū est: ꝙ talem amisimus/q̄
qđ habuimus/& habemus/gratias agendū regi/cui viuunt oīa. Quippe qui morta
lis vitæ munere perfunctus /diuq̄ cum habitantibus cedar/quos luce non pauca pfu⸗
derat /conuersatus inaccessibile/& infinitum supernæ patriæ lumen iamiā ingrediens
ineffabili diuinitate nobis etiam in dies laturus opem sine fine fruetur.

FINIS.

Cæcilij Cypriani episcopi Carthaginensis de ligno crucis Carmen.

Est locus ex oĩ medium quem credimus orbe
Golgota iudæi patrio cognomine dicunt:
Hic ego de sterili succisum robore lignum
Plantatum memini fructus genuisse salubres:
Non tamen hic illis qui se posuere colonos
Præbuit externi fructus habuere beatos
Arboris: hæc species vno de stipite surgit:
Et mox in geminos extendit brachia ramos
Sicut plena grauis antennæ carbasa tendunt.
Vel cum disiunctis iuga sunt ab aratro iuuẽcis
Quem tulit hoc primo maturo semine lapsũ
Concepit tellus mox hinc mirabile dictu
Tertia lux iterum terræ superisq; tremendum
Extulerat ramum vitali fruge beatum
Sed bis vicenis firmatur & ille diebus
Creuit in ĩmẽsum cælumq; cacumine summo
Cõtigit: & randẽ sanctum caput addidit alto:
Dum tamen ingentis bisseno pondere ramos
Edidit: & totum spargens porrexit in orbem
Gentibus vt cunctis victum vitamq; perennẽ
Præberent mortemq; mori qui posse docerẽt:
Explicitis & mox quinquaginta diebus
Vertice de summo diuini nectaris haustum
Detulit in ramos cælestis spiritus aura.
Dulci rore graues manabant vndiq; frondes:
Ecce sub ingẽti ramorum tegminis vmbra
Fons erat: hic nullo casu turbante serenus
Perspicuis inlimis aquis: & gramina circum
Fundebant lætos vario de rore colores
Hũc circum ĩnumeræ gentes populiq; coĩbãt.
Quam varij generis sexus ætatis honoris
Innuptæ nuptæq; simul viduæq; nurusq;
Infantes puériq; viri: iuuenesq; senesq;
Hic vbi multigenis flexos incumbere pomis.
Certabant ramos auidis attingere dextris:
Gaudebant madidos cælesti nectere fructus.
Nec prius hos poterãt cupidis decerpe palmis
Quam lutulenta viæ vestigia fœda prioris
Deterrent: corpusq; pio de fonte lauarẽt.
Ergo diu circum spaciantes gramine molli
Suspiciunt alta pendentes arbore fructus.
Tunc signa ex illis delapsa putamina ramis
Et dulces multo roranti nectare frondes
Vescuntur veros optantes sumere fructus.
Ergo vbi cælestem cœperunt ora saporem
Permutant animos & mentes perdere auaras:
Sæpe quidem multi renouati mentibus ægros
Restituere animos: & qua se posse negabant
Pertulerant: fructumq; sui cœpere laboris
Multi etiam sanctas ausi contingere mentes
Discessere iterum subito retroq; relapsi.
Sordibus & cœno mixti voluuntur eodem
Multi vero bono portantes pectore: totis
Accipiũt animis: penitusq; in viscera cõdunt:
Ergo qui sacros possunt accedere fontes
Septima lux illos optatas sistit ad vndas
Tingunt in liquidis ieiunos fontibus artus.
Sic demum illuuiem mentis vitæq; prioris
Deponunt labem purasq; a morte reducũt
Illustres animas cæliq; ad limen ituras:
Hinc iter ad ramos & dulcia poma salutis
Inde iter ad cælum per ramos arboris altæ
Hoc lignum vitæ cunctis credentibus: Amen.

τελοσ

Epitaphium Mirandulæ

Ioannes iacet hic mirandula. Cætera norunt
Et tagus & ganges/forsan & Antipodes.

Aliud Epitaphium conditum
a fratre Baptista Mantuano.

Picus Ioannes cælos elementa deumq;
Doctus adhuc Iuuenis sanctificatus obit

Heptaplus Ioannis Pici Mirandulæ: de Septiformi sex dierum Geneseos enarratione Ad Laurentium Medicem Prohœmium.

m

Ouit æmulatio me studiorꝝ tuorꝝ Laurēti Medices ut archana Moseos volumina recenserem: Cū supiore hyeme quātum ocij dabat a republica non alibi te magis aut libentius operam sumere: ꝙ in ea lectione animaduerterem. Tum eodē quoqꝫ priuata ratio subinuitauit: Q m̄ opi alteri meo tuo quidem auspicio iam pridem: sed & in tuū nomē crescenti; quo dauidicos hymnos a. LXX. versos interpretibus: & in ecclesia iugiter ꝑsonantes nō modo a suspitione omni calūniaqꝫ asserere: sed interpretamēti quoqꝫ facibus illuminare tētaui: nulla ꝓrsus vtilior tractatio: nulla fructuosior ꝙ eorū librorꝝ: nulla rursum cōsentanea magis (aut vt verius dixerim) necessaria reperit̄. Accidit aūt ꝑ hos dies vt in mūdi fabrica celebratis illis operibus sex dierꝝ fuerim assiduus. Quibus totius naturæ secreta cōtineri vt credamus magnæ se rationes offerūt. Nam vt illud obmittā quod hæc oīa ꝓpheta noster deo plenus ac cælesti dictāte spiritu totius magistro veritatis excepit: non eundē nobis cū nostrorꝝ tum suorꝝ tū gētiū deniqꝫ testimonia ꝓrsus humanæ sapiētiæ doctrinarūqꝫ omniū & litterarꝝ cōsultissimū ꝓdiderūt: Extat apud Hebræos Salomonis illius cognomēto sapiētissimi liber cui sapiētia titulus nō qui nūc in manibus est Philōis opus: sed alter hierosolyma quā vocāt secretiore lingua cōpositus in quo vir naturæ rerꝝ sicuti putat̄ interpres oēm se illiusmodi disciplinā fatet̄ de Mosaicæ legis penetralibus accepisse. Sunt itē quantū attinet ad nostros: & Lucas & Philon auctores grauissimi illū in vniuersa Aegyptiorꝝ doctrina fuisse eruditissimū. Aegyptijs aūt vsi sunt p̄ceptoribus græci omes q habiti diuiniores Pythagoras Plato Empedocles & Democritus. Notū illud Numenij philosophi nō aliud esse Platonē ꝙ atticū Mosem. Sed & Hermippus Pythagoricus attestat̄ Pythagorā de Mosaica lege plurima in suā philosophiā transtulisse. Quod si rudis in suis libris & popularis īterim Moses potius ꝙ aut philosophus aut theologus aut magnæ alicuius sapiētiæ artifex apparet: Reuocemus eo mentē fuisse veterū sapientū celebre institutum res diuinas vt aut plane nō scriberēt aut scriberēt dissimulāter. Hinc appellata mysteria nec mysteria quæ nō occulta: hoc ab Indis: hoc ab Aethiopibus qbus de nuditate cognomē: hoc ab Aegyptijs obseruatū. Quod & Spinges illæ ꝓ tēplis insinuabāt. Ab eis edoctus Pythagoras silentii factus est magister: nec ipse quicquā litteris mādauit præter oīno paucula quæ Damæ filiæ moriens cōmēdauit. Nō enī quæ circūferunt̄ aurea carmina Pythagoræ sūt: vt vulgo etiā doctioribus ꝑsuasum sed philolai. Legē deinceps eā Pythagorici religiosissime tutati sūt. Eā Lysis ab Hippatcho violatā querit̄. In eā deniqꝫ iuratos Ammonii discipulos Origenē Plotinū & Herēniū Porphyrius est auctor. Plato noster ita inuolucris enigmatū fabularū velamine mathematicis imaginibus & subobscuris recedentiū sensuū indiciis sua dogmata occultauit: vt & ipe dixerit in epistolis neminē ex his quæ scripserit suā sn̄iam de diuinis aperte intellecturū: & te minus credētibus cōprobauerit. Quare si ob id Moseos lectionē velut exculcatā putamus ꝙ nihil habeat in primori fronte nō vulgariū nō rude dānemus eodē exēplo antiquos oēs philosophos ruditatis & ignorātiæ quos totius sapiētiæ magistros veneramur. Quin idē obseruatū in ecclesia cernimus Iesus christus imago substantiæ dei euāgelium non scripsit: sed prædicauit. prædicauit aūt turbis quidē in parabolis seorsum aūt paucis discipulis: qbus datū erat nosse mysteria regni cælorꝝ: palā citraqꝫ figuras: Neqꝫ oīa paucis illis: quia nō omniū capaces: & multa erant quæ portare nō poterāt: donec adueniēs spūs docuit oēm veritatē. Discipuli dn̄i tam pauci electi de tot millibus multa ferre nō poterant. Turba oīs israelitica fartores coci macellarij opiliones

Mosis excellentia doctrina & sapiētia

Sapientiæ liber cuius sit

Præceptores ægyptios græci fere omnes habuerunt.

Plato Atticus Moses

Moses quare popularis & rudis appareat.

Pythagoræ silentium

Carmina aurea qs fecit

Res diuinas phi sub parabolis tradiderunt.

serui ancillæ; quibus oĩbus legenda lex tradebat̃ totius Mosaicæ vel diuinæ potius
sapiæ ferre onus nõ potuissent: Ille qdẽ in mõtis sublimitate mõtis vtiq; illius in q̃
& dñs sæpe discipulos alloquebat̃ diuini solis lumine collustratus tota facie mũ
in modũ splẽdescebat; sed qa lucẽ ferre nõ poterat populus oculis cecutientibus &
Euangeliũ primus scripsit Matheus
nocturnis velata facie illis verba faciebat. Redeamus ad nostros. Scripsit Matthe-
us primus euangeliũ: & vt inquit ꝓpheta abscõdẽs in cor de suo dei eloquia ne pec
caret; ita solũ quæ ad xp̃i humanitatẽ attinebant hystoria ꝓsequutus est; ne interce
deret obliuione memoria rerꝝ gestarꝝ vt ꝓpterea in mystico Ezechielis spectaculo
Diuinitatis secreta Iohẽs q̃ re reuelauit Ebionitarũ heresis
ꝑ hoĩem figuratũ illũ ĩtelligamus. Iohãnes qui præ oĩbus maxime diuinitatis secre
ta reuelauit tribus q̃dẽ vulgatis euãgelijs & a dñi cruce multis exactis annis coactus
loq quæ diu tacuerat ad abolendã hæresim ebionitarũ quæ christũ hoĩem nõ etiam
deũ asseuerabat de æterna filij generatione sed paucis; sed obscure ꝓnũciauit. Inde
exorsus. In principio erat verbũ. Paulus corinthijs negat solidũ cibũ ꝓpterea q̃ ad-
huc carnis legibus viuãt nõ aũt spũ; & sapiam loquit̃ inter ꝑfectos. Discipulus Pau
li Dionysius areopagita sanctũ & ratũ institutũ fuisse scribit ecclesijs ne dogmata se
cretiora ꝑ lr̃as, sed voce tantũ hijs q̃ rite essent initiati cõicarent̃. Hæc pluribus sum
ꝓsequutus q̃ sunt multi qui Moseos librũ ducto argumẽto de rudi cortice verbo
Phiæ thesauros in Mosis libris esse absconditos
rũ tanq̃ aliq̃d de medio & triuiale cõtẽnant & aspernent̃; nihilq; apud eos minus
credibile q̃ hr̃e illũ in recessu diuinius aliq̃d q̃ quod frõte ꝓmittat. Quod si satis est
cõfutatũ iã illud creditu facile sicubi de natura de totius opificio mundi tractatũ ab
eo. i. si qua in parte opis sui velut agri cuiuspiã sint ab eo thesauri defossi omis vere
philosophiæ: Factũ in primis hoc in hac pte vbi vel ex ꝓfesso de rerꝝ oĩm emanatiõe
a deo de gradu: de numero: de ordine partiũ mũdanarũ altissime philosophat̃. Pro-
pterea fuit decretũ veterũ hebræorꝝ cuius etiã meminit Hieronymus ne hãc mũdi
Creacõnis liber nõ omĩbus erat legẽdus sed adultis tantum
creationẽ quis q̃ nisi matura iã ætate attingeret. Videbor igit̃ fortasse fecisse opeꝑ-
tiũ si timoratus diutius exactiore cura & operosiore; vt licuit ꝑ nostrã imbecillitatẽ
studio nimatus sum intellectũ Mosaicæ lectionis. In cuius enarratione cũ ꝑ multos
elaborasse latinos græcosq; viderẽ. Præterea chaldæos & hebræos interpretes vete
res nouosq; ꝓpe innumerabiles ne cogitare q̃dẽ audebã nouũ aliq̃d super hac re vel
Picus ad scribendũ Heptaplum post tot interp̃tes cur motus fuerit
scribere vel cõmẽtari. Cæterũ memineram cautũ Mosaica lege ne quis agri sui peni
tus totũq; demereret. Sed ĩtactã ex eo portionẽ pauperibus & egenis relinqueret q
mei gites inde & manipulos ad famẽ tolerãdã sibi acciperẽt. Hoc cũ venisset in mẽ
tẽ sagacibus oculis lustrare cæpi latissimos ꝓphetæ cãpos ĩdagaturus an cũ doctissi
mi interpretes nõ minus cultores legis fuerint q̃ interpretes iuxta legis edictũ inta
ctã partẽ aliquã reliq̃ssent: nobis vtpote infirmioribus demetẽdã. Vnde mihi ego
quoq; vel pauculas spicas decerperẽ ĩponẽdas aris ecclesiæ q̃si primitias frugũ ne a
priuilegijs tẽpli ceu nõ verus israelita ceu penitus asymbolus eliminaret. Successit
ex voto res nõ q̃ possum equidẽ q̃cq̃ quod illi nõ potuerũt; sed quod & illi de legis
præcepto noluerũt industriæ posteriorꝝ viã præstruere: & ea insuperest agri vasti-
tas ea fœcũditas vt par illi frumentorꝝ numerus nullus esse possit; vt q̃tq̃ & infinite
fere & valentissimæ operæ in eo se totis viribus exercuerint; diceret tñ euangelicũ il-
lud adhuc possumus: Messis multa: operarij pauci. Quæ igitur sup hoc libro viri san
ctissimi Ambrosius & Augustinus: Strabus itẽ & Beda & Remigius & ex iunio-
ribus Egidius & Albertus: Quæ itẽ apud græcos philon Origenes Basilius Theo
doritus Apollinarius Didymus Diodorus Seuerus Eusebius Iosephus Gennadius
Chrisostomus scripserũt intacta penitus a nobis relinquent̃: Cũ & temerariũ & su
perfluũ sit in ea se agri parte infirmũ hoĩem exercere vbi se pridẽ robustissimæ men
tes exercuerũt. De his itẽ quæ vel Ioneres vel Anchelos vel Simeon antiquus Chal
daice tradiderũt vel ex hebræis aut veteres Elcazarus Aba Ioannes Neonias Isaac
Ioseph; aut Iuniores Gersonides Sardias Abraã vterq; Moses Salomõ & Manaem

cõscripserũt nullã nos in ꝑsentia mẽtionẽ habebimus. Afferemus aũt præter hæc om
nia septẽ alias expositiões nostra inuẽta & meditata: in qbus illud primũ curabimus:
euĩcere si poterimus tres difficultates cũ qbus videt̃ his oĩbus q enarrãdũ librũ hũc su
sceperũt magna & difficilis fuisse colluctatio. Prima est neqd aut minus sufficiẽter aut
parꝫ docte & sapiẽter a Mose dictũ videat̃. A qua se qdã hoc pacto exoluerũt: quod id
circo neqꝫ dixit de oĩbus neqꝫ attulit grãdia & sublimia q rudi populo loqueret̃ q nõ
erat intelligẽtiæ oĩm satis idoneus. Nos credere possumus satisfactũ rudibus audito-
ribus si lumen sciẽtiæ quod introspicerẽt sapientes crassioribus verbis q̃si cornea testa
circũdatũ obduxerit ne hebetiores inde oculi ꝑstringerent̃. Attulerit ergo lumen ut sa
nis oculis ꝓforet: inclusum tñ & velatũ attulerit ne lippientibus officeret. Neqꝫ enĩ mi
nus ille aut debuit aut potuit aut noluit iuuare doctos q̃ indoctos. Secũda est difficul-
tas ut tenor idẽ sit interpretamẽti sibi cõsentiẽs ex se aptus & vno quasi ductu tota se-
ries a quo primitus sensu ꝓficiscit̃ in eundẽ illũ quasi memor ꝓpositi referatur. Nec si
fortasse hic de ideis loquentẽ introducamus ꝓxima clausula de elemẽtis agere vel de
hoĩe illũ velimus. Arbitrariũ hoc & violentũ genus expositionis. Quod euitare tamẽ
in huius libri enarratõe ĩpossibile multis ne dicã difficile operosum ꝓfecto oĩbus visũ
est. Tanta est ꝑplexitas: tanta ambiguitas: tanta varietas vniuersæ lectionis. Vide quã
ti laboris q̃ nõ factu sit facile id quod aĩo nos concepimus (utinã consequamur) ut nõ
vno duntaxat sed septẽplici sensu a capite semper nouũ opus exorsi perpetuæ & im-
promiscuæ expositionis ordine totam hanc mundi creationẽ: nihil usi priorũ opibus
interpretemur. Tertia difficultas in hoc versatur ne extraneũ aliquid vel ꝓdigiosum
vel alienum a rerũ natura quæ nunc cõspicit̃ & a veritate quã a philosophis meliori-
bus compertã nostri etiã receperũt afferentem prophetam. Immo per prophetã diui-
num spiritũ faciamus. Cur aũt septem a nobis allatæ expositiones qua ratione susce-
ptæ: quod nostrum consiliũ: & quæ necessitas nos ad eas impulerit: Quid omnino sit
nouum hoc quod afferre molimur sequẽti capite palã faciemus. In quo illius qui de
hac materia. i. de mundi creatione absolutissime: ad naturæ ipsius æmulationẽ sit scri-
pturus ideam pingentes conabitur tum in sequentibus re cõprobare: prophetam no-
strum ab illa nihil quasi archetypo decidisse: Sed assequutũ oĩbus numeris ita ut nihil
aliud ꝓ tali idea q̃ ipsemet ꝓponendũ sit oĩbus & magnitudinẽ eius admirari oẽs fa-
cilius q̃ estimare ꝓ dignitate possimus. Debent̃ autẽ tibi hæc nr̃a qualiacunqꝫ sint ad
huc rudimẽta nostræ iuuentutis Laurẽti vir clarissime vel quia sunt mea qui tibi me-
ipsum iampridẽ dedi & voui; vel quia hoc ipsum tu nobis in quo sunt nata fesulani se
cessus ociũ parasti. Quod interuentu etiã crebro vel assiduitate potius Angeli politia
ni familiaris tui cõdit̃: cuius amoenũ & fertile ingeniũ q̃ antea flores lr̃arũ varios extu
lerat tã nũc ut arbitror solidã phĩæ maturãqꝫ adeo frugẽ pollicet̃. Accedit q cõsuetum
est cũ his quos amamus vel colimus festũ aliquid aut letũ euenit nõ solũ verbis cõgra
tulari: sed aliq etiã munere fauere ut sic dixerim illorꝫ fœlicitati & testatã apud eos face
re læticiã animi nr̃i. Opportunæ igit̃ nr̃a hæc lucubratio ad te venit q̃ tpe Ioãnes filius
ea ætate quã nemo antea summo christianorꝫ ordinũ collegio a põtifice summo Inno
cẽtio. viij. destinatus est; & indole ipsius quæ de se bona oĩa ꝓmittit & tuis meritis tua
q̃ auctoritate id sibi iure & merito postulãtibus. Reliquũ ut optemus dignũ se ille ex
hibeat hac dignitate. Quod fecerit si quẽ & patrẽ & dignitatis auctorẽ habuit eũdẽ vi
tæ exẽplar idest prudẽtiæ totiusqꝫ virtutis habuerit. Vale.

Expositiões Heptaplũ nihil ꝓdigiosũ aut alienũ a phĩa cõtinebit

Amicis in re leta verbis et munere congratulãdũ ẽ

ALIVD PROHEMIVM TOTIVS OPERIS.

Mundi tres ab antiquis figurant̃

Res mũdos figurat antiqtas. Supremũ oĩm vltramũdanũ quẽ theologi
t angelicũ philosophi aũt intellectualem vocãt: quẽ a nemĩe satis ꝓ digni
tate decantatũ Plato inquit in phedro. Proximũ huic cæleste: postremũ
omniũ sublunarẽ hunc quẽ nos incolimus. Hic tenebrarum mundus: il
le aũt lucis: cælũ ex luce & tenebris tẽperat̃. Hic ꝑ aqs notat̃ fluxa instabilisqꝫ substãtia:

Mũdi triplicis differẽtia fcita et luculenta

ille per ignẽ lucis candore & loci sublimitate: cælum natura media idcirco ab hebræis.
asciamaim quasi ex es & maim .i. ex igne & aqua quæ diximus cõpositum nuncupa
tur. Hic vitæ & mortis vicissitudo: illic vita perpetua & stabilis operatio: in cælo vitæ
stabilitas opationũ locorumq; vicissitudo. Hic ex caduca corporũ substãtia: ille ex di-
uinæ mentis natura: cælũ ex corpore: sed in corrupto ex mente sed mãcipata corpori
cõstituit. Mouet̃ tertius a secũdo: secundus a primo regit̃: & sunt præterea inter eos
differẽtiæ plurimæ: quas hic enarrare nõ est cõsiliũ vbi hæc præterfluimus potius q̃
Mũdos tres in taberna-culo Mosis exprimi
inundamus. Hoc nõ prætermiserim figuratos hos mũdos tres a Mose euidentissime
in admirabilis illius tabernaculi sui cõstructione. Partitus est enĩ tabernaculũ in par-
tes tres: quarũ singulæ singulos quos diximus mundos repræsentare expressius nullo
modo possent. & enĩ prima pars nullo defensa tecto vel vmbraculo imbribus niui so
libus calori frigoriq; obuia erat & oportuna: & q̃ est nr̃i .i. sublunaris mũdi euidẽtius
simulachrũ inhabitabãt eã nõ modo hoĩes mundi & immũdi sacri & ꝓphani: sed &
oĩfarij generis aĩalia: eratq; in ea vel ob sacrificia iugesq; ĩmolationes vitæ & mortis ꝑ
petua vicissitudo. Reliquæ duæ partes ambæ obtectæ & undiq; ab oĩ ꝑegrina iniuria
liberæ quẽadmodũ & uterq; mundus tã cælestis q̃ supcælestis: nec iniuria capax nec
cõtumeliæ. Ambæ itẽ sanctitatis noĩe honestatæ ita tñ ut quæ erat secretior scĩ scõꝝ:
reliqua sancti tm̃ titulo decoraret̃ sicuti quãuis & cælestis & angelicus mũdus vterq;
sctũs: qm̃ supra lunã post luciferi casum nec macula nec pctm̃ aut est aut esse põt: an
gelicus tñ cælesti lõge sanctior & diuinior habet̃. Sed qd remotiores has similitudĩes
ꝓsequimur: Nã si postrema pars tabernaculi erat hoĩbus & brutis cõis: secũdã: quæ to
ta auri splẽdore fulgebat cãdelabrũ illuminabat septẽ lucernis distinctũ: quæ ut dicũt
oẽs interpretes latini græci & hebræi septẽ planetas significãt: In tertia parte oĩm sacra
tissima: alata cherubin erãt nõie nr̃is tres mũdos oculis subijciũt: & hũc quẽ & bru-
ta & hoĩes incolũt & cælestẽ in quo planetæ coruscãt & supcælestẽ habitaculũ angelo
Velũ scissũ ĩ morte xp̃i quid signifi cet
rũ. Admonemur aũt hinc etiã altioris euãgelici sacri. Nã qm̃ nobis ad mũdũ supcæle-
stẽ ad angeloꝝ cõsortiũ reserata est via ꝑ christi crucẽ & sanguinẽ: idcirco illo occũbẽ
te scissum est velũ tẽpli q̃ sancta sanctoꝝ ꝑ quæ angelicũ diximus mũdũ significari ab
alijs ꝑtibus discludebant. Quod fuit indicio patere iã aditũ hoĩ ad deĩ regnũ ad deum
ipsum qui volat sup cherubin aditũ ab initio ob peccatũ primi parẽtis iustitiæ legibus
Mũdos tres vnũ esse mũdũ atq; qđ in vno est in singulis dep̃hendi
occlusum. Hæc satis de tribus mũdis in quibus illud ĩ primis magnopere obseruan-
dũ unde & nostra fere tota pendet intẽtio esse hos tres mũdos mũdũ vnũ: nõ solũ pro
pterea quod ab vno principio & ad eundẽ finẽ oẽs referant̃: aut qm̃ debitis numeris
tẽperati & armonica quadã naturæ cognatione atq; ordinaria graduũ serie colligent̃:
Sed qm̃ quicqd in oĩbus simul est mũdis id & in singulis cõtinet̃: neq; est aliqs vnus
ex eis in quo nõ oĩa sint quæ sũt in singulis: quã Anaxagoræ credo fuisse opinionẽ si
recte eũ sensisse putamus explicatã: deinde a pythagoricis & Platonicis. Verũ quæ in
mũdo sunt inferiori in supioribus sunt: sed meliore nota: quæ itidẽ sunt in supioribus
in postremis etiã visunt̃: sed de genere conditione & adulterata ut sic dixerim natura.
Ignis in tri-bus mũdis q̃modo re-periat̃
Est apud nos calor qualitas elemẽtaris: est in cælestibus virtus excalfactoria: est in an-
gelicis mẽtibus idea caloris. Dicã aliqd expressius. Est apud nos ignis quod est elemẽ
tũ. Sol ignis in cælo est: est in regione vltramũdana ignis saraphicus intellectus. Sed vi
de quid differãt. Elemẽtaris vrit: cælestis viuificat: supcælestis amat. Est aq̃ apud nos:
Aqua in tri-bus mundis q̃modo dif-fert
est aqua in cælis huius motrix & dña vestibulũ .s. cæloꝝ luna: Sunt aquæ & sup cælũ
mẽtes cherubicæ. Sed vide quæ in eadẽ natura disparilitas cõditionis humor elemẽta
lis vitæ calorẽ obruit: cælestis eundem pascit supercælestis intelligit. In primo mundo
Mũdus quili-bet decẽ ha-bet quasi spe-ras celestes
deus vnitas prima nouẽ angeloꝝ ordinibus quasi sphæris totidẽ præest immobilisq;
ipse omẽs mouet ad se. In mundo medio .i. cælesti cælũ empyreũ nouẽ itidem sphæris
cælestibus quasi dux exercitui præest quæ cum singulæ motu incessabili voluantur il
lud tamẽ deum imaginãs immotũ est. Sunt & in mũdo elemẽtari post materiã primã

Ipsius fundamētū nouē sphæræ formarū corruptibilium. Tres.s.corporꝝ vitæ exper-
tiū quæ sunt elemēta & mixta tum inter hæc media: que mixta quidē sed imperfecta
quales in sublimi q̃ fiūt impressiones. Tres vegetabilis naturæ: quæ in tria primū ge-
nera diuidit: herbarꝝ fruticū & arborꝝ. Tres aīæ sensualis quæ aut imꝑfecta est qualis
quæ in Zoophitis aut ꝑfecta quidē; sed intra terminos irrationalis phātasiæ aut quod
summū in brutis est humanæ etiā capax eruditiōis: quod quasi mediū est inter hoīem
& brutū sicut Zoophitū mediū est inter brutum & plantam. Sed de his plura q̃ opus Zoophitū
sit. hoc tātum addiderimus mundorꝝ mutuā continentiā sacris etiam litteris indicari. mediū inter
Cum & scriptū in psalmis sit qui creat cælos in intellectu & angelos dei legimus spiri plantā
tus esse & ministros eius flāmā ignis vrentis: hinc sæpe diuinis cælestia cognomenta Mūdorꝫ mu
sæpe etiā terrena: dum nūcꝑ stellas nūcꝑ rotas & aīalia: nuncꝑ elemēta figurant: hinc tuā cōtinen-
& terrenis sæpe cælestia noīa. Qm̄.s.astricti vinculis cōcordiæ uti naturas ita etiā ap- nā sacre te-
pellationes hi oēs mundi mutua sibi liberalitate cōdonāt. Ab hoc principio (siquis for stanī littere
tasse hoc nōdum aduertit) totius sensus allegorici disciplina manauit. Nec potuerunt Allegoricus
antiq patres alijs alia figuris decēter representare, nisi occultas ut ita dixerim totius na- sensus unde
turæ & amicitias & affinitates edocti. Alioqn nulla esset ratio cur hoc potius hac ima- emanauerit
gine aliud alia q̃ contra representassent. Sed gnar omniū rerum & acti spiritu illo qui
hæc omnia nō solum nouit: sed fecit naturas vnius mundi per ea quæ illis in reliquis
mūdis nouerant respōdere aptissime figurabant. Quare eadem opus cognitione (nisi
idem adsit & spūs) his qui illorꝝ figuras & allegoricos sensus interpretari recte volue-
rint. Est autē præter tres quos narrauimus quartus alius mūdus in quo & ea omīa in- Mūdū quar
ueniant quæ sunt in reliquis. hic ipse est hō qui & ꝓpterea ut catholici dicūt doctores tū esse homi
in euāgelio oīs creaturæ appellatione censet. Cū prædicandū hoībus euangelium nō num
autē brutis & angelis: prædicandū m̄ oī creaturæ a Christo demandat. Tritū in scho- Hō oīs crea
lis verbū est esse hoīem minorē mūdum: in quo mixtum ex elemētis corpus & cæle- ture appella
stis spiritus & plantarum anima vegetalis & brutorū sensus & ratio & angelica mens tōe censet
& dei similitudo cōspicit. Quattuor igitur hos mūdos si statuamus credibile est Mo-
sem dicturum de mundo sufficiēter: de his omībus disseruisse: & cum naturā scriptor
effigiet si sit naturæ cōsultus qualem hunc nostrum si quē alium credimus: credibile
doctrinā de illis nō aliter dispositam q̃ in seipsis illos omnipotens deus opifex dispo-
suit: ut sit veræ scriptura hæc Moseos imago mundi expressa: quemadmodum legi- Mosaica scri
mus etiā ei præceptū in monte vbi hæc didicit ut omnia faceret secūdū exēplar quod ptura vera
in monte viderat. Primū igitur quod est omnium maximū sicut ostendimus quæ sūt mundi ima-
in omnibus mundis contineri in singulis: debuit Moses æmulator naturæ de nullo usq̃ go est
ex illis mūdis agere: quin sub eisdem verbis eodēq̃ cōtextu de omnibus simul pa- Neptapli in
riter ageret. Vnde quadruplex statim totius mosaicæ lectiouis expositio nascitur ut exponendo
primo loco quicquid ibi est scriptum: de angelico mundo & inuisibili nullā omnino sacris obseru
de alijs mentionē habētes enarremus. Secūdo loco itidem omnia de cælesti mundo: anda
Tum de sublunari hoc & corruptibili. Quarto de natura hominis. Nam si usq̃ de in-
telligibili puta tractabit: quin sicut ille in se postremas oēs naturas cōtinet: ita & eadē
de reliquis mundis nos scriptura admoneat: possumus certe immo debemus oēs par-
ticulas de omībus interpretari. Rursus sicut naturæ q̃q̃ in seipsis promiscuæ inuicem
cōtineātur discretas tn̄ proprias sedes: & peculiaria quedā iura sortitæ sunt: ita & si sin
gulis in partibus præsentis operis de quadruplici natura eadē serie litteræ disserat: cre-
dendū tamē prima in parte de prima agi natura peculiarius atq̃ eodē ordine deinceps
in reliquis. Vnde & quintæ exorit expositiōis necessitas. Accedit quod quā rōne hæc
sunt distincta: quia tamē nulla est multitudo quæ nō sit vna discordi quadam concor-
dia ligantur & multiformibus nexuū quasi cathenis deuinciuntur. Quod cum toto
etiā opere agere Mosem sit verisimile: ad sextam iam nos interpretationē vel inuitos
vocat. In qua ostendemus quindecim esse modos. Quibus rē aliā alij cognatā vel cō

ſtuctam intelligere poſſumus: & cũ neq; plures ſint nec pauciores ita eos oẽs & ſufficie
ter & delucide a ꝓphã expreſſos: vt nihil expreſſius vnquã de rerum natura ſcripſerit
Ariſtoteles. Poſtremo quẽadmodũ ſex diebus geneſeos ſabbatũ ſuccedit: ideſt quies
Congruũ ut & nos poſt ꝓcedentiũ a deo rerũ ordines diſtributos: & explicatã eorum
vnionem & differentiam fœderaq; & habitudines ſeptima iam & ſabbataria (ut ſic di-
xerim) enarratione de creaturarũ fœlicitate: deq; reditu ad deum qui per Moſaicam: &
Chriſtianã legem elongato inde ob peccatũ primi parentis homini cõtigit aliqua per-
ſtringamus: referantes quæ de his in præſenti ſcriptura Moſes apertiſſime occultauit:
ut fiat palam de Chriſti aduentu de eccleſiæ profectu de gẽtium vocatione expreſſiſſi
Heptapli cõmendatio mũ hic vaticinium legi. Vt ſit vere hic liber: ſiq̃s alius talis: liber ſeptem ſignaculis obſi
gnatus: plenus omni doctrina: omnibus myſterijs. Nõ autem imitabimur eos qui ag
greſſi aliquãdo hãc mundi creationẽ exponere. Quicquid uſq; apud philoſophos &
apud theologos de deo de angelis de materia de cælo deq; tota natura diſputatum eſt
huc cõgeſſerũt. Quod apud hebræos maxime Iſaac Perſa & Samuel ophinides pec-
Heptapli expoſitio q̃ docebit & q̃ nõ cauerũt: Sed ſolũ quid ſibi Moſaica littera velit. Quid verborũ contextus vel indicet
vel ſignificet declarare ꝓ viribus annitemur. Nec ſi oſtenderimus per firmamẽtum pu
ta octauã ſphærã ſignificari ſtatim de illa exordiemur diſputationem quo pacto rapiat
cæteras ſphæras: quot ſignis diſtincta: quot imagininibus: ſimplici ne motu: an poti-
us duobus an verius tribus in diuerſa rotet. Aut ſicubi dictione aliqua indicari homĩs
animũ dixerimus digrediemur ad omnia quæ ſcribunt de anima enucleãda: ſed ea tm̃
de vnaquaq; re ſtrictum etiã & curſim annotabimus: de quibus mẽtionem auctor ex-
Heptaplum eruditis duntaxat legẽdũ preſſam facere videatur. Dixi ſtrictim etiã & curſim: quia nõ illud hoc opere eſt conſi-
lium ut qui hæc alibi nõ didicerunt hic primum diſcãt: ſed ut quæ ſciunt iam eſſe ve-
ra in ꝓphetæ verbis agnoſcant: & quæ imẽſis voluminibus digeſta a theologis & phi
loſophis legerũt: quo pacto hic paucis & cõprehẽderit & occultauerit intelligẽtes: re-
uelata facie legiſlatorẽ loquẽtẽ audiãt. Quod ſiquis etiã forte actus ſpiritu ſanctæ ru-
ſticitatis nõ tã petita hæc altius myſteria nõ ꝓbauerit q̃ ſimpliciorẽ potius & ſibi accõ
modatiorẽ optauerit ſacri cõtextus enarrationẽ: Iubebo eũ priuſ meminiſſe Pauli præ
cipientis ne aut qui mãducat nõ mãducantẽ ſpernat: aut qui nõ mãducat mãducantẽ
iudicet. Tum ipſum nõ meis ſed Auguſtini in ipſa etiã ſua in geneſim expoſitione al-
loq̃r verbis in hunc modũ. hæc tu ſi potes apprendas: ſi nõdũ potes relinquas valentio
ribus. Tu vero cum ſcriptura nõ deſerente infirmitatẽ tuã & materno inceſſu tecũ tar
Scripturæ ſacræ virtus dius ambulante ꝓficias. Illa enim ſic loquit̃ ut altitudine ſuperbos irrideat: ꝓfunditate
attentos terreat: veritate magnos paſcat: affabilitate paruos nutriat. Sed redeamus ad
nos: & ab ipſo corruptibili mundo quẽ habitamus exordientes præſtemus quãtũ. ſ.
poſſumus quod polliciti ſumus. Alioquin & in magnis eſt ſatis voluiſſe: & ut inquit
Pomerius magnarũ rerũ magnus conatus ꝓfectus eſt. Moſaica verba exponẽda.

Verba ipſa ꝓphetæ quæ exponenda ſuſcepimus hæc ſunt.

Dies prim⁹ [i]N principio creauit deus cælũ & terrã: terra autẽ erat inanis & vacua: &
tenebræ erant ſup faciẽ abyſſi: & ſpũs dñi ferebat̃ ſup aq̃s: & dixit deus fi
at lux & facta eſt lux: & vidit deus lucẽ q̃ eſſet bona: & diuiſit lucẽ a tene
bris appellauitq; lucẽ diẽ & tenebras noctẽ: factũq; eſt veſpere & mane
dies vnus. Dixit q̃q; deus fiat firmamẽtũ in medio aquarꝫ: & diuidat aquas ab aq̃s: &
fecit deus firmamẽtũ diuiſitq; aq̃s quæ erãt ſub firmamento ab his quæ erãt ſup firma
mẽtum: & factũ eſt ita: Vocauitq; deus firmamentũ cælũ: & factũ eſt veſpere & mane
Dies ſecundus dies ſecũdus. Dixit vero deus cõgregent̃ aquæ quæ ſub cælo ſunt in locũ vnũ & ap-
pareat arida: & factũ eſt ita & vocauit deus aridã t̃rã: cõgregationeſq; aq̃rꝫ appellauit
maria: & vidit deus q̃d eſſet bonũ: & ait germinet terra herbã virentem: & faciẽtem ſe
mẽ & lignũ pomiferũ faciẽtẽ fructũ iuxta genus ſuũ: cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſup
terrã: & factũ eſt ita. Et ꝓtulit terra herbã virẽtẽ & facientẽ ſemẽ iuxta genus ſuũ lignũ

q; faciens fructum: & habens vnũquodq; semẽtem secũdum speciem suam & vidit deus quod esset bonum; & factũ est vespere & mane dies tertius; Dixit autẽ deus: Fiant luminaria in firmamento cæli & diuidãt diem ac noctem & sint in signa & tempora & dies & annos ut luceant in firmamento cæli; & illuminent terrã; & factum ita fecitq; deus duo lumĩaria magna; luminare maius ut præesset diei; & lumĩare minus ut præesset nocti. Et stellas & posuit eas in firmamento cæli ut lucerent super terram; & præessẽt diei ac nocti. Et diuiderẽt lucem ac tenebras; & vidit deus quod esset bonũ; et factum est vespere et mane dies quartus. Dixit etiam deus producant aquæ reptile animæ viuentis et volatile super terrã sub firmamento cæli; Creauitq; deus cete grandia & omnẽ animã viuentem atq; motabilem quas ꝓduxerant aquæ in species suas; & omne volatile secũdum genus suum; et vidit deus quod esset bonum; benedixitq; eis dicens. Crescite et multiplicamini & replete aquas maris; auesq; multiplicẽt super terram; et factũ est vespere et mane dies quintus. Dixit quoq; deus ꝓducat terra animã viuẽtem in genere suo; iumenta et reptilia & bestias terræ secũdum species suas; factũq; est ita; et fecit deus bestias terræ iuxta species suas; iumenta & omne reptile terræ in genere suo; & vidit deus quod esset bonum. & ait; Faciamus hominẽ ad imaginem et similitudinẽ nostrã; et præsit piscibus maris et volatilibus cæli et bestijs vniuersæ terræ omniq; reptili quod mouet in terra; & creauit deus hominẽ ad imaginẽ et similitudinẽ suã ad imaginẽ dei creauit illũ.

Dies tertius

Dies q̃rtus

Dies q̃ntus

Dies sextus

Hactenus exponendũ Mosem suscepimus. Totã autẽ expositionẽ in septẽ libros siue tractatus partitus sum; potius ut imitarer Basiliũ et Augustinũ quam propterea quod hac crebra distinctione quasi interiungẽs legentis intẽtio recreat. Accedit quod cũ septẽ sint expositiones septẽ libris digestæ singuliq; libri septem capitibus diuidantur septem creationis diebus omnia respondent. Factum itẽ a nobis ratione congruẽtissima; ut quẽadmodũ septima dies apud Mosem sabbatum est et dies quietis; ita expositio quælibet nostra septimo semper capite in Christũ deriuetur; qui & finis est legis; et nostrum est sabbatum; nostra quies; nostra fœlicitas.

Heptapli diuisio in tractatus & capitula

EXPOSITIO PRIMA DE MVNDO ELEMENTARI.

Libri Primi Caput Primum

Mũdi elemẽtaris expositio

n Aturales Philosophi qui de natura rerũ corruptibiliũ disserũt de principijs earꝫ sic statuũt in vniuersum; esse materiã rudẽ formarũ expertẽ idoneam quidẽ omnibus formis suscipiẽdis sua tñ natura omnibus priuatam. Quare præter materiam priuationem etiam faciunt principium rerum naturalium. Adiecit Auerrois esse materiã trino dimensu in lõgitudinem latitudinem altitudinemq; ꝓtensam; ne. s. res corporeæ de incorporeo subiecto fieri dicerẽtur. Tum afferunt transmutantẽ causam quã vocant efficientẽ. Cuius vi tractata materia; quod est potentia actu fiat aliquando quemadmodum mollis cera & indefinita ductu manus atq; tractatu in diuersas figuras pro tractãtis arbitrio trãsformat. Quoniam autem nihil natura temere agit sed boni alicuius cõsequendi gratia finalis causa se statim infert; & ꝓximus quidem finis agentis causæ forma est quam de materiæ gremio eruit. Hoc enim illam cõsilio agit & versat ut ad perfectum habitum formæ illam ꝑducat; unde et forma tertiũ principiũ ab Aristotele statutũ; Hæc autem de materiæ sinu educi non potest nisi affecte prius & præparate congruis qualitatibus. Circa quas totus opificis labor tota actionis mora cõsumitur ipa; scilicet specie indiuiduo momẽto quasi præmio laboris statim effulgente. Opificẽ ipsum causam potius q̃ principium vocant Peripathetici. Diuinorũ autẽ memores semꝑ diuini Platonici admonitos nos volũt naturales agentes causas; & si solæ appareant nobis quæ corpora agant forment & trãsmutẽt; haud tñ primarias esse causas eorꝫ quæ fiũt; sed instrumẽta potius diuinæ artis cui obediunt et famulant. Quẽadmodũ fabri manus et si ipse totam domus materiam ligna lapides cemẽta cõponant ordinẽt et trãsmutẽt; nihilq; videatur

Naturaliũ reꝝ principia quot & q̃ sint

Platonis opinio de causis naturaliter agẽtibus

præter eas cui factura domus accepta referatur nouimus tñ organũ illas esse obediens arti & seruiens quæ cõstituta in animo architecti domũ quã simul concepit particulatim digerit explicatq; insensibili materia; hinc factũ ut ipsi duas causas adijciant organicã & exemplarẽ. Quod neq; negãt Peripathetici: Immo cõfirmãt apud quos tritũ illud: Omne opus naturæ opus esse intelligentiæ. hæc sunt quæ in cõmune dicũtur de rebus corruptibilibus: quæ oĩa ita in opere primi diei cõplexus est Moses ut neq; certius neq; aptius de his quicq; dixerint philosophi ꝓbatissimi.

Caput secundum.

¶ Principio igit̃ duas statuit causas agentẽ & materiã eam. s. quæ actu & eam quæ est potẽtia illã cælũ hãc terrã vocat cui nostræ expositioni attestat̃ primũ auctoritas stoicoꝝ q agẽtẽ causam cælũ materialẽ terrã vocauerũt; ut scribit Varro ne Græcos cõme morẽ. Attestat̃ & ratio. Nã & materia despicatissima omniũ naturaꝝ uti est terra oĩm elemẽtorũ: & simili oĩno ꝓportione respõdẽt; ut ꝓbãt Peripathetici agẽs materiæ & terræ cælũ. Terra aũt hæc id est materia inanis & vacua ut trãstulit Hieronymus vel ut septuaginta inuisibilis & incõposita: & hæc quidẽ omĩ a rudi materiæ informiq; cõueniũt quæ & expers formaꝝ oĩm merito inanis & vacua dicit̃ & oĩno incõposita & inuisibilis est. Verũ Hebraicæ dictiones tou & bou quæ hoc loco legunt̃ a pluribus Hebræis aliter exponunt̃. Tou quidẽ rẽ brutã interpretant̃ stupentẽ attonitã. Quod ad materiæ etiã tenebricosam deformẽq; faciẽ ab illis refert̃; ob eam causam q intendentes nos in illius cognitionẽ attonitos reddit; ꝓpter quod & Aristoteles ꝓportione: & Plato notha ratione cognosci a nobis illã dixerunt. Bou autẽ ex vi dictionis inchoationẽ & rudimentũ formæ multi exponunt. Idẽ enim si verbũ verbo reddamus est bou ac si dicamus in eo est siue eo aliquid est. Quod si sequamur præter subiecti potentiã inchoatã in eo formã ĩtelligemus. Quod nõ solũ Albertus & plures Peripathetici sed veteres etiã Hebræi crediderũt ut ex monumẽtis antiquissimi Simeonis aperte colligimus. Verum quo pacto hæc sit incohatio accipienda declarat adijciens: & tenebræ erãt sup faciẽ abyssi. Abyssum vocat terrã id est materiã trino dimẽsu in altissimas profunditates extẽsam. Super hãc tenebræ id est priuatio est; principiũ apud Peripatheticos in primis celebre cui nulla magis appellatio q̃ tenebrarum congruerit. Est aũt priuatio qua differt a negatione ut magnus Albertus cõstantissime vult ipsa hæc de qua dicimus incohatio formæ de qua re idem philosophus copiose & subtiliter disseruit. Præterea si subest terra aquis & irrigata inde partunt quæ postremo & pariat; nõne aq̃ hoc loco accidentes materiæ qualitates & affectiones significabũt; quæ vel suo fluxu tractabiliq; natura aquaꝝ speciẽ gerũt. Quibus ut ita dixerim humectata materia parturit formã quã extremo tẽporis momẽto edit in lucẽ. Sup has aquas spiritus dñi id est vis causæ efficientis dñi organũ & instrumẽtum merito ferri dicit̃, neq; dicit̃ ferri sup terrã qa nõ attingit agẽs subiectũ aut pmeat nisi medijs illis intercedẽtibus q̃litatibus: q̃s dum versat & agit oritur lux id est formæ species & decor tenebraꝝ quas diximus id est priuationis expultrix & fugatrix. fitq; dei voce sic imperãtis; quia nihil agunt causæ naturales: quod nõ diuinæ artis ordo præceperit. Tum fit ex vespere & mane dies vnus Cum ex potẽtiæ actusq; natura substãtia tertia quod cõpositum dicimus dissultauit.; estq; ratio iam manifesta iuxta hũc sensum cur dies vnus dixerit non primus & merito lucem vidit q̃m bona. Cum nihil sit aliud natura formæ quam primi boni imago tenuis & vmbratilis similitudo. Hactenus in vniuersum de corruptibili substantia qualis omnis quæ infra lunam est; vbi & cælum & terrã id est transmutãtem naturam & eã quæ trãsmutatur & terrã eãdem id est materiã vidimus inanẽ omni specie substantiæ vacuã item omni forma accidentali; Superq; eã in trini dimensus abyssos extensam priuationis tenebras insidentes: non quidem illi intimas (Neq; enim priuatio materiæ essentia est ut probat Aristoteles) sed extremam eius faciem occupantes. Vidimus item super aquas id est fluxas dispositiones materiæ quasi terre præ-

Tou et bou hebraice dictiones qd significãt

Priuatio celebre apud peripatheticos principium

Qualitates elemẽtarũ p aquã significãtur

Vespere & mane dies vnus quõ intelligit & q̃re nõ posuit primus

sentes ferri spiritũ domini idest vim causæ agentis nõ uti causam principalem; sed uti spiritum domini idest organũ diuinæ artis quomodo spiritus noster vitalis organum animi est. & statim tractante spiritu aquas illas & peruadente subiectum iussu dei artificis exorta est lux idest formæ decus & splendor.

Caput tertium.

¶Quoniã aũt a cõmunibus generalibusq; ad specialia recto ordine descendimus ut ꝓbat Aristoteles; facturus hoc idẽ Moses; postq; dixit de his quæ cõmunia sũt rebus oĩbus elemẽtaribus; elemẽtalem totã substantiã secũda die trifariã diuidit. Primo aũt intelligendũ materiales omnes formas; aquarꝫ appellatione ab illo hic designari quæ cõgruere magis ne possit quidẽ. Est enim in sphæra hac rerũ generabiliũ & corruptibiliũ stante materia quasi alueo mari uti fluxus refluxusq; undarum perpetuus indesinens abeuntiũ & aduentãtiũ formarꝫ cõmeatio. Generatio. s. præterit ut inquit Salamon; & generatio aduenit; terra autẽ stat in æternũ. Vocanẽ enim & formæ istæ apud Platonicos imitatores semp hebraicæ disciplinæ generationes potiusq; formæ quod fieri q; esse dici verius possint. Ob quã etiã causam factum ut quo supra nomine; aquarum. s. materiæ qualitates & accidentales formas vocauit; eodem hic vocauerit etiam ipsas materiales substantias; scilicet ut admoneret non id quidem quod credidit Alexander esse qualitates ipsas elementis formas substãtiales; sed quod Platonici magno opere cõfirmant esse speciẽ omnẽ quæ in materia est ad accidentis fere potius q; adueræ substantiæ conditionẽ referendã. Quẽ titulum sibi illa legitime vendicãt quæ per se stant sibiq; ipsis innixa & id quod sunt vera sunt ratione; immixta rebus peregrinis & minime adulterata Heraclitus sensibiliũ rerꝫ substantiã vocauit mare & apud poetas in volucris fabularum velantes philosophiã; Cum post Saturniã vnitatẽ idest mundi intelligibilis vnionem intra se oĩa implicãtis in tres partes sensibilem mundũ partirentur; cælestẽq; adscriberẽt regionẽ Ioui; subterraneã Plutoni; Neptũno autẽ mediam hanc. s. quæ a Luna ad terrã ꝓtendit; de qua nũc agimus; Neptumnũ maris dñm dixerunt; qui idẽ apud Platonicos ꝓ ea virtute accipit; quæ generationibus præest. Sed redeamus ad Mosem diuidẽtẽ aquas ab aqs medio firmamento. Triplex enĩ partitio corporꝫ sublunariũ. Alia supra mediã regionẽ aeris sunt suprema. s. pars eiusdem elemẽti & purissimus ignis qđ totũ ætheris noĩe designat. Ibi pura immixta & legitima elemẽta; Alia infra ipsum aeris meditulliũ quæ apud nos sunt vbi elementum purum nullũ (Neq; enim purũ elemẽtũ sensibile) sed mixta oĩa ex fœculenta crassioreq; parte mũdani corporis cõstãt. Intercedẽs regio aeris quæ hic dicitur firmamẽtum; unde & aues sub firmamento cœli ac eo volantes introducunẽ; ea est regio in qua sublimes illæ impressiones apparent; pluuiæ; niues; fulgura; tonitrua; cometæ; & cætera id genus. Vide aũt recte nõ solũ situ; sed & naturæ ꝓprietate hoc firmamentũ superiora elemẽta ab inferioribus q̃si aq̃s ab aqs discriminat & distinguit. Supra eã pura sunt elemẽta; infra eã pfecta mixtione ab elemẽtali simplicitate discedũt; inibi mixta fiunt sed impfecta mediaq; ut dicaẽ verissime inter mixtorꝫ elemẽtorũq; naturã.

Formas materiales aqs cõparat

Qualitates elementares nõ sunt formæ substãtiales ebrũdem; ut credidit

Neptũ quare media data regiu

Elemẽtũ purũ nõ est sensibile

Caput quartum.

Sed videamus q̃d vltra; Moses philosophetẽ cõgregenẽ inq̃t aq̃ q̃ sunt sub coelo in locũ vnũ; & appareat arida. Arida materia est uti iã cõstituimus nec appet materia aut cõspiciẽ nisi formarꝫ speciẽ induta; sed neq; appet ĩduta speciẽ elemẽti; q̃a ut diximus & ꝓbãt phĩ elemẽtũ simplex nec videri nec tãgi nec sub vllũ oĩno sensum cadere põt. Si igiẽ q̃ inuisibilis olim fuerat t̃ra futurꝫ est ut sub cõspectũ veniat necesse ẽ aq̃s q̃ sub cælo sunt. i. sub media aeris regiõe cõgregari ad locũ vnũ. i. ad cõem mixtionis colluuiẽ cõfluẽtes certis legibus tñ q̃si littoribus p̃scriptã in vnã mixtionis formã coalescere. Quod aqs inferioribus ut ostendimus nõ t̃rẽ superioribus accidit; vbi aut nulla prsus aut impfecta mixtio. Quod si anima vegetalis mixtionis formã statim cõsequitur; Quid aliud a nostro philosopho expectabamus; q; ut post illam aquarũ cõgrega-

Cõgregatio aquarũ q̃d significet

tionem induceret statim terrã herbarũ fruticũ arborumq́ fœcundam;

Caput quintum

Impſſiones Methaurologice stellis cõparant

Quãq́ hinc videbat̃ ordine cõsequenti ad aĩalia trãseundũ quorꝫ aĩa vegetali ꝓxime iuncta est; tñ qm̃ ab aĩalibus ad hoĩem itur; in quem desinit de mũdo corruptibili oĩs tractatio; iccirco interiecit Moses aliqua de his quæ fiunt in firmamẽto; & quibus ipsum ornat̃ uti terra ornat̃ his quæ in ea fiunt metallis plantis & aĩantibus. Sunt aũt hæc impressiões illæ quæ in sublimi. i. in media regione aeris fiũt. hãc supra & cælũ & firmamentũ vocauit; hic aũt firmamẽtũ caeli; vt sciamus nõ illud esse quod vere est cælũ; sed quod cælo subest. Quare & Ennius in achille hãc partẽ subijces dixit; ꝓpterea quod cælo ꝓxime sit subiecta. has aũt impressiones secũdarias stellas & sydera & astra a phis nũcupati notius est quã ut pluribus cõprobet̃ aut duriusculũ videri alicui possit nos de illis exponere quæ de syderibus hic dicunt̃. Qm̃ aũt horꝫ omnis diuersitas ad duas primas causas referẽ calliditatẽ & frigiditatẽ referemus cõueniẽter q̃ a causa sunt calida ad solẽ quæ vero a frigida ad lunã. Neq́ ob id solũ & solis & lune & reliquorũ syderũ hæc sibi appellationẽ vindicãt quod idẽ sint ipã inferiori cælo quod illa sũt suo q́q́ diuiniori; vel ꝙ itẽ simili facie se ostẽdãt hoĩbus lucẽtia pariter & coruscãtia; quã quod alia ex illis aliud in cælo sydus tãq́ principẽ & ducẽ sequant̃. Vnde & signa earũ sunt rerꝫ; quæ sydera a qbus fuerint excitata portẽdere inferioribus soleãt. huic rei argumẽto est illud quod motũ syderũ sequunt̃ quorꝫ vi & influxu de terrestri confecta materia idest vaporoso halatu cõsistũt.

Impſſiones Aeree q̃re vł q̃d portẽdãt

Caput sextum.

Plãtas habere sẽsum stupidũ sc̃d'm Pythagorã

Manifesta iã quæ sequunt̃ de animaliũ deq́ hoĩs ꝓductione. Post plantas enĩ ea sũt mixta quæ sentiũt & mouent̃; q́q́ & plantis stupidũ sensum ascribant Pythagorici; quod in ea quam parturimus concordia. longioris subsellij opere discutiemus. Hæc autem animantia quæ citra omnẽ controuersiam motu sensuq́ participant; & hic a Mose & in Timeo inuolatilia & in aquis degentia & terrestria distinguuntur. Supremus omnium & princeps homo; quo mundi corruptibilis natura progressa sistit pedem & receptui canit.

Caput septimum.

Homo inferiorꝫ homis vero xp̃s absoluta cõsũmatio est

Quemadmodũ autem inferiorũ omniũ absoluta consumatio est homo; ita omnium hominũ absoluta est consumario Christus. Quod si ut dicunt philosophi ab eo quod vnoquoq́ in genere est perfectissimũ ad cæteros eiusdem ordinis quasi a fonte omnis perfectio deriuat̃; Dubiũ nemini est a Christo homine in omnes homines totius bonitatis perfectionem deriuari. Illi scilicet vni datus spiritus nõ ad mensuram ut de plenitudine eius omnes acciperemus. Vide quã haud dubie hæc ei prærogatiua debeat̃ deo & hoĩ; quæ etiã qua homo est peculiari ei & legitimo priuilegio cõuenit.

EXPOSITIO SECVNDA DE MVNDO CELESTI.

PROOEMIVM

Mundi celestis expositiõ

Vrgamus ab elemẽtis ad cælum; a corruptibilibus ad incorrupta corpora; vt palã oĩbus sit eisdẽ verbis quibus de elemẽtali nobis tot natura mõstrata sunt; de cælestibus itẽ altissima dogmata a ꝓpheta cõprehẽsa. Qđ cum nobiscũ animo reuoluemus; erit præterea quæ diximus in ꝓœmiis alia nobis in ꝓmptu nõ. Cur gr̃a exẽpli dicturus Moses de agẽte causa & de materia nõ illã agentẽ expressis verbis hãc materiã vocauit; sed cælũ & terrã; & materiæ dispositiones; nõ q̃litates ut dicũt phi sed aquas: & formã lucẽ potius q́ formã appellauit; Cometas itẽ & fulmina & cætera id genus nõ ꝓprijs cognomĩbus; sed astra & stellas noĩauit; atq́ ita de reliq̃s. In exordijs qdẽ allata fuit a nobis cũ veterꝫ cõsuetudo scribendi res grandes physicas & diuinas occulte & figurate; tũ ruditas auditorꝫ qui cũ splendorem disciplinæ Mosaicæ ferre nõ possent; oportuit velata facie verba facere illis; ne qui illuminãdi suscipiebãt; nimio lumine obcæcarent̃. Nũc tertiæ ratiõis habemus occasionẽ; q̃a. s. si materiã & formã & q̃litates & cãm agẽtẽ noĩasset; poterant illa qdẽ

Moses quare agentẽ & materiã celũ & terram vocauerit

corruptibilis mũdi tractatibus deseruire; nõ aũt & reliq̃s. Quare illud est incogitatũ
& mirũ Moseos artificiũ diuinaq; vere nõ humana industria eius vti dictionibus ita
q; orõne disponere: vt eadẽ verba idẽ cõtextus eadẽ series totius scripturæ figuran⸗
dis mũdorũ omniũ & totius naturæ secretis apte cõueniat. Hoc illud est in quo Mo⸗
seos liber oẽm gẽtiũ & doctrinã & eloquẽtiã & ingeniũ superat. hoc nouũ illud &
intactũ adhuc quod nos afferre tẽtauimus: vt. s. factũ a Mose id nrĩs hoĩbus re ipsa
cõprobaremus. Hæc est idea hoc est exẽplar absolutissimi scriptoris: non ob id solũ
q; huiuscemodi scribẽdi genus vt supra demõstrauimus naturã effigiat & æmulat;
sꝫ q; sicut inter mẽtes angelicas auctore Dionysio & diuo Thoma splẽdore nostræ
theologiæ illa est suprema: quæ paucissimis earũ notiõibus & formis p intelligẽtiã cõ⸗
prehẽdit: quæ inferiores variis & multiplicibus: ita inter scripturas illa est sũma illa
apicẽ tenet oĩs pfectiõis: quæ paucissimis verbis oĩa veluti singula & cõgrue & pfũ⸗
de cõplectit. Sed q̃d pphetã pdeũtẽ reuelata facie moramur vltra: vt de cælestibus
nos mysteriis alloquat: prius tñ q; loquentẽ ipm audiamus: vt simus verborũ illius
capaciores præfari paucula quædam de cælo decimo vtile fuerit.

Mosis absolutissime oĩum scripsit

Mẽtiũ angelicarũ ordo

Caput primũ.

¶ Supra nouẽ cælorũ orbes. i. septẽ planetas & sphærã octauã quã vocãt inerrãtẽ no⸗
uũq; orbẽ qui rõne nõ sensu deprehẽsus est; primusq; est inter corpa quæ mouent:
creditũ esse decimũ cælũ fixũ manẽs & quietũ: quod motu nullo participet. Neq;
hoc tm̃ creditũ a nrĩs maxime iunioribus Strabo & Beda sed a pluribus etiã hebræ⸗
orũ: prætereaq; philosophis & mathematicis q̃busdã. E q̃bus satis duos sit attulisse
Abraã hispanũ astrologũ maximũ & Isaac philosophũ: quorũ vterq; hoc attestat.
Quin & hic Isaac decimũ orbẽ ab Ezechiele designatũ intelligit p Zaphirũ in simi⸗
litudinẽ throni: vt color zaphiri lucis nitorẽ throni similitudo immobilitatẽ eius si⸗
gnificet. Figuratas itẽ intelligit decẽ sphæras a Zacharia per cãdelabrũ aureũ distin⸗
ctũ septẽ lucernis: & lãpadẽ sup caput eius: tum sup lãpadẽ oliuas duas. Cũ enĩ se⸗
ptẽ lucernæ septẽ planetas indicẽt: & lãpas circulũ octauũ tot luminibus fulgentẽ:
vult p duas oliuas indicari nonã & decimã sphærã: pptereaq; ex oliuis oleũ defluit
ad lãpadẽ & lucernas: ad luminis nutrimentũ. Qua re p rõnis similitudinẽ cũ cælo⸗
rũ q̃s nos videmus lux a supremis illis emanet & cõseruet (qui enĩ dat lucẽ idẽ con⸗
seruat) Merito illi q̃dẽ oliuis: hi aũt lucernis & lãpadi cõparant. Verũ si nõ pñt eius⸗
dẽ aquæ duo primi fontes cõstitui: necesse est ex illis duabus supremis sphæris alte⸗
rã esse: quæ sit principiũ totius lucis. Quod si ad alterã ad primã vtiq;. i. ad decimã
referendũ est: vt sit ipsa quasi vnitas luminũ: tũ pxime lumen tota essentia suæ sub⸗
stãtiæ nona recipiat. Inde tertio ad solẽ plena participatiõe pueniat: a sole aũt quar⸗
to iã ideorũ postremo gradu in oẽs stellas partibiliter diuidat. Supra igit̃ nouem cæ⸗
los decimũ statuamus: quẽ theologi vocãt empyreũ. Dubitatũ aũt a q̃busdã natura
ne esset corporea an incorporea potius. Nã & vnitatem forte decet vt numero cœle⸗
mẽtali ñdet analogia naturæ: ita nõ esse genere eodẽ. Sed quicq̃d de hac q̃stione sta⸗
tuat̃ remaneat in cõcussum mihi esse thesauros lucis: & inde quicq̃d hr̃ luminis visi⸗
tur q; in corporibus q̃si a primo fonte in cætera deriuari. Neq; enĩ obstat si quis cre⸗
dere ptinacius q; verius velit nõ esse illũ natura vere corporea: q̃n in phœnicũ theo⸗
logia est: vt scribit Iulianus Cæsar in orõne de sole: emanare lucẽ corporeã ab incor⸗
porea natura. Præest hic igit̃ nouẽ sibi serie cõsequẽti succedẽtibus cælis quasi dux
exercitui quasi forma materiæ & Monados typum gerens denariũ implet.

Sphæras cælestiũ eẽ decẽ

Sphærã decimã in veteri testamẽto figuratam

Cælum decimũ Empyreum dicitur

Cælum Empyreum sed Phœnicũ theologia est incorporeum

Caput secundum.

¶ Veniamus ad Mosem q̃ dicturus de oĩbus hũc tñ q; primũ & pricipalẽ cæli pecu⸗
liariter appellatiõe dignatus est: quẽadmodũ licet nouẽ choros ãgelicos: q̃a pticipãt
diuinitate vocare deos possumus. Vñ illud deus deorũ. Absolute tñ cũ deũ dicimus
nõ aliquẽ ex eis: sed indiuiduã trinitatẽ accipimus psidẽtẽ illis quẽadmodũ & em⸗

Cælũ empyreũ pprie cælũ dicitur

pyreũ cælũ nouẽ sibi subiectis orbibus p̄sidet. Terrã autẽ vocauit octo sphæras postremas; neq; id sine causa; sed ob id factũ q̄m huius nũeri extrema sibi terræ appellationẽ vẽdicãt. Ea sũt luna & cælũ stellatũ q̄ꝝ vtrũq; terrã vocare & veterꝝ auctoritate & rõe p̄tetea cogimur. De sphæra em̄ octaua frequẽtissimũ in Academia dare illi t̃ræ appellatõnẽ. Lunã itẽ Aristoteles t̃ræ similẽ dixit imitatus.s. Pythagoricos; q eã & t̃rã cælestẽ & t̃restre cælũ appellãt. Sed vide q̄ rõ ad vtrũq; nos ducat. Si enĩ ĩ cælo q̄rimus elemẽta lunã t̃rã statuimus ĩfimã ignobilissimãq; oĩm siderꝝ; vt iest t̃ra oĩm elemẽtorꝝ opacitate itidẽ substantiæ & maculis illi p̄similẽ: Tũ aquã Mercuriũ versipelle sydus & trãsformabile; ĩõq; apud Lucanũ unde arbitrũ appellatũ. Venerẽ aerẽ tẽpato calore viuificã solẽ ignẽ tõne manifestissima; Tũ ordĩe inuerso martẽ ignẽ; Iouẽ aerẽ cognatũ Veneri natura; Saturnũ aquã senẽ.s. dãnatæ frigiditatis; reliquũ ut sphærã octauã; & nõ erraticã t̃rã vocemus; vel ĩpo sic cõputatõis ordĩe postulãte Recte igĩt hoc totũ quod binis utrinq; terris cõcludiĩ; supra quod nihil visibile nobis; terrã vocauit. Tum subdit & terra erat inanis & vacua inanitate.s. lucis nõdũ a primo cælo p̄pagatæ ad eã; & reliquarꝝ virtutũ; q̄ꝝ vehiculũ est lux. Neq; hoc dicimus ex nobis; sed ĩpe auctor declarat; cuius rei dicat inanitatem adijciẽs & tenebræ erãt sup faciẽ abyssi; altitudinẽ tãtã tot numero orbiũ & mirã p̄funditatẽ iure abyssum vocãs. Verꝝ ne crederemus inter octauã sphærã & sedes empyreas nihil medium esse; ut crediderũt multi sequuti inditia tãtũ modo sensuũ; admonuit nos orbis intercedẽtis; quẽ p aquas ĩpe cũ figurauerit cõsone a iunioribus christallinũ cælũ est nuncupatũ. Sup hũc ferebaĩ aut ut veritas habet hebraica; & Syrus Effren trãstulit incubabat huic sp̃ũs dñi.i. p̄xime adhærens spiritalis olympus sedes spirituũ dñi fouebat eũ sua luce viuifica. & recte est factũ vt qui attinẽs est principio lucis toto corpe & tota sui mole lucẽ cõbiberet; p̄pterea nobis inuisibilẽ q̄a corpulentia solidiore nõ terminaĩ. Illi igĩt primũ incubãs suã lucẽ largiebaĩ empyreus; quæ mox & in reliq̄s sphæras q̄s p t̃rã & p abyssum dicimus designatas excussis tenebris deo sic iubẽte est deriuata & factũ est vespere & mane dies vnus; q̄a p lucis & sup̃ni influxus receptionẽ fœderanĩ primis cæli inferiores. Sũmatim igĩt prima die & p̃imi cæli eminẽtia in reliq̄s & deriuatio inde lucis ad eos; & p aquæ ac terræ cognomina de noni orbis & aliorũ multa p̄prietatibus indicanĩ.

Sphæra octaua quare terra appellatur

Luna quare terra appellatur.

Chrystallinũ cælũ quomõ sp̃ũ dñi foueatur.

Caput tertiũ.

Illã vero de motis orbibus particularius p̄nunciãs docet erraticã sphærã quam dicimus firmamẽtũ mediã esse inter duas aq̄s; cuius dicti rõ manifesta ex his quæ diximus. nã & nonus orbis & saturni planetes ut declarauimus aquarꝝ sibi appellationẽ vendicãt. Positũ ergo a deo est firmamẽtũ in medio aquarꝝ. & aq̄ quæ sunt sub cælo cõgrægatæ sũt ad locũ unũ & factũ ut appareret arida.i. t̃ra totũq; hoc p̄curatũ ad salutẽ viuẽtiũ. Videamus q̄d hæc sibi velint Moseos dicta. Aq̄ quæ sub cælo sũt septẽ syderea sũt quæ sunt sub firmamẽto q̄d vocauit cælũ; q̄ꝝ primus Saturnus. hæ aquæ cõgregatæ in locũ vnũ iõ sunt: q̄a oĩs planetarꝝ virtus in vno sole collecta est; q̄d oẽs philosophi oẽs mathematici vno ore cõfirmãt: & si hæc cõgregatio aq̄ꝝ dicta est mare nõ absurde hic ille erit oceanus q pat̃ deorꝝ & hoĩm ab illis diciĩ q planetas deorꝝ noĩe dignati sunt. Terra aũt q̄d aliud dicemus q̄ lunã sic ad Aristotele & Pythagoricis nuncupatã; quæ cũ tota p̄dicti maris undis obruiĩ; nec utilis nobis nec visibilis itẽ est; sed tũc & aĩaliũ & nr̃is vsibus idonea: Cũ ab eo secedẽs in animagis magisq; sub aspectũ venit. Tũc fertilis tũc fœcũda eorꝝ præsertim quæ a vegetali natura sunt. Cuius munera auctio nutritio & generatio. In hæc enĩ præcipua vis lunæ ut dixerũt chaldei. Quod & hic a Mose aptissime demonstraĩ. Cũ eã simul atq; apparet & herbarꝝ & fruticũ & arborꝝ pai ẽtẽ facit. Vide ut nobis naturã lunæ & solis paucissimis figurateq; subiudicauit. Sed cur tacet de reliquis quẽ tracturũ de oĩbus sufficiẽter & docte in p̄phemijs nr̃is p̄mittamus. Cur inq; cũ de decima nona octauaq; sphæra de Saturno itẽ sole & luna fecerit mẽtionẽ de quattuor q supsunt

Planetarꝝ oĩs virtus ĩ sole collecta existit.

Oceanus q̄re a q̄busdã dicitur pater deorꝝ & hoĩm

Lunæ vis circa vegetalia.

EXPOSITIO TERTIA DE MVNDO ANGELICO ET INVISIBILI.

PROHEMIVM TERTII LIBRI.

Mũdi supcælestis expositio.

hActenus de cælesti mũdo ꝓ viribus nostri ĩgenij mysteria Moseos reuelantes disputauerimus, Nunc aũt quis dabit mihi pēnas sicut columbæ: pennas deargentatas & rutilas pallore auri: & volabo in supcælestem regionē: ubi vera est quies: vera pax: vera trãquillitas: Pax utiq; quã hic visibilis & corporeus mũdus dare nõ põt. Reuelate vos oculos meos ultra mundani spũs: et contẽplabor miracula vestræ ciuitatis: ubi reposuit deus timentibus se: q̃ nec vidit oculus: nec auris audiuit: neq; cor cogitauit. Cum autē de hac natura angelica: & ĩuisibili ab hebræis veteribus multa: multa item a Dionysio tradant̃: erat cõsiliũ Moseos verba exponere iuxta doctrinã utriusq; familiæ. Sed qm̃ quæ ab hebræis dicunt̃ (cũ sint inusitata) apud latinos intelligi a nostris hoĩbus facile nõ possent: nisi a gemino (qđ aiunt) ouo exorsi plurima: & fere oĩa veteris disciplinæ hebraicæ gentis dogmata enarraremus: Cogitaui differendũ donec de his alibi latius scripserimus: & nostratibus notas fecerimus illoꝶ opiniones: ubi quantũ ægyptijs monimentis quantũ platonicæ phiæ: quantũ catholicæ veritati cõsonent examinantes: sicubi quidē cõcordabũt nobiscũ: iubebimus hebræos stare in antiquis patrũ suoꝶ traditiõibus: sicubi dissonabũt instructi catholicis legiõibus impressionē faciemus in eos, Deniq; quicquid alienũ ab euãgelica veritate depræhendimus cõfutabimus ꝓ virili: quicquid sanctum & veꝶ: a synagoga ut ab iniusto possessore ad nos legitimos israelitas transferemus. Interea Dionysij vestigijs insistentes aut Pauli potius & hierothei quos ille est sequutus conabimur tenebris legis quas auctor legis spũs dei posuit suũ latibulum pro nostra imbecillitate lucem inuehere.

Caput primum.

Vnitatis vis atq; descriptio.

¶ Quicquid est post unitatē numerus unitate ꝑfectus & consumatus est. Sola unitas oĩno simplex a se ꝑfecta nõ egredit̃ se: sed indiuidua simplicitate & solitaria sibi cohæret: quia supest sibi nullius ĩdiga plena suis diuitijs. Numerus sua natura cũ sit mltitudo unitatis beneficio fit simplex quantũ ipse simplicitatis capax: quanq; aũt numerus quisq; q̃ magis ab unitate fit ꝓcul in maiorē semp incidat multitudinē plusq; in eo dissimilitudinis plus partiũ plus cõpositurææ sit: nullus est tamē unitati ꝓximus qui multitudo nõ sit aduentitiam habēs unitatem unaq; nõ natura: sed cõpositione. transferamus hæc ad diuina more Pythagorico. Solus deus qui a nullo a q̃ sunt oĩa simplicissima essentia & indiuidua est, quicquid habet a se habet: eadē re qua est eadē sapit eadē vult eadē bonus eadē iustus. Neq; rem aliquã intelligere possumus qua ipse sit præter quã ipsum esse qđ ipse est. Cætera nõ illud. i. ipsum esse: sed illo sunt. Igit̃ angelus nõ est ipsa unitas: alioquin deus esset: aut plures essent dei qđ cõcipi ne põt quidē. Quid em̃ erit unũ sine ipsa quidē unitas una: Reliquũ ut angelus numerus sit. Qđ si est numerus alia sui parte multitudo una. Est aũt oĩs numerus eatenus impꝑfectus quatenus multitudo: ꝑfectus aũt quatenus unus. Quare quicqd in angelo impꝑfectum est angelicæ multitudini: quã inde habet unde est numerus. i. creatura: & quicquid ꝑfectum est accedenti unitati quã inde habet unde deo cõiungit̃ ascribamus. Impꝑfectionē in angelo duplicē inuenimus: Alterã quia nõ est ipsum esse sed essentia tantũ cui participatu esse accidit ut sit: Alterã quia nõ est ipsa intellectio sed aduenit ei ut intelligat: Cũ ipse sua natura intellectus sit intelligentiæ capax. Pendet aũt secunda ex prima qm̃ q ex se nõ est utiq; neq; intelligit ex se: cũ ibi esse nihil possit ubi nõ est ipsum esse. Vtrũq; igit̃ hoꝶ euenit angelo qua multitudo est. Reliquũ ut absolutio illi & cõsumatio ab accedente desup fiat unitate. Deus aũt unitas: unde ad angelum & esse & vita & oĩs perfectio deriuat̃. Quēadmodũ aũt duplex est impꝑfectio quasi duplex multitudo: ita duplicem intelligamus unitatis accessum ut utraq; perficiat̃. Prima ea est qua est essentia rudis ac informis expers vitæ & esse hæc est terra inanis & vacua quã & deus creauit. Nec forte crederes ut quidã crediderũt formationē tantũ essentiæ pertinere ad opificē

Numeri natura & proprietas

Numeroꝶ ad deũ collatio.

Angeloꝶ ꝑfectio et imperfectio cui ascribent̃

Angeloꝶ duplex impꝑfectio.

Terra ĩanis

nō aūt ad creationē. Simul cū terra creauit & cælum.i. actum illius essentiæ participatam& unitatē in multitudine hoc est ipsum esse: Vt sit quasi eadem creatio cæli & terræ utpote cōparis complexus & duarꝫ ad idem simili nexu conuenientium naturarꝫ. Nec dissone a veteribus ipsum esse participationē diuinitatis vocamus cælum; quādo & mundū archetypum Zenophanes sphæram appellauit. & Saraceni quinīmo & nostri deum circulum vocant.

Deū Sarracem circulū vocant.

Caput secundum.

¶ Est angelus ꝑ ea q̄ diximus iam suā naturā ꝑfecte adeptus intellectualē&ꝓprietatē. Verꝫ tamē nondū habet unde sua munera īpleat intelligendi.s. & contēplandi; nisi a deo prius formis intelligibilibus vestiat̄. Propterea adhuc sunt tenebræ sup faciē abyssi. Abyssus intellectualis ꝓprietas est ꝓfunda queq; penetrās et ꝑscrutans. Sup hanc tenebræ sunt; donec spiritaliū notionū quibus oīa videt & intuet̄ radijs nō illustrat̄. Scriptum est aūt sup faciem abyssi nō sup abyssum. quia idem locus tenebræ & lucis. Lux aūt.i. species; intelligibiles faciem tenēt.i. extrema angelici intellectus quia accidentes ei sunt qualitates nō ad ipsius essentiā spectant. Quid aūt mediū intercedat priusq; tenebra depulsa aboriat̄ lux statim annectit dicens: & spūs dn̄i ferebat̄ super aquas. Dn̄i spūs quid erit potiusq; spūs amoris: Neq; eñ spiritū scientiæ ita ꝓpriæ dn̄i spiritū dicemus. Q m̄ & scientia quādoq; abducit a deo. Amor aūt ad deū semꝑ adducit. Hic nisi sup abyssum illam ferat̄ nō fiet lux. Q m̄ queādmodū nō implebit̄ luce oculus nisi ad solem cōuersus; ita neq; angelus spiritali luce implet̄ nisi cōuertat̄ ad deū. Motus autē hic cōuersionis neq; est neq; esse aliud pōt in natura angelica q̄ motus amoris. Erat igitur spūs dn̄i amatorius spūs sup abyssum.i. sup angelicū intellectū; intelligentiā eñ amor consequit̄; quo dū acta & excitata angeli mens ad deū conuertit̄; Dixit deus: fiat lux & facta est lux in angelo lux.s. formarꝫ intelligibiliū: & fuit ex vespere & mane dies unus: quia ut ꝓbat Auerrois ex intellectu et intelligibili fit magis unū q̄ ex materia. & forma qđ ut idem affirmat; & scribit etiā Moses Aegyptius longe magis in angelis q̄ in hoīe verꝫ deꝑhendit̄. Cuius ut illos obmittamus hæc nobis satis fit ratio q̄ species angelicæ menti indiuidua copula nō ut humano intellectui accidit vaga & translatitia perpetuis nexibus uniuntur.

Species intelligibiles angelorꝫ nō sūt de eorꝫ essentia

Intelligentiā amor consequitur.

Intellectus et intelligibile quare magis fiūt unū q̄ materia et forma.

Caput tertium.

¶ Vidimus creatam a deo naturā angeli; eandē ad deū cōuersam spiritu amoris; tū ab eo illustratā & absolutā luce intelligibiliū rationū. Videamus nūc q̄ inter se ordine angelici exercitus distinguunt̄. Legimus aūt positum firmamentū in medio aquarꝫ ubi tres nobis angelicæ hierarchiæ (sic eñ eas semꝑ usitato vocabulo appellabimus) indicant̄. harꝫ prima & ultima ꝑ aquas designat̄; illa per supcælestes: hæc ꝑ eas quæ sūt sub cælo; media illas diuidens dicit̄ firmamentū. Quæ oīa si naturā triū hierarchiarꝫ & officia pensitemus consonare Dionysij doctrinæ magis nequeant. Suprema hierarchia cū (ut scribit ille) soli vacet cōtemplatiōi merito ꝑ aquas figurata est; q̄ sup cælos.i. sup omnē circa mundana siue cælestia siue terrena actionē sunt constitutæ; & deū perenni sono indesinenter laudant. Medius aūt ordo cū sit cælestibus officijs delegatus ꝑfecto nō poterat cōgruentius q̄ ꝑ firmamentū.i. ꝑ cælum significari. Postrema hierarchia & si natura sup omne sit corpus supraq; cælum; curat tamē ea q̄ sunt sub cælo; & cū diuidat̄ in prīcipatus archangelos & angelos omniū horꝫ operatio om̄is circa ea est tantū q̄ sunt sub luna; principatuū circa respublicas & reges ac prīcipes ut ex Daniele cognoscimus archangelorū circa mysteria & sacras ceremonias. Angeli priuaris student rebus & singuli singulis hoībus adhibent̄. Recte igit̄ hic subcælestis exercitus ꝑ subcælestes aquas est figuratus. Qui & rebus præest fluxis atq; caducis. & illi ordini subest qui versatur circa cælestia.

Angelicæ Herarchiæ distinctio & officia

Caput quartum.

¶ Quid aūt sit aquas q̄ sunt sub cælo colligi ad locū unū; dubiū esset fortasse nisi hoc nobis Paulus declararet apud quē de his angelis qui ad mundi huius obeunda munera mittunt̄; legimus esse oēs administratorios spūs in ministeriū missos ꝓpter eos qui hæreditatē capiūt salutis. Vnde possumus intelligere subcælestes has aquas.i. angeli-

Venere & Mercurio Ioue item & Marte ne verbũ quidẽ. Dixeris forsan ideo factum
ꝗa rudis populus solẽ tñ nouit & lunã. Sed hoc ꝑfugiũ ipse mihimet ademi; nec pos-
sum nõ erubescẽs isthuc diuertere qui sup̃ sũ attestatus nihil ꝓpterea obmissum a Mo
se qđ ad ꝑfectã mũdoꝝ oĩm intelligentiã faceret. Dicat alius qđ sole ac luna egit egis-
se de reliquis; qđ hi regnũ obtinent cæli & cũ ꝑticularis alioꝝ sit virtus; uniuersali hæc
duo sydera influxu pollent. Sed neqꝫ hoc nobis satisfacit; & debuit eadem rõne obmi
sisse Saturnũ; de q̃ tñ nos factam mentionẽ ostendimus. Altius credo latere mysteriũ
veteris hebræoꝝ disciplinæ; inter cuius de cælo dogmata hoc est p̃cipuũ cõcludi a so
le Iouem & Martẽ; a luna vero Venerẽ & Mercuriũ. Nec si hoꝝ naturas sydeꝝ pensi-
temus obscura est ratio opiniõis; ꝗcꝗ ipsi rationẽ nullam sui dogmatis afferãt. Calat
Iuppiter calat Mars; calat & Sol; sed Martis calor acer & violentus Iouis bñficus; in so
le est acre illud ac violentũ Martis & Iouis beneficã ꝓprietatẽ videmus. i. mixtã ex his
temperatãqꝫ mediã quandã ut ita dixerim naturã. Iuppiter fœlix Mars ĩfaustus sol par
tim quidẽ bonus partim est malus radiatiõe bonus pocula malus. Est aries Martis do
mus cancer dignitas Iouis; sol in cancro sublimitatẽ in ariete dignitatẽ adeptus mani-
festam cũ utroqꝫ sydere cognationẽ ostendit. Veniamus ad lunã q̃ & aquis Mercurij
manifeste ꝑticipat; & quantã habeat cũ Venere affinitatẽ p̃sertim hinc indicat q̃ sita in
tauro Veneris domicilio sublimat̃; ut nusq̃ fœlicior aut magis bñfica iudicet̃. De cæ
lo igit̃ empyreo de nono orbe de firmamẽto de sydere Saturni; deqꝫ sole ac luna qui re
liqua complectunt̃ ipso silentio huius cõplexus nos admonens sufficienter hactenus
dixit.

Planetę quare non oẽs enumerant̃ i libro genesis

Planetarum mutua atqꝫ mystica affinitas.

Caput quartum.

¶Restabat ut postq̃ de natura sydeꝝ dixerat de opibus deqꝫ eoꝝ officio dissereret de
clarans in quẽ usum fundata & cui muneri delegata a deo fuerint. Scito aũt agi adhuc
de cælo ut de lucido corpe. nihil de intellectu nihil de motrice ut eius adhuc dictũ a ꝓ-
pheta quẽ ordinẽ etiã timæus sequit̃. Primo corpus fabricãs tũ corpori absoluto aĩm
apponẽs; cælestiũ corpoꝝ duæ in uniuersum manifeste opationes motus & illumina
tio. Motus duplex statuit̃; alter mũdi totius q̃ cæliũ & æther. xxiiij. horis ꝑ totũ spaciũ
uniuersi ꝑfecto ambitu circũuoluunt̃; alterũ sydeꝝ ꝓprius multiplex & varius inter
quos prĩcipalis est motus solis qui spacio. xij. mensiũ Zodiaci signa oĩa circuit. Ille di
em facit unde & diurnus dicit̃; hic aũt annũ reliqui sydeꝝ motus varijs tẽpoꝝ ĩterual
lis peragunt̃. Recte igit̃ & breuiter nos oĩm admonuit Moses; cũ dixit posita sydera ĩ
firmamẽto in dies annos et tp̃a. Addidit in signa qđ quia satis ab alijs interp̃tibus ex-
ponit̃ ego p̃tereo. Indicauit p̃terea expresse reliquã operationẽ sydeꝝ q̃ est illumina-
tio cũ dixit statuta illa ut lucerẽt in cælo & terrã illuminarent. Quãqꝫ aũt diuersæ sint
sententiæ veteꝝ q̃d cælestia influant inferiorĩbus in quãlibet tñ apte cadunt Moseos
verba. Nam si nihil aliud influunt q̃ lucẽ qđ videt̃ Aristoteles voluisse si religioso &
nõ ꝓ nostro arbitrio illius verba interp̃temur; nihil poterit cogitari mosaicis dictis cõ
uenientius; si p̃ter lucem calorẽ etiã influunt nihilqꝫ p̃terea aliud ut Auerrois arabs &
Abraam iudæus volũt satis fuit dixisse de luce a qua idem auctores ꝓuenire calorẽ fa-
tent̃. Si itẽ plures aliæ virtutes atqꝫ multiplices isthuc cælitus demittunt̃ ut Auicennæ
vt Babylonijs visum nõ temere de sola luce mentio facta; q̃n ut ipse scribit Auicenna
sola est lux q̃ reliquas oẽs virtutes de cælo vehit ad nos. In hæc igit̃ ministeria & lunæ
et solis & stellaꝝ sunt corpa distributa.

Corpoꝝ cælestium duæ sũt opatiões Siderum duplex motus.

Cælestia q̃d inferioribus influant.

Lux oẽs virtutes de cęlo ad nos vehit

Caput quintum.

¶Reliquũ erat ut & signoꝝ q̃ spectabilia sunt in Zodiaco; & eoꝝ q̃ quãq̃ inuisa no
bis longe tñ efficatiora in cælo sunt chrystallino mentionẽ faceret. De his eñ nihil ha-
ctenus dictũ. hoc igit̃ sibi volunt aĩalia q̃ & aquæ ꝓducũt & terra ꝓducit; utiqꝫ illæ a
quæ q̃ sunt sup̃ cælos & terra q̃ ip̃m est firmamentũ ut sup̃ est cõprobatũ. Signa eñ q̃
in illis solis duobus orbibus visunt̃ in speciẽ animaliũ qualia q̃ apud nos ab ægyptijs
& indis notata sunt; q̃ potuerũt illi & facilius et rectius q̃ nostri dep̃hendere adiuti ab
ipsa soli planitie & cæli serenitate. Alioquin aĩalium q̃ hic sunt caduca ꝓductio non

Aĩaliũ figuras ĩ cælo Indi & Aegyptii inuenert.

magis attinet ad hæc duo elementa terrã & aquã quã ad reliqua videlicet ignẽ: & aerẽ
et qm̃ aquæ dedit appellationẽ orbi chrystallino cõgruẽter q̃ ibi aĩalia pisces; rursus q̃
in firmamẽto qđ terrã dicit iumenta & bestias vocauit. Caput sextum.

Virtus motiua cælorũ rõnalis creatura est.

¶Hactenus de corporea cælorꝝ natura. Nunc p̃dita ea aĩo rõnali declaraturus allego⸗
rice hoĩs meminit: nõ utiq; illius qui est caducus & terreus & quẽ videmus; sed a q̃ (ut
inquit Plotinus) is regit hõ qui videt. Ille ipse animus est rõnalis; quẽ ex eisdẽ elemen
tis; & in eadẽ patera; ex q̃bus & cæli animã cũ Timæus cõstituat; nõ incõgrue quæ di
cunt de hoĩs aĩo ad cæli etiã animũ transferunt. Astipulant nostræ expositioĩ litteræ
sacræ; in q̃bus sæpe angelica oĩs natura & rationalis per hoĩem designat. Frequentissi
mũ hoc in pphetis de bonis angelis; et de malo etiam dæmone; qui nihil natura differt
ab illis; scriptũ est in euãgelio: Inimicus hõ hæc fecit. Adiecit igitur deus cælesti machi

Cælestes orbes motoribus suis obediũt: Et non ut corpa nostra reluctãt.

næ viuã substantiã & rõnalem participẽ intellectus; Ideoq; ad imaginẽ et similitudinẽ
suã hanc noluit p̃esse; his de q̃bus paulo ante diximus animãtibus. i. sydereis oĩbus si⸗
gnis et planetis; q̃ illius ita nutu versant; ita dicto obediunt; ut nulla mora; nulla sit cõ
tumacia; Qđ brutis elementorꝝ corpibus nõ pariter accidit. Neq; temere aliud inueni
es in q̃ magis desudent peripathetici; q̃ ut pbẽt nihil reluctari cæleste corpus suo mo⸗
tori quẽadmodũ nostra nobis corpora reluctant. Quare neq; illis ut nobis ex ppetuo
motu; aut tediũ; aut difficultas; aut fatigatio; hoc est imperiũ qđ tetigit Moses cælestis
hoĩs in animalia. Non item vacat mysterio q̃ illum hoĩem marem & fœminã creauit.
Est eñi hæc p̃rogatiua animorꝝ cælestiũ ut simul utrũq; obeant munus & contẽplan⸗
di & regendi corpora; neq; aut hoc illi; aut huic illud obstrepat; ĩpedimento ve esse pos
sit. Vsurpatũ aũt maxime a veteribus; qđ in orphicis etiã hymnis obseruamus; duas
has vires in eadẽ substantia; quarꝝ altera cõtemplat; altera præest corpori cognomini⸗
bus maris & fœminæ designare; hæc de cælesti mũdo; de diuino. s. corpore; de nume
ro orbiũ; de natura & ppietatibus; de officio. postremo de motrice vi eius; rationali
substantia; deq; eius ingenio a ppheta traduntur. Caput septimum.

¶Nobilis hæc creatura et a nobis suspicienda & celebranda. Sed si; vel platonicæ sen
tentiæ; ut theologos taceam; cuius modo meminimus nõ sumus obliti temperatos a
nimos nostros ab opifice deo in eodẽ cratere; ex eisdemq; elementis cũ cælestibus ani

Aĩ cælestes & hoĩm ex ijsdẽ elementis et eadem patria ideo fratres.

mis; videamus ne nos illorꝝ seruos velimus. quorꝝ nos fratres esse natura voluit. Neq;
nostrã conditionẽ de hoc infirmo corpore metiamur. Neq; eñi homo (ut scriptũ in al
cibiade) hoc qđ videmus fragile & terrenũ; sed animus est; sed intellectus; qui omnem
ambitũ cæli; omnẽ decursum temporis excedit. Cauendum igit ne qđ multi faciunt;
plus cælo dantes; plus tribuentes q̃ sit necesse & volũtati opificis & ordini uniuersi re
pugnemus; simulq; ipsi cælo cui dei consilia & mũdi ordo maxime cordi sunt; dũ stu

Cælo nõ nimiũ esse attribuendũ si dei vel timoris.

demus placere displiceamus. Hoc admonẽt Chaldæi dicentes. Ne augeas fatum. hoc
prædicat Hieremias. Ne timeatis inquit signa cæli q̃ gentes timent. hoc præcipit alibi
ppheta noster admonens cauendũ homini ne suspiciens solem lunã & stellas; colat ea
quæ deus creauit in ministeriũ cunctis gentibus. Qđ si in eum sensum quis nõ accipi
at quasi illa seruiant nobis uti ignobiliora & mortua corpora; significari tamẽ intelliga
mus auctorẽ aut dominã naturæ nostræ eam substantiam esse nõ posse; cuius vel alte
ra pars etiam vilior aliqua parte quæ sit in nobis ignobilior inueniat. Neq; eñi in ope⸗
re perfectius aliquid esse; aut põt; aut debet his q̃ sunt in opifice. Illum igit timeamus
amemus & veneremur. In q̃; ut inquit Paulus; creata sunt oĩa siue uisibilia siue inuisi⸗
bilia. Quod est principium; in quo fecit deus cælum & terrã; hoc aũt est Christus. Ipse

Felicitatẽ huius mũdi & æternã nõ a stellarũ imaginibus sed a xp̃o conquerendum

eñi percunctatus quis esset optime sui gnarus respõdit. Ego principiũ qui loquor vo⸗
bis. Quare neq; stellarꝝ imagines in metallis; sed illius. i. verbi dei imaginẽ in nostris a⸗
nimis reformemus; Neq; a cælis aut corpore aut fortuna q̃ nec dabunt; sed a domino
cæli; domino bonorꝝ omniũ; cui data oĩs potestas in cælo & in terra; & præsentia bo
na quatenus bona sunt; & verã æternæ vitæ fœlicitatem quæramus.

cos exercitus ad unũ locũ ad unius.s.hoĩs bonũ salutẽq; ꝓcurandam congregatos ꝑ qua & mittunt̃ ad nos & nũc secundũ quietẽ: nunc etiã vigilantibus nobis: alijs atq; alijs & formis & locis & tpibus apparẽt. Quæ sñia q̃ pacto sit accipienda tũc demũ cognoscemus cũ & q̃ pacto id sit verũ qđ dicit Moses: aquas.s. ad locũ unũ fuisse cõgregatas: animũ aduertimus. Neq; eñi illud ita est verũ: ut nusq; distinctis disclusisq; ĩ locis aquæ inueniant̃: cũ Indicũ mare ab hircano: hircanũ ab adriatico: adriaticũ ab euxino: innumera ꝑterea fluuioꝝ fontiũ lacuũq; fluenta longissima locoꝝ inuicẽ intercapedine dispescant̃. Sed ideo ad locũ unũ cõgregatæ aquæ dicunt̃: quia particulares hæ atq; diuisæ aquaꝝ collectiones vel marinæ vel fluuiatiles oẽs (ut inquit Salamon) ad primariũ mare tendentes in unũ oceani locũ uniunt̃ & coeunt. haud aliter est nobis de his angelis intelligendum: qui sublunaria curãt. Diuersis eñi diuersi corꝑalibus rebus alijsq; ab hoĩe præsunt. Qm̃ queãdmodũ Platonici: ita & nostri crediderũt varijs mundi huius corruptibilis rebus varias spĩtales substantias a deo ꝑfectas. Quo circa & Augustinus nullam esse visibilem rem apud nos cui nõ præsit angelica potestas: & corpora oĩa ꝑ rationalem spiritũ vitæ regi constanter asseruit: id qđ & Gregorius postea cõfirmauit. Origenes silr in cõmentarijs in librũ numeroꝝ opus esse ĩquit mundo angelis qui bestijs ꝑsint & animaliũ natalibus virgultorũq; etiã & plantationũ & cæteraꝝ reꝝ incremẽtis. In qua sententia cũ esset & Damascenus credidit angelũ qui peccauit ex his fuisse qui despicatissimæ notæ sint: & terrestri ordini præsint. Verũ queãdmodum hæc oĩa infra hominẽ ad hominẽ referunt̃: ita & oĩs circa hæc angeloꝝ cura illi potissimũ subancillat̃ & seruit operæ & studio ut curẽt humana & nostræ auxiliantes imbecillitati efficiant: quantũ quidẽ patimur ipsi: ut pie atq; fœliciter vitã viuamus. Quare & quid sibi velit illa aquaꝝ collectio statim Moses intulit: ut terra det fructũ herbas & plantas arbores. Quæ aũt hæc terra est ꝑter eam de qua scriptũ in euãgelio ꝙ alia quidem affert fructũ centesimũ: alia sexagesimũ: alia trigesimũ: Terra utiq; animi nostri: de qua Paulus hæc verba. Terra excipiens frequẽter veniẽtem sup se imbrẽ si generet herbã opportunã his quibus colit̃ percipiet benedictionẽ a deo: q̃ vero spinas & tribulos ꝓfert reproba est & maledictio proxima: Cuius finis in adustionẽ. Curemus igitur & nos det terra nostra fructum in tpe suo: det quasi herbas purgatorias virtutes: det scientiã & sapientiã quasi maiores frutices: det absolutã ꝑfectamq; virtutẽ quasi libani cedros: ut sit finis eius benedictio nõ sit adustio: Et audiamus dicentẽ patrẽ. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni quẽ benedixit deus. Nec miret̃ quispiã aliud cælum nobis & terrã primo die significare: aliud nũc firmamentũ & aridam id qđ etiam in superioribus libris obseruauimus: qñ & Origenes & Basilius & plærıq; alij volunt aliud esse apud Mosem cælum & terrã primo die: aliud aridam & firmamentũ die secundo.

Aquas non præcise esse oẽs cõgregatas.

Angelos nõ solũ hoibus sed oĩbus fere rebus esse prefectos.

Angeloꝝ oĩs labor & cura ꝓpter hoĩem est.

Aĩ ad terrã cõꝑatio

Caput quintum.

¶ Fauent aũt terræ huic nostræ cælestes etiã virtutes. Posita eñi in firmamẽto & sol & luna & stellæ ut terrã nostrã illuminent. Vide q; hæc Dionysiacis mysterijs apte cõueniant. Diximus de ultima hierarchia delegata curãdis rebus q̃ sunt sub luna.i.hũanis. Nunc de media agit̃: cui cælestiũ administratio demãdata. Neq; erit de tertia silr expectandũ ut dicat: de qua dicendũ nihil ꝑter ea q̃ dicta sunt: esse.s.eam sup cælos.i.supra omnẽ actionis motũ supraq; rerũ omniũ mundanarũ administrationẽ contẽplationi tantũ addicta. hoc aũt loco nec violentũ nec alienũ a sacris litteris existimemus ꝙ lunã & solem vocet non quæ videmus sydera sed rectores lunæ & solis angelicas virtutes. Nam & scriptura cũ dicit hominẽ dei filiũ ꝑ gratiã: hunc nõ intelligit quẽ videmus caducũ & fragilem: sed qui regit hunc ipsum quẽ nos videmus. & in regũ historia legimus iuxta Hebraicã litteraturã Salamonẽ his verbis orantẽ. Exaudi o cælũ: ubi nõ cælum tamẽ: sed cæli ac terræ rectorẽ & dominũ deũ appellat. Ita & nos hoc in loco cũ solem audimus & stellas nõ sydera: sed syderũ præsides angelos intelligamus: qui cũ ipsi sint inuisibiles: inuisibilem etiã terrã illuminãt: substantiã.s.animi nostri. Nec aut te

Historia regum.

mere aut vulgariter dictum statuta illa ut illuminent: Sed tam ꝓprie tam consone his q̃ attulimus: ut si nõ aliunde: hinc certe expositio nostra maxime comprobetur. Cum em̃ (ut tradit Dionysius) tres sint actiones angelicæ: purgatio: illuminatio & perfectio: sic sunt distributæ: ut purget ultimus ordo: sup̃mus perficiat. medius aũt hic: de q̃ nũc agimus illuminet. Purgant igit̃ terram nostrã aquæ inferiores: unde & nitida sub aspectum venit: Purgatã cælestes illuminãt. Supcælestes igneo quodã rore atq; uiuifico pficiunt & fœcundant: ad tantã sæpe fœlicitatem: ut nõ salutares iam herbas sed ipsum germinet saluatorẽ: & nõ una virtus sed Christus plenitudo omniũ virtutũ formetur in nobis.

Angelorũ tres sunt actiones.

Caput sextum.

¶Sequit̃ dari ab elemẽtis habitatorꝝ multitudinẽ pisces aues & bruta: ubi me magnæ profecto angustiæ tenuissent quales nusq; alibi in toto hoc nostro opere: nisi præsto mihi esset & Esaias apud quẽ alata legimus Saraphin: & Ezechiel apud quẽ si Hebræis credimus & aues & bruta spiritales etiã nobis substantias indicant: nisi accurrerent suppetiatũ veteres Hebræi: qui oẽs hoc loco angelicã multitudinẽ insinuari volunt a Mose. Dicamus igit̃ sectantes horꝝ vestigia redargui hic a ꝓpheta errorẽ philosophorũ: qui crediderũt pricipales quidẽ aliquas esse substantias itellectuales: sed negauerũt singulas ex illis (qđ dicũt theologi) numerosæ deinceps multitudini ut legionibus duces pesse. Cũ ergo nouẽ ordines angelicos cogitamus: sitq; unusquisq; ordo suũ ducẽ sortitus: fingamus aĩo ducẽ illum & principẽ quasi maximã sphærã rũ sequacẽ exercitũ quasi sphæræ illius habitatores & ornamentũ sicut in aqua pisces: in aere aues: in terra bestias: in sphæra octaua sydera cogitamus. & verꝫ erit illud Danielis decies milia assistebant ei: & mille milia ministrabant ei.

Angelos aliis præesse.

Caput septimũ.

¶Postrema hoĩs meminit nõ quia homo sit angelus: sed quia angelici mundi finis & terminus quẽadmodũ & de natura corruptibili agens hominẽ etiam attulit illius naturæ: non partem sed principiũ & caput: Quo fit ut ad tres mundos tractatus hoĩs pertineat ad eum qui sibi est ꝓprius & ad utrunq; extremũ incorporeum. s. & elementarẽ: quorꝫ ita est medius ut alterius finis: alterius principiũ statuat̃. Sed video paratũ laqueum nostræ expositioni: cũ subiiciat̃ præesse hominẽ piscibus maris: auibus & brutis. Nam si illa nobis naturã angelicã significant: quo pacto verꝫ erit quod scribit̃ præesse hominẽ illis quẽ deminutũ ab angelis & sciunt philosophi & ꝓpheta testatur. Adsit ille nobis & laqueũ conterat qui & contriuit Sathanã sub nostris pedibus Iesus christus primogenitus oĩs creaturæ: hic laqueum ꝑfecto conterit & nodum omnẽ soluit & abrũpit: qm̃ nõ solum in eo in quo tota diuinitas corporaliter habitauit: adeo sublimata est natura humana ut homo Christus qua homo est (si credimus Dionysio) angelos doceat: illuminet & perficiat: tanto (ut inquit Paulus) melior angelis effectus quãto differentius p̃ illis nomẽ hæreditauit: Sed & nos oẽs quibus data potestas filios dei fieri p gratiã: cuius dator est Christus: supra angelicam dignitatẽ euehi possumus:

Homo ãgelis pfectior atq; sublimior.

¶Epositio quarta de mundo idest humano de hominis natura.

PROOEMIVM LIBRI QVARTI.

Humanæ naturæ expositio.

p Ostq; de oĩbus mundi partibus de oĩ natura cælesti angelica & corruptibili tractatum satis a ꝓpheta ostendimus: reliquum (si pmissi memores sumus) totam iterꝫ lectionẽ de hoĩe interp̃tari: hoc re ipsa cõprobaturi: nullam esse in uniuerso hoc opere orationẽ: quæ uti de tribus mundis: de qbus actũ superius ita de hoĩs etiã natura reconditos sensus & veritates altissimas nõ cõplectat̃. Nec minus fecerimus operepræciũ si in hac quarta explicanda enarratiõe diligẽtes fuerimus q̃ factũ in superioribus. Quã utilis em̃ hoĩ q̃ necessaria sit sui cognitio (ut p̃tèream litterã delphicã) ita est a Platone in primo Alcibiade demonstratũ ut nihil fecerit reliquũ posterioribus qđ sup hac re quasi nouũ afferre tẽptarent. & ꝑfecto ĩprobũ ac temerariũ illius studiũ: qui adhuc sui ignarus adhuc nescius an scire aliquid possit: rerꝫ tamẽ: q̃ tam ꝓcul ab ipso sunt: cognitionẽ sic audacter affectat. Redeamus igit̃ in nos

Hoĩem seipsum ignorare ĩprobum ac temerarium est.

& videamus (ut ait ꝓpheta) quãta bona fecit deus animæ nostræ. Ne si forsitã insemet agnoscenda minus diligēs fuerit audiat patrē dicentē in canticis: si te ignoras o pulcherrima mulierꝶ egredere & abi post vestigia gregū tuorꝶ. Videtis ꝗ nos maneat pœna nostræ ignoratiōis. Abeundum est eñi: a patre. s. quã abitionē & exhæredatio sequiť: qua quid infœlicius? Egrediendū item est: utiqꝫ ex nobis. Neqꝫ eñi apud se est animus: qui seipsum nō videt. Qui aūt se exita se diuelliť: ꝗ quid acerbius? Eundū tertio post vestigia gregū nostrorꝶ. i. post brutorꝶ vestigia: ꝗ sunt in nobis: de quibus in expositione satis dicemus: quo quid miserius? quid despicatius & contēptibilius? fieri. s. pedissequos bestiarꝶ quarꝶ nos duces natura statuerat. Igiť nō post brutorū sed post Moseos vestigia incedentes ingrediamur nos ipsos: ingrediamur animi penetralia ipso nobis ꝓpheta aditum referante: ut & in nobis cū mundo oēs tum & patrē & patriam fœliciter agnoscamus.

Ignorare se ipm triplex sequiť pœna

Caput primum.

¶ Priusqꝫ iuxta verba ordinēqꝫ ꝓphetæ expositionē accuratius digeramus: oportet ꝑfari aliqua de hoīs natura obiterqꝫ dictiones aliquas exponere: ut totius deinde sensus apertior sit intellectus. Constat homo ex corpore & aīa rationali. Rationalis animus celum diciť. Nam & cælum animal a seipso motū vocat Aristoteles: & animus noster (ut ꝓbant Platonici) substantia est seipsam mouens: Cælum circulus est: & animus itidem est circulus: quinimo ut scribit Plotinus: ideo cælū circulus: quia animus eius circulus est. Cælum in orbem moueť. animus rationalis a causis ad effectus se transferēs rursusqꝫ ab effectibus recurrens in causas raciocinationis orbe circumuoluiť. Atqꝫ hec quidem si singula essent enarranda his: qui alibi ea nō legerūt: nō Moseos iam: sed Aristotelis Platonisqꝫ essemus interꝑtes. Corpus diciť terra: qm̃ terrosa & graui substantia est. Quare & de humo factum (ut scribit Moses) homini dedit appellationē. Verū inter terrenū corpus & cælestem animi substantiam opus fuit medio vinculo: qd' tam distantes naturas inuicem copularet. huic muneri delegatū tenue illud & spiritale corpusculum: qd' & medici & philosophi spiritū vocant. Quē & diuiniore esse natura ꝗ elementa & cælo ꝓportione respōdere: Aristoteles scribit: hic lux nuncupať: ꝗ cognominatio cōuenire magis nō posset philosophorꝶ sententiæ & medicorꝶ: quorꝶ omnium cōmunis est consensus: esse illum substantia maxime lucida: & nulla re magis ꝗ luce gaudere foueri & recreari. Accedit ꝙ quēadmodū oīs cælorꝶ virtus (ut scribit Auicenna) vehiculo lucis ad terrã transferť: ita omnis animi virtus: quē cælum vocauimus oīs potestas vita. s. motus & sensus lucido spiritu intercedente ad hoc corpus terrenū qd' terrã vocauimus cōmeat & transfundiť. Descendamus iam ad verba ꝓphetæ: apud quē primo videmus creari cælum & terrã extrema. s. nostræ substantiæ vim rationalem et corpus terrenum ꝗ postremo cū fit lux. i. lucidius accedit spiritus: sic uniuntur: ut ex vespere & mane. i. ex corporis nocturna & matutina animi natura unus fit homo. & qm̃ (ut ostendimus) ꝑ hanc lucem oīs vitalis sensualisqꝫ virtus ad terrã nostram descendit: merito ante lucis natale terra fuit inanis & vacua. Cui vitæ motusqꝫ beneficiō nisi ꝑ internuntium lumen participare suū cælum nō poterat. Quare & statim causam adiunxit inanitatis: quia. s. suꝑ eam adhuc tenebre erãt luce nondū exorta.

Animus hoīs cui cōparetur.

Anim⁹ quare circulus dicitur.

Spūs anī & corporis copulator.

Anī virtus ꝑ spiritum corpori illabitur.

Caput secundum.

¶ Sed restat adhuc quærendū qd illud sibi velit: & spūs dñi ferebať suꝑ aquas. Traditur hic de aquis indiscreta & uniuersalis doctrina: ꝗ die sequenti magis distinguiť: cū alias docet esse quæ sunt suꝑ cælum: alias quæ sunt sub cælo. Quorꝶ omniū si verꝶ sensum desideramus consolamus ipsam naturã quã noster ꝓpheta (ut sæpe diximus) adamussim effigiat & reꝑsentat. Factam vidimus mentionē de triplici parte humanæ substantiæ: videlicet de rationali de mortali hoc corpore & medio spiritu. Duæ reliquæ sunt. Nam inter partē rōnalem qua hoīes sumus & oīe illud qd' corporeū est in nobis siue sit crassum: siue sit tenue & spiritale media est pars sensualis ꝗ brutis coīcamus. & qm̃ nō minor nobis cū angelis ꝗ cū brutis cōīcatio quēadmodum infra rationē est sensus:

Hūanæ substantiæ quīqꝫ partes

unde cõmertium cũ aĩalibus ita supra ratione͞e intelligentia est ꝑ quã dicere illud Ioan
nis possumus. Societas nostra cũ angelis est. Vides quid infra qd sup̃ nostrã sit rationẽ
Q͛ si ratio cælũ dicit̃ (ut cõprobauimus) manifestũ iam q̃ in nobis aquæ supcælestes:
q̃ uidem subcælestes. Diuersa aũt rõne utriq; parti intellectuali. s. & sensuali aquarũ cõ
gruit appellatio: illi quia diuinarũ illuminationũ radijs maxime peruia: huic quia cadu
cis rebus & fluxis inhiat & delectat̃. Cuius diuersitatis satis nos admonet: cũ hanc sta
tuit sub cælo ubi fluxa oĩa atq; caduca: illam sup̃ cælum ubi sinceræ & perpetuæ intelli
gentiæ administratio. Cũ igit̃ p̃mo die spiritũ dñi incubantẽ legimus aquis sintq; aquæ
bifariã discretæ utriq; de his aquis q̃ sunt sub cælo dictũ nõ accipiemus: qm̃ sup has nõ
spũs dñi: sed cælum potius desert̃. Reliquũ ut de his dictũ sit q̃ sunt sup cælum. Vnde

Intellectum nr̃m diuin⁹ illustrat.

nobis maximũ dogma de aĩa reserat̃. Intellectũ em̃ qui est in nobis illustrat maior at
q; adeo diuinus intellectus siue sit deus (ut quidã volunt) siue proxima hoĩ & cognata
mens ut fere oẽs Græci ut Arabes ut Hebræorũ plurimi volunt. Quã substantiã & Iu
dæi philosophi & Abunasar Alpharabius in libro quẽ scribit de prĩcipijs expressis ver
bis spiritũ dñi appellauit. Nec factũ sine causa ut priusq; hominẽ ex aĩo & corpore vin
culo lucis constituisset huius rei meminerit: idest delatiõis spiritus super aquas: sed ob
id factum ne forte crederemus nõ adesse spiritũ hunc nostro intellectui nisi cũ esset cor
pori copulatus. Quod & Moses Aegyptius & Abubacher Arabs: & quidam alij fal
so crediderunt.

Caput tertium.

¶ Restat ut exponamus q̃d sit qd͛ ait aquas q̃ sunt sub cælo. i. sensuales vires q̃ sub p̃
te sunt rõnali cõgregari ad locũ unũ. Manifestissimũ aũt hoc non oĩno rudibus phiæ.

Sensus cõe in corde.

Nam sensitiuæ: oẽs virtutes ad sensum quẽ ex re ipsa vocamus cõmunẽ: hic aũt si A
ristotelẽ sequimur ẽ in corde: uti flumĩa ad mare confluũt. Nec absurde dixerimus ab
eo mari quiq; corpis sensus: q̃s videmus auditũ: visum: gustũ: tactũ: olfactũ quasi qui
da maria mediterranea diffusos intrare corpis continentẽ: q̃ aperta in teheteto Plato

Plato.

nis sentẽtia fuit: & qm̃ ex pfectione sensitiuarũ viriũ quã ex hac ad suũ fontẽ collectiõe
ĩtelligimus corpi qd͛ vocamus terrã: & vita & salus & nutrimentũ ꝓuenit: recte: post il
lam aquarũ cõgregatiõnẽ terrã inducit statim viridem & florescentẽ. Præstitiem a na

Sensus quare animãti/bus datus sit

tura sensus oĩbus mortalibus ad vitã corpi saluteq; ꝓcurandã: ut p eos cognoscãt q̃ si
bi noxia q̃ salutaria tũ cognita p appetentiã sensibus annexã illa respuãt: hæc desiderẽt
postremo p coniugẽ potestatẽ motricẽ fugiãt mala utilia ꝓsequant̃. Videt oculus ci
bũ: olfaciũt nares: accedũt pedes: capiũt manus: palatũ experit̃. Quæ oĩa ideo dicimus
ut cognoscamus apte cõiunctã stabilimẽto aquarũ. i. sensitiuarũ viriũ: terræ q̃ iamdiu
nobis corpus significat uberẽ fœlicitatẽ.

Caput quartum.

¶ At vero cũ multis rationalis natura & viribus & potentijs distinguat̃ de nuda eius
substantia supra est dictũ. Nunc de ornatu atq; (ut ita dixerim) regia eius supellectile di
cendũ. Hoc est q scribit: posita in firmamento lunã solem & stellas. & q̃dẽ philosophi
iuniores solem ĩtellectũ qui actu est lunã eũ qui est potẽtia forte interp̃tarent̃. Sed qm̃
nobis magna de hac re cũ illis cõtrouersia nos interim sic exponamus ut qua p̃te ad a
quas superiores ad dñi spiritũ animus vergit ꝓpterea q totus lucet sol nuncupet̃: qua

Platonici.

ṽo aquas inferiores. i. sensuales potentias respicit: unde infectiõis aliquã cõtrahit ma
culã lunæ habeat appellationẽ. Solem hoc mõ acceptũ Græci Platonici διανοιαν lu
nã vero δοξαν ꝓ suæ doctrinæ dogmatis appellarent. Qm̃ aũt dũ a patria peregrina
mur: & in hac vitæ p̃sentis nocte & tenebris viuimus ea p̃te plurimũ utimur q̃ ad sen

Opinamur plura q̃ scimus.

sus deflectit̃: vnde & plura opinamur q̃ scimus: Cum vero dies futuræ vitæ illuxerit
alieni a sensibus ad diuina cõuersi superiori alia parte intelligemus: recte est dictũ hũc
nostrũ solem p̃esse diei: Lunã aũt p̃esse nocti. Itidem quia exuti nos moribundã hanc
vestem unico solis lumine id contuebimur. qd͛ in hac corporis miserrima nocte pluri
mis viribus atq; potẽtijs videre potius conamur q̃ videamus: iccirco unico sole dies lu
cescit: nox cõtra plurias stellas cõponendi. s. vim et diuidendi ratiocinãdi item defini

utiq; qui ab apostolo Iacobo pater luminũ dicit̃: a quo mox sup̃ eas id est sup̃ angelicas
mentes lux intelligibiliũ formar̃ exoritur. Quod intellexerũt forte & saraceni dicẽtes
eductos angelos a deo de tenebris ad lucem adimpleto sq; aeterna laetitia. Intelligentiã
eñ voluptas consequit̃: qua nulla maior qua nulla verior nulla est permanentior.

Caput secundum.

¶Huic mundo proximus est caelestis. Cuius illa prima ꝓprietas q interstitiũ est utri-
usq; mundi intelligibilis. s. de q̃ nunc diximus: & sensibilis huius quẽ nos incolimus.
Nec possumus mediae alicuius naturae essentiã euidentius indicare: q̃ si exprimamus
quibus concludat̃ extremis: quãdoquidẽ de extremis natura media temperat̃. Maxi-
mã igit̃ de caeli conditiõe nobis scientiã aperit: cũ inter aquas & aquas. i. angelicas &
corruptibiles substantias mediũ caelum nõ tam situs q̃ essentiae rõne positũ dicit. Per
aquas aũt iam diximus ĩtelligi formas: q̃ potentiae quasi terrae proximae adsunt: essen
tiamq; perficiũt. Quẽadmodũ aũt alia angelor̃ alia elementor̃ terra: quia diuersa in
utrisq; potentia: Ita alia atq; alia aquar̃ utrobiq; ratio id est formarũ est: Inter has vere
mediũ caelum inde diuinã vitam hinc corporationẽ: inde in corruptibilem: hinc visibi
lem substantiã: inde essentiae firmitatem: hinc loci mutationẽ: inde quicquid idem est
simplex & vniforme: hinc quicquid variũ mixtũ & dissimile habet: sic opificis proui-
dentia disponente sortitum est.

Caput tertium.

¶Post haec de elementor̃ integritate & positura & ordine nos breuiter admonet per — Elementor̃ positura & ordo.
collectionẽ aquarũ ad locum unũ & praescriptas mari leges ne terrã obruat. Nihil est
eñ qd' magis indicet esse in elementis p̃ter corporeae brutaeq; naturae inclinationẽ indi
tas leges ab intelligente causa: a qua & regunt̃ & suis in sedibus detinent̃: q̃ haec aqua
rum repagula: q̃bus cohercitus oceanus: cuius ad totũ se terrae ambitũ impetus ferret:
quẽadmodũ ignis totus toti aeri incubat quasi tamẽ virga admonitus paedagogi: pe-
dem refert: nec se ulterius ꝓfert q̃ nostra salus & vita omniũ animantiũ postulat. hoc
neq; ad materiae necessitatẽ q̃ ad globi figurã oĩa potius elementa pariter inclinat: nec
ad fortuitũ atomor̃ cõcursum: qualem somniat Epicurus: nec ad vim foeminariã na- — Epicurus
turae mutae: ut ait Straton: ignare totius finis referri põt: sed ad solã finalem causam: ad — Straton.
quã dirigere solius est mentis & ꝓuidentiae intellectualis. Propterea factum ut & hic
Moses tractaturus de ordine elementor̃ huius tantũ rei meminerit: & a ꝓphetis toti-
ens hoc quasi potissimũ argumentũ diuinae potentiae & sapientiae afferat̃ in medium.
Hinc in ꝓuerbijs cũ certa lege & gyro vallabat abyssos. hinc illud qui circũdedit mari
terminũ suũ: & apud Hieremiam. Me ergo nõ timebitis ait dñs: qui posui harenã ter- — Hieremias.
minũ mari. Et illud terminũ posuisti quẽ nõ transgredient̃: nec operient terrã. Quoni
am aũt tota elementor̃ constitutio ordinat̃ admixta ea p̃sertim quae sunt viua: iccirco
post terrae aquarũq; ordinẽ & firmamentũ subiecit statim p̃ceptũ terrae, ut germinaret
plantas. cuius alioquin operis tractatus ad quintũ potius diem spectabat.

Caput quartum.

¶Postq; egit de sphaera caelesti & elementari; propterea q; de tota integritate corporeae
uniuersitatis: restabat dicendũ de incolis & ciuibus: ut ita dixerim: ciuitatis huius mũ-
danae cũ caelestibus: de q̃bus agendũ primo quasi de senatu p̃sectisq; urbis: tũ etiã ter-
restribus quasi de plebe & populo. Caelestiũ igit̃ primo meminit: q posuit deus in fir-
mamento ut essent in signa & tẽpora ut lucerent in caelo: & terrã illuminarẽt. solem di
co lunã & stellas. Altissimae hic pertractandae essent questiones: & quae sibi singulae iu — Sydera ĩ firmamento quõ sint.
stum volumẽ exposcerent: q̃ pacto haec sint sydera in firmamento: an uti partes eius
nobiliores: qd' sentiũt peripathetici: an ut anĩalia in suis sphaeris: ĩ aqua pisces ĩmeta
in terra: qd' Eusebius Medus & Dyodorus voluit. Congressum hic itẽ locus cũ geneth
liacis sibi exposceret diuinandi p astra & p̃noscendi futuros euentus scientiã hic cõfir
mãtibus q Moses sydera in signa posita a deo dixerit: scientiã non mõ a nr̃is ut a Basi
lio: greci eã occupatissimã vanitatẽ vocauit; & ab Apollinario & a Cyrillo & Dyodo

ro acriter taxatã; sed quã & boni peripathetici respuũt; & Aristoteles contẽpsit; & q̃ ẽ maius & a Pythagora & a Platone & ab oĩbus stoicis repudiatã fuisse auctor ẽ Theodoritus. Quærendũ hic etiã de natura syderũ; de motu; de p̃ncipatu; de lunæ maculis deq̃ omni syderali scientia aliquibus forte videret̃. Verũ ad hæc si descendamus q̃q̃ sint pulchra & digna cognitu: audiemus fortassis Horatianũ illud; Sed nũc nõ erat his locus. Quare ad opus hæc destinatũ differimus; quo Aristotelem Platoni cõciliantes uniuersam philosophiam ꝓ viribus tractandam examinandamq̃ suscepimus.

Caput quintum.

¶ Veniamus igit̃ ad Mosem; qui postq̃ de cælestibus dixit; terrestriũ animaliũ meminit ordine cõgruenti; q̃ vel aquas vel terrã vel aerẽ inhabitãt; si tñ inhabitare aerẽ volucres dici possunt. Nemo hic expectet aut exigat a nobis disputationẽ q̃ pacto corpa animaliũ ex elemẽtis aut q̃d sint inditæ a deo naturis rerũ seminariæ rõnes; sit ne itẽ vita brutorũ de sinu educta materiæ; an a diuino potius p̃ncipio oĩs vita ꝓueniat: ut cõstantissime asserit Plotinus; quẽ mox latine legendũ dabit in publicã utilitatẽ Marsilius Ficinus noster lõgioribus etiã argumẽtis illuminatũ. Cui sentẽtiæ suffragari fortasse videbit̃ hoc loco ꝓpheta; cũ postq̃ dixit; ꝓducant aquæ reptile aĩæ viuentis; adiecit postea; creauit deus oẽm animã viuentẽ; ubi nõ id dũtaxat quispiã obseruaret; q̃ et aquæ ꝓducãt deo iubẽte; & deinde etiã deus ꝓducat. Verũ & illud q̃d ubi de dei opere agit̃ scriptũ est creauit deus animã viuentẽ; ubi aũt de aquis nõ animã; sed reptile animæ viuentis; quasi aquis vehiculũ potius animi. i. corporis mixtio accepta referat̃: deo aũt. i. diuino principio animæ substantia; q̃ vitæ datrix motus & sensus tẽperato iam corpori extrinsecus illucescat. Sed de his alias. Inter aĩalia terræ tria memorat Moses iumenta reptilia & bestias: in quibus tres differentias brutorũ irrationaliũ; quibus nec plures sunt: in cõmune nobis insinuat. Sunt eñ bestiæ q̃ pfecta sunt phantasia mediũ inter irrationalia locũ sortitæ erudiri aũt ab homĩe aut mansuescere nesciunt. Sunt reptilia q̃ impfectam habent phantasiam media quasi inter bruta & plantas. Sunt iumenta; quæ & si carent ratione disciplinæ tamẽ humanæ quoquo mõ capaces cũ sint: rationis aliquid participare videntur mediam quasi sortita conditionem inter bruta et homines.

Brutorũ tria genera.

Caput sextum.

¶ Hactenus de tribus mũdis supcælesti cælesti & sublunari. Nũc agendũ de hoĩe de q̃ ẽ scriptũ. Faciamus hoĩem ad imaginẽ nostrã; qui nõ tam quartus ẽ mũdus quasi noua aliqua creatura q̃ triũ quos diximus cõplexus & colligatio. Est aũt plerũq̃ consuetudo a regibus usurpata & p̃ncipibus terræ: ut si forte magnificã & nobilẽ ciuitatẽ cõdiderint. Iam urbe absoluta imaginẽ suã in medio illius visendam oĩbus spectandãq̃ cõstituant. Haud aliter Princĩpẽ omniũ deũ fecisse videmus; qui tota mundi machina cõstructa postremũ oĩm hoĩem in medio illius statuit ad imaginẽ suã & sĩlitudinẽ formatũ. Sed ardua ẽ quæstio cur hoc priuilegiũ sit hoĩs imaginẽ hr̃e dei. Nã si Melitõis explosa ĩsania q̃ hũana effigie deũ figurauit; ad rõnis mẽtisq̃ naturã recurramus: q̃ uti deus ĩtelligẽs est ĩuisibilis; itẽ & incorporea inde utiq̃ cõprobabimus esse hoĩem similem deo: p̃sertim qua p̃te in aĩo trinitatis imago rep̃senrat̃. Verũ agnoscemus hæc eadem quãto ĩ angelis sunt q̃ in nobis: & potiora & cõtrariæ minus naturæ admixta tãto cũ diuina natura plus sĩlitudinis & cognatiõis habentia. Nos aũt peculiare aliq̃d in hoĩe quærimus; V ñ & dignitas ei ꝓpria & imago diuinæ substantiæ cũ nulla sibi creatura cõis cõperiat̃. Id q̃d esse aliud põt: q̃ q̃ hoĩs substãtia (ut Græci etiã aliq interp̃tes innuũt) omniũ in se naturarũ substantias & totius uniuersitatis plenitudinẽ re ipsa cõplectit̃; Dico aũt re ipsa; quia & angeli & quæcũq̃ creatura ĩtelligẽs in se quodãmodo cõtinet oĩa; dũ plena formis & rationibus omniũ rerũ oĩa cognoscit. At vero quẽadmodũ deus nõ solũ ob id q̃d oĩa ĩntelligit; sed quia in seipso veræ rerũ substantiæ pfectionẽ totã unit & colligit: Ita & hõ (q̃q̃ aliter ut ostendemus; alioquin nõ dei imago: sed deus esset) ad ĩtegritatẽ suæ substantiæ oẽs totius mũdi naturas corrogat et counit

Homo in q̃ similitudo sit dei

Græci interpretes.

Homo oĩm mũdorũ colligatio,

endi & q̄ sunt reliquæ: lunæ quasi minus potenti auxiliares corrogat & coniunit.

Caput quintum.

¶ Hactenus de viribus animi cognoscētibus: Nunc ad eas se transfert quoꝝ opus appetere iræ videlicet & libidinis. i. cōcupiscentiæ sedes. has ꝑ bestias designat & irrationale genus viuentiū: quia sunt nobis cū bestijs cōes: & qđ est infœlicius ad brutalem sæpe nos vitā impellunt. Hinc illud Chaldæoꝝ: Vas tuū inhabitāt bestiæ terræ: et apđ Platonē in rep: discimus habere nos domi diuersa genera brutoꝝ: ut nō sit creditu difficile paradoxon Pythagoricū (si recte intelligat̄) improbos hoīes migrare in bruta. Intus eñ atq; in nostris adeo visceribus bruta sunt ut nō ꝓcul peregrinandū sit ut migremus ad illa. hinc fabulæ Circeæ: & Theocriti illud: quos deæ aspexerint virtus. s. & sapientia Circeis poculis labefactari nō posse. Sed videamus q̄ꝫ horū brutoꝝ differentiā Mosaica lectio nobis insinuet. Alia ab aquis q̄ sunt sub cælo: alia a terra ꝓducunt̄. Aquæ ut diximus significāt sensualē ꝑtem q̄ est sub cælo: quia subest ratiōi: & illi proxime famulat̄. Terra est hoc ipm corpus terrenū et fragile q̄ circūdamur. Consideremus igit̄ an ex affectibus q̄bus mouemur: alij ad corpus: alij ad sensum interiorē: quē phantasiam vocant philosophi, magis attineant. Ad corpus spectare mihi vident̄ qui vel ad cibū vel ad venerē impellunt. Nam hi nobis dati a deo tū ad tutelam corporis qđ nutrimus: tū ad liberoꝝ ꝓcreationē: in q̄bus sumus superstites cū iā nobis ipsis occumbimus. ijsdem nos abutimur allecti plusq̄ꝫ decet voluptatis illecebra: ꝑ gulam & ꝑ libidinem curā carnis (ut īquit Paulus) facientes in desiderijs. In cuius verbis id annotandū nō esse dictū ne carnis curā feceritis. sed ne feceritis in desiderijs: quia. s. vtendū illis ad necessitatē: nō etiā ad voluptatē. multo minus nostra fœlicitas in eis constituenda. hos ergo affectus ꝑ iumenta & feras intelligamus: qui terræ potiusq̄ꝫ aquaꝝ fœtus dicunt̄: quia ꝑ crassioris huius corpis membra & explent̄ & excitant̄: & nobis ad eius salutem ꝓcurata a deo fuerūt: q̄ꝫq̄ꝫ illis fiant exitio: qui & crapulis marcescūt & venere dissoluūtur. Ad aquas aūt. i. sensum imaginationis affectiones illas referamus: q̄ spiritales magis & nostræ potius cogitationis q̄ꝫ carnis soboles dici possunt. Qđ genus sunt q̄ ad honores ad iram ad ultionē & cognatas his reliquas affectiones nos vocant. Necessaria hæc & utilia modice utentibus. Irascendū eñ sed intra modū. & ultio sæpe opus iusticiæ: & sua unicuiq; tuenda dignitas; nec recusandi honores: qui honestis artibus cōparant̄. Qđ ideo dico: ne cū hæc bruta q̄ sensuales appetentias indicāt deus creauerit creatisq; benedixerit: si sint mala ex sua natura credamus cū manicheis a malo pricipio & nō a bono potius deo condita fuisse. Bona igit̄ illa oīa & homini necessaria: sed nos inde ad ambitionē furorē excandescentiā superbiāq; excedentes: mala facimus nostra culpa: q̄ ille optimus optima instituerat.

Irrationales vires bestijs comparant̄.

Circeæ fabulæ vnde.

Paulus

Honores honesti nō sunt refutandi.

Manichei

Caput sextum.

¶ Videre aūt q̄ꝫ his quæ diximus adamussim cōueniat q̄ subijciter factū a deo hominem ad suā imaginē ut p̄esset piscibus: auibus & bestijs: quæ tū aquæ tū terra ꝓduxerant: & quidē de hoīe iam supra disputabamus: sed nūc primū in eo dei imaginē intelligimus. Vnde illi in bruta ditio & imperiū. Sic & eñ a natura institutus homo ut ratio sensibus dominaret̄ frenareturq; illius lege oīs tum iræ tū libidinis furor & appetentia: sed oblitterata imagine dei ꝑ maculā peccati cepimus miseri & infœlices seruire bestijs nostris: & cū rege chaldæo diuersari inter illas humi ꝓcumbere cupidi terrenoꝝ: obliti patriæ obliti patris obliti regni: & datæ in nobis in priuilegiū pristinæ dignitatis. Scilicet homo cū in honore esset nō intellexit: sed cōparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis.

Ratio sensibus debet dominari.

Bestijs quod seruimus

Rex chaldeus

Caput septimum.

¶ Veꝝ sicut oēs in primo Adam qui obediuit Sathanæ magis q̄ꝫ deo: Cuius filij secūdum carnē deformati ab hoīe degeneramus ad brutū: ita ī Adam nouissimo Iesu xp̄o qui voluntatē patris īpleuit & suo sanguine debellauit nequitias spiritales: Cuius filij oēm secundū spiritū: reformati ꝑ gratiā regeneramur ab hoīe in adoptionē filioꝝ dei: si modo uti in illo ita in nobis princeps tenebraꝝ & mundi huius nihil inuenerit.

Iesus cristus Adam nouissimus.

¶ Expoſitio quinta de oĩbus mundis diuiſim ordine conſequenti.

PROOEMIVM LIBRI QVINTI.

Mũdorũ peculiares leges:

Quemadmodũ Moſes uti oſtendimus ſingulis in ꝑtibus ſui cõtextus de oĩbus ſimul mundis intellectuali; cæleſti; elemẽtari; humanoq; diſſeruit; imitatus naturã; immo naturæ artificẽ deũ; qui in ſingulis mũdis oẽs cõplexus eſt; ita ad eiuſdẽ naturæ exemplũ quæ ꝓprias ſedes ꝓpria iura & peculiares unicuiq; leges diſtribuit; ꝓpheta etiã noſter mirabili & ꝑfecto diuinæ artis magiſterio ſcripturã ſuam ita diſpoſuit; ut quamq; ubiq; de oĩbus eadẽ facie eodemq; verborꝫ velamine diſputaret; peculialiter tamẽ ſingulis mũdis ſingulas ſui operis partes conſequenti ordine adiudicaret. Quod oſtenſuri incipiemus primã particulam de primo mundo .i. angelico interp̃tari; tum deinceps reliquas de reliquis aureã illam Homericam catenã & Platonicos annulos a uiua opificis uirtute quaſi a vero lapide indomiti Herculis appenſos in Moſeos verbis ſagaciter ſpeculantes.

Homerica catena.
Platonici annuli.

Caput primũ.

¶ Dicturi aũt de natura angelica; q̃ purus ẽ intellectus; id primũ aĩo cõcipiamus mẽtes eſſe q̃ſi oculos quoſdã. Qđ enĩ eſt oculus ĩ rebus corporeis; idipſum eſt mens ĩ genere ſpiritali. Oculus & ſi mixtura ſuæ ſubſtantiæ intimæ aliq̃d lucis poſſideat; ut viſionis tamẽ munere fungat̃ externa indiget luce; in qua rerꝫ colores; & differentias ſpeculat̃. Nec eſt ꝓpterea q ſua natura nõ ſit viſus, & ſi nõ videat niſi b̃ñficio lucis. Nam & aures; ne dicã inanimata; & reliquæ oẽs corporis ꝑtes colluſtrant̃ luce; nec tamẽ vident. Id igit̃ videndi naturã ſortitũ eſt & ꝑ eſſentiæ ſuæ rationẽ eſt viſus; qđ recepta luce videre põt. Conſideremus hæc eadẽ in intellectibus; intellectus oculi ſunt ĩtelligibilis veritas lumẽ eſt; et intellectus ipſe intelligibilis cũ ſit; intime aliq̃d lucis habet; Qua ſeipſum põt videre; ſed nõ põt ut reliqua. Verꝫ indiget formis ideiſq; rerꝫ; q̃bus uti radijs quibuſdã inuiſibilis lucis ĩtelligibilis veritas indubie cernit̃. Nec ꝓpterea dicendũ eſt ut ꝑ exemplũ oculi declarauimus nõ eſſe illos natura intelligẽtes; atq; ex accidenti pari cũ nr̃is animi cõditione ĩtellectualem ꝓprietatẽ ſortitos. hĩc illorꝫ manat ſentẽtia q ĩtellectus appellationẽ deo indignã exiſtimãt. Quia ſi intellectũ q̃ſi oculũ capimus qui nõ ex ſe; ſed lucis ꝑticipatiõe videt; cũ deus ſit lux; lux enĩ eſt veritas; et viſio actio ſit qua oculus lucẽ attingit nõ eget deus hac operatiõe qui eſt ipſa lux; tanto a rerꝫ oĩm ignoratiõe q̃ angeli remotior quãto abeſt magis a tenebris lucis natura q̃ oculi. Sed redeamus ad angelos. Oculus .i. ſubſtantia intellectualis non oĩno eſt ſimplex; alioquin aduentantis lucis cõpoſitionẽ nõ pateret̃. hinc cõmune ꝓloquiũ conſtare angelos ex actu & potentia; q̃q; anxia eſt diſputatio quid ille actus q̃d illa potentia; & q̃ ratio cõpoſitionis; q̃d item Auerrois arabs voluerit; cũ utrunq; intellectũ & eũ qui actu & eũ qui potentia eſt in oĩbus citra deũ intellectibus eſſe dixerit; ſed ſufficit nobis quantũ attinet ad hunc locũ coĩs ſententia utcũq; accipiat̃. Hæc q̃ diximus oĩa aperit nobis Moſes ĩ primo die. Partit̃ enĩ ſubſtantiã angeli in cælum & terrã naturã .ſ. actus & naturã potentiæ. Eadem aũt res uti diuerſas ꝓprietates; Ita & diuerſa habet cognomina. Quare hic idem actus dum uti virtus viſum oculo largiens utq; potentiæ conſumatio accipitur dicit̃ cælũ q ea ſit habitudine ad potentiã; qua eſt cælum ad terrã. Rurſus qua lucis indigus eſt nec obire per ſe ꝓpriũ munus intelligentiæ poteſt per aquas figuratur. Corpus luminis quidem capax ſua tamẽ natura minime lucens. Eſt & alia ratio ſimilitudinis q iſte actus potentiæ; quã terrã vocat; uti aqua terræ proxime adeſt; Sed iam verbis ꝓphetæ cõgrediamur. Creauit deus cælũ & terrã; naturã actus & naturã potentiæ; ex quibus angelũ conflat. & terra quidẽ .i. potentia inanis eſt & vacua; inanis actu vacua luce; quam non niſi aquis intercedentibus excipit; & quoniam circa idem fiunt contraria ad idemq; pertinet hoſpitari lucem & tenebras; adiunxit; & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Neq; dixit ſuꝑ terrã. Abyſſus enĩ nihil eſt aliud; niſi vocabulo abutamur; q̃ aquarum profunditas. Super has aquas ferebatur ſpiritus domini; ſpiritus

Viſio externa luce eſt indigna.
Intellectus cõparatur oculo.
Angeli conſtant & actu et potentia.
Abyſſus.

Quod de nulla alia creatura siue angelica siue cælesti siue sensibile dicere possumus.
Est autē hæc diuersitas inter deū & hominē; q deus in se omnia cōtinet: uti omnium
principiū; homo autē in se oīa cōtinet uti omniū mediū: quo fit ut in deo sint oīa
meliore nota; q in seipsis; in homine inferiora nobiliori sint cōditione: superiora autē
degenerent. Sunt ignis aqua aer & terra per verissimā ꝓprietatē naturæ suæ in crasso
hoc & terreno hominis corpore; quod nos videmus. Est præter hæc spiritale aliud cor
pus diuinius (ut inquit Aristoteles) q elemēta; quod cælo ꝓportione respōdet. Est præ Aristoteles
terea in homine vita plantarū oībus his apud eū quibus & apud illas muneribus fun-
gens nutriēdi augendi & generandi. Est sensus brutorū tam intimus q externus. Est
cælesti animus ratione pollens. Est angelicæ mentis participatio. Est harum omniū si-
mul in vnū confluentiū naturarū vere diuina possessio; ut libeat exclamare illud Mer- Mercurius
curij; Magnū o Asclepi miraculū est homo hoc præcipue nomine gloriari humana cō Hoīs digni-
ditio potest; quo etiā factū: ut seruire illi nulla creata substātia dedignet. Huic terra; & tas.
elementa; huic bruta sunt præsto & famulātur; huic militat cælum; huic salutē bonūq
ꝓcurant angelicæ mentes: si quidē verum est; quod scribit Paulus: esse omnes admini
stratorios spiritus in ministeriū missos ꝓpter eos qui hæreditatē salutis sunt destinati.
Nec mirum alicui videri debet amari illū ab oībus; in quo oīa suū aliquid immo
se tota & sua oīa agnoscūt.

Caput septimū.

Homini mancipātur terrestria; homini fauēt cælestia; quia & cælestiū & terrestrium
vinculū & nodus est; nec possunt utraq hæc nō habere cū eo pacē: si modo ipe secum
pacē habuerit; qui illorū in seipso pacē & foedera sancit. At caueamus quæso: ne in tan
ta dignitate cōstituti nō intelligamus: Verū illud ante oculos semp animi habeamus Hoī ꝓuari-
uti & certā & exploratā & indubiā veritatē: sicuti fauent oīa nobis cū legē seruanti- canti nulla
bus quæ nobis est data; ita si per peccatū ꝑ legis præuaricationē de orbita defecerimus amplius obe
oīa aduersa infesta inimicaq habituros. Rationabile enī ut quēadmodum nō mo- diunt creata
do nobis; sed vniuerso; quod in nobis cōplectimur; sed auctori ipsius mūdi omnipo- Pctōꝝ vitā-
tenti deo iniuriā facimus; experiamur etiā oīa; quæ in mundo sunt; & deū in primis doꝝ rō po-
potentissimos vindices & acceptæ iniuriæ grauissimos vltores. Hinc extimemus; quæ tentissima
poenæ quæ supplicia maneāt transgressores diuinæ legis. Hi sūt: qui (ut dixit oraculū)
δαιμονες οι φοιτωσι περι χθονα και περι ποντον τον ακαματοι δαμονσαν ται υπαι μα Oraculum
στιγι τεοιο. id est qui pergūt circa terrā & circa pōtū & infessi domant sub verbere dei
hos cælū; hos terra; hos tota mūdanæ rei. p. inconcussa iusticia fulminat & persequit.
Rei sunt enī violatæ vniuersitatis; & læsæ maiestatis diuinæ: Cuius imaginem foedissi
ma iniquitatis macula deturparūt. Hinc factū fortasse: ut apud ꝓphetas cū quid a deo
aut præceptū aut vetitū ꝓmulgat citent cælum & terra testes. s. quia & præcepti trās- Cælū & ter
gressio illa etiā violet: & de cōi accepta cōtumelia ipsa quoq de improbis dū deo mini ra q̄re antiq
strāt poenas sunt acceptura. & oīno omnē insaniā supat adduci ut credamus cuipiā in testant
ciuitate aliq posito decorato sūmis honoribus licere in principē: in vniuersam rē pu.
de se optime meritā īpune delinqre; ac nō potius dari illū torquēdū statim & crucian-
dū lictoribus & carnifici: aut totius populi cōsensu lapidibus obruēdū. Sūt aūt carnifi
ces. Sūt lictores in hac dei re. p. improbi dæmones vilissimo ministerio addicti in poe-
nā antiq sceleris hinc illud Pauli Tradidi illū Sathanæ in interitū carnis. hinc dæmonis
vltoris etiā apud Orpheū cognoīatio; si forte nīs minus credamus. Quēadmodū au
tē scelera hoīm oīs creatura odit & execrat; ita recta illius vita & institutio oībus grata
est; oībus placet. Neq enī (ut ita dixerim) nō admitti in participatū & boni eius & ma
li oīa pñt; quæ tā arcto nexu illi implicita & cōiūcta sunt. hinc illud euāgelicū: Si poeni
tuit peccator exultare lætitia oēs angelos; hinc mysterij illius apta rō: quod abscōditū
fuit a sæculis; ut corrupta in primo Adā & deturbata de suo statu natura nr̄a ꝑ Christi Christi passi
crucē instauraret. scilicet nr̄a causa filius dei & homo fit & cruci affigit. Nā & cōgruū onis myste-
fuit ut q est imago dei inuisibilis primogenitus oīs creaturæ in q cōdita sunt vniuersa: rij abscōdi-
tissimū

illi copularet̃ vnione ineffabili: q̃ ad imaginē factus est dei; q̃ vinculū est oĩs creaturæ
in quo cõclusa sunt vniuersa. Nec erat si cū hoĩe tota natura piclitabat̃ cuius iactura aut
negligēda aut reparãda p aliū q̃ p quē tota fuerat instituta natura.

EXPOSITIO SEXTA DE MVNDORVM INTER SE ET RERVM OMNIVM COGNATIONE, PROOEMIVM LIBRI SEXTI.

Vnitas trina — D Eus vnitas est ita ternario distincta: ut ab vnitatis simplicitate non disce-
dat. Est trinitas diuinæ in creatura multiplex vestigiū. Nos hoc vnum
duntaxat hic attulerimus adhuc q̃ sciã a nemine allatū: q̃ quam in crea-
turis vnitatē videmus; dispartitam triplici ratione deprehendimus. Est
enĩ primū ea in rebus vnitas; q̃ vnūquodq̃ sibi est vnū sibiq̃ cõstat atq̃ cohæret. Est
ea secūdo: per quã altera alteri creatura vnit̃: & per quã demū oẽs mūdi partes vnus
sunt mūdus. Tertia atq̃ oĩm principalissima est: q̃ totū vniuersum cū suo opifice q̃si
exercitus cū suo duce ē vnū. Adest trifaria hæc vnio vnicuiq̃ rei p suã vnã simplicē vni-
tatē deriuatã ab illo vno quod & primū vnū & trinū simul atq̃ vnū est: a p̃re in quã fi-
lio & spū sancto. Nã & p̃ris potestas oĩa ꝓducẽs suã oĩbus largit̃ vnitatē; & sapiẽtia fi-
lij rite oĩa disponẽs oĩa inuicē vnit & copulat; & spūs amor ad deū oĩa cõuertens totū
Charitatis fundamētū — opus opifici nexu caritatis adiūgit. Queãdmodū aūt ut magis ĩtimus; Ita magis vnus
est nobis deus q̃ ipi nobis; rursus vnaquæq̃ res arctius sibi q̃ alijs mūdi partibus iun-
git̃; ita vniuersæ charitatis ordinē edocti si legē diuinã naturæ tabulis inscriptã seq̃ no-
luerimus primo deū ipm supra nos supraq̃ oĩa; secūdo loco nosipsos. Tertio ꝓximū
diligemus. Propheta aūt noster de ea vnitate; q̃ vnūquodq̃ sibi est vnū; tūc satis dixit;
cū rerũ oĩm sigillatim naturã examinauit. De illa aūt; q̃ deo vnimur: tractatu ꝓximo
aget̃. Vbi de fœlicitatis summa disputabimus. Reliq̃ ea est; q̃ diuersæ partes mutuo
fœdere inuicē copulant̃; de q̃ in p̃nti a nobis agēdū est.   Caput primū.

Postq̃ igit̃ distinctas rerũ naturas vidimus; & sepatis (ut ita dixerim) stationibus di-
spositas; ne crederemus iccirco tm̃ ex his oĩbus vnū fieri vniuersum quia singula a sin-
gulis (ut supra ostēdimus) pro suæ naturæ cõditione cõtineant̃ indicare in suo etiã cõ-
textu ꝓpheta voluit; q̃ & quot modi essent; q̃bus naturæ rerũ inter se inuicē copularē-
tur nõ solū ad curiosam hãc intelligētiã nos vocãs; sed p hoc instruẽs & demõstrans q̃
nos via & rõne his; quæ nobis sunt meliora; copulari possumus. Cogitanti autē mihi
priusq̃ accederē ad verborũ enarrationē q̃t modi aut essent aut cogitari possent: q̃bus
Copulatiõis quindecim gradus — res aliquæ inuicē vel affinitatē vel copulã nãciscerent̃; & discurrẽti p oĩa dogmata phi-
losophorũ; q̃bus a pueris insudaui; haud vltra q̃ q̃ndecim genera occurrerūt. Quæ de-
inde accedẽs ad Mosem ita dilucide ita apposite subindicata ab eo vidi: ut nusq̃ meli-
us eruditi de illis quenq̃ posse crediderim.   Caput secundū.

Statim igit̃ in prima die nescio breuius an dilucidius q̃nq̃ modos cõplectit̃: q̃bus
cõiūgi aliq̃d alicui põt. Q̃d enĩ alteri cõiūctū est; aut eius essentia est aut est essentiæ ꝓ-
prietas; aut inest ei uti forma subiecto; aut eū attingit vel sicut trãsmutãs id quod trans-
mutat̃; vel sicut ars subiectã sibi materiã. Similiter quinq̃ a Mose legimus inuicē qua-
si cõparata & connexa cælū & terrã; terrã & inanitatē; abyssum & tenebras; spiritū dei
& aquas; lucē & corpora. Primū igit̃ cõiunctionis modū designat nobis terra inanis
& vacua; q̃m terra .i. materia sua natura inanis est; nisi aliunde formis adimpleat̃. Secū-
dum indicãt tenebræ sup faciē abyssi. Nã abyssus sua quidē natura nec lucidus nec te-
nebrosus; sed illius tamē naturã tenebræ cõsequunt̃ nisi accedens lumen illas fugaue-
rit; queãdmodum & materiæ informitatē inanitatēq̃ priuationis tenebræ consequū-
tur; donec aduenięs eas species expulerit. Tertiū ostendit lux oborta corporibus. Est
enim in eis lux uti forma in subiecto. Quartū cælum & terra; q̃m nõ inhæret terræ cæ-
lum uti forma vel accidens inest rei quã pficit; sed cõiungit̃ ei uti efficiẽs patiēti & trã-
mutãs causa corpi quod transmutat̃. Postremũ exēplū est spūs dñi; qui fert̃ sup aquas.
Artifex enĩ dñi sapiẽtia & spiritalis natura oĩno abiūcta a cõmertio corporis haud ali-

ter iungi corpibus intelligit̃: quã ars: quæ in mente est architecti: cemẽto lignis & lapidibus iũgat̃. Rursus autẽ & hanc cõsidera cõsequẽtiæ rõnẽ: esse terrã ex se inanem domesticas habere tenebras: tũ ꝓxime luci iũgi: ꝑ lucẽ cælo. ꝑ cælum substãtiæ spiritali. Sed videamus q̃liter hæc se habeãt in nobis. Terra terrenum est corpus inane vita: vacuũ sensu: superq; ipm sunt tenebræ mors torpor inefficacia immobilitas insensatio: lux vita est. quæ illud vegetat excitat agit mouet & sensu prædirũ reddit: cælũ est animus fons illius lucis: & spũs dei est intellectus lumen diuini vultus. & de his hoc loco plura etiam q̃ opus sit.

Terræ ad corpus cõparatio

Caput tertium.

Examinemus quid sibi Moses in sequẽtibus velit: & videbimus decẽ alios modos ab eo insinuari: in quibus mutuã inter aliqua fœderationẽ intelligamus. Præter enim eos quos diximus sunt rursus & hi: q̃s numerabimus: q̃m aut pars aliquid est alterius aut effectus: item si est pars aut pars indiuidua est a suo toto quo pacto: & sol & luna & stellæ in firmamẽto sunt: aut separabilis quemadmodũ aquæ partes ab integritate sui elemẽti: ad quod cõfluxerũt. Si est effectus aut a seminaria rõne intrinseca pullulat sicuti plantæ e terra pullulant: ipi tñ suæ parẽti affixæ: & naturalibus vniculis ligamẽtis q; cõnexæ: aut ex suis principijs cõstat & cõflat̃: ut mixtũ ex elemẽtis. Quo pacto ex aquis & terra aĩaliũ corpora fiũt: aut causam habet extrinsecã: quæ trifariã diuidi põt in efficiẽtẽ exẽplar & finẽ. Quorũ triũ exẽpla habemus a Mose: dum & hominẽ deus creat & efficit: & creat ad suã imaginẽ tanq; ad exẽplar: & bestiæ homini subsunt: fiũt q; ꝓpter hominẽ ut ꝓpter finẽ.

Effectuũ distinctio ꝑ genes suas cãs

Caput quartum.

Diximus de parte & effectu: eadẽq; rõne de toto & causa. Rñdent enĩ hæ inuicẽ rõnes. Sed neq; impleuimus oĩa genera cognatõis. Nã & de causa ea est reliq̃ species affinitatis: q̃ causa secũdaria primariæ obedit & adiũgit̃: sicut cũ deus ꝓducit aq; ꝓducũt: & hæ q̃dẽ primo: q̃a ꝓxima sunt causa: sed nõ aliter q; deo p̃cipiẽte: q̃a causa primaria magis influit q; secũda. Similiter est finis secũdarius pricipali appẽdẽs & annexus: qđ sapiẽter significat dicẽs posita sydera ut lucerẽt in cælo: & illuminarent terrã. Neq; enĩ bonũ inferiorꝝ primarius finis est cælestiũ. Sed id primũ intẽdũt: ut sibi luceãt. Tũ postremo ut nos illuminẽt. Quapropter & apud Homerꝝ cũ aurorã tũ solem immortalibus primũ: tũ & mortalibus exoriri ac lucẽ ferre legimus. Est itẽ præter hæc omnia & homo homĩ: & leo leoni cognatus. & tñ leo neq; pars neq; effectus leonis est: si ab illo genitus nõ sit: hoc ꝓpheta significat: cum simul pisces: simul aues: simul bestias terræ colligit & adunat. Est vltima rõ affinitatis: quæ est mediæ naturæ ad extrema. Nã conuenit homo hoĩ: aĩal aĩali: quia eadẽ participãt essentiæ rõnẽ vel specialẽ vel generalẽ. At mediũ nõ eadẽ est essentia q; & extrema: sed tẽperatũ quoquo modo ex illis: ita ab utroq; dissentit. ut cũ utroq; cõicet. Quod indicatũ nobis a Mose: cũ ponit firmamentũ aquarũ mediũ diuidens supcælestes aquas ab aquis: quæ sunt sub cælo: vbi quæ sit medij natura sufficiẽter aperit: quẽadmodũ nos in ꝓœmio primi libri & secũdo capite quinti abũde declarauimus.

Causa secũda nihil agit nisi iubente prima

Homerus

Caput quintum.

Admonemur aũt & hinc q̃d facto opus sit nobis: ut naturis melioribus uniamur: in quouis tota & summa posita est nr̃æ fœlicitatis. Nã & docet nos prima dies: tũc primũ aq̃s depulsa nocte obortã lucẽ cũ spũs dñi eis incubuit. Vñ illud Iacobi significat̃. Omne optimũ donũ desup esse a p̃re luminũ. Quod ne nr̃os cõmemorẽ: Ita cõfirmat Iamblicus: ut nihil q̃si vel mediocre ꝓmittere sibi posse de se hũanã naturã velit: nisi maiori. i. diuino numine sit adiuta. Quod si est verꝝ & nõ modo a nr̃is: sed a philis etiã cõprobatũ ꝓfecto oẽ studiũ nostrũ in eo esse debet: ut cõuersi ad supera: quod fit ꝑ sacrã religionẽ ꝑ mysteria ꝑ vota ꝑ hymnos p̃ces & supplicatões: inde nĩæ infirmitati vires quæramus. Hinc Platonicæ & Pythagoricæ disputatiões a sacris p̃cibus exorsæ desinũt in easdẽ: q̃bus & Porphyrius & Theodorus & oẽs academici nihil utile magis; imo necessariũ hoĩ esse vno ore cõfirmãt. Indorꝝ bragmanes & magi Persarꝝ nihil aggressi vnq; leguntur nisi orõne p̃missa. Quæ ideo gentiũ testimonia affero: ut quibus a malo dæ

Humana natura sine deo nihil quicq; potest

mone ꝑsuasum; ut gẽtibus potius credãt q̃ ecclesiæ; vel ab his discãt; q̇bus adhibẽt fi-
dẽ neq; ridẽdã neq; inutilẽ neq; indignã rẽ esse philosopho operã sumere: & q̇dẽ ma-
Studiosi sim primis orõibus vacãdũ esse
gnã atq; assiduã in sacris ꝑcationibus; in mysterijs in votis in hymnis deo iugiter decã-
tãdis. Quæ res si q̇d hoĩm genus & iuuat maxime & decet; illis ꝑsertim utilis & deco
ra; q studijs l̃rarꝫ & cõtẽplãdi ocio se dederũt. Quibus nihil necessariũ magis q̃ ut q̃s
in diuina idẽ ridẽ mẽtis oculos intẽdũt; & vitæ integritate depurẽt; & petita ꝑ ferulam
orõnis desuper luce largius illuminent admonitiq; ꝓpriæ semper imbecillitatis cum
Apostolo
apostolo dicãt sufficiẽtia nostra ex deo est. Caput sextum.

Rursum examinemus quid nos aquæ; quid terræ dispositio doceat. Discamus a ter
Voluptates bonę frugis calamitas
ra non edituros nos frugem; quam parturimus; nisi inuadentis nos fluxæ materiæ at-
q̃ caducæ impetũ represserimus; depulerimusq; & e sedibus nostris exturbauerimus
irruentiũ in nos quasi aquarũ voluptatũ gurgites & torrentes. Discamus ab aquis nõ
prius illas existimatas idoneas piscibus ꝓcreandis q̃ in vnam totius sui elementi inte-
Vni rei intẽdendum
gritatem collectæ fuerint. Nam neq; nos si diuulsi distractiq; ad diuersa fuerimus; si
non toti collectis oĩbus viribus ad vnã feremur intentionẽ; sobolem dare aliquã di-
gnã nostra diuinitate in lucẽ poterimus. Cõtinet aũt & hic altius mysteriũ; queadmo-
Fęlicitas humana
dum. s. guttis aquæ ea est fœlicitas; ut ad oceanũ; vbi aquarum plenitudo; accedãt; ita
esse nostram fœlicitatem; ut quæ in nobis intellectualis luminis portio est ipsi primo
omnium intellectui primæq; mẽti vbi plenitudo; vbi vniuersitas omnis intelligentiæ
aliquando coniungatur. Caput septimũ.

At maximũ illud omnium quod firmamẽti nobis doctrina significat; vbi videmus
nõ posse aquas inferiores superiorꝫ aquarũ beneficio aliquo locupletari; nisi cælo inter
cedente; quod inter eas mediũ est collocatũ. Ita nos aĩo ꝓponamus extremorꝫ copulã
nõ nisi per eã naturã fieri posse; quæ media extremorꝫ cum sit utrũq; in se complexa.
Christus mediator inter deũ & hominem
Ideo illa idest extrema inter se cõmode vnit; quia in seipa illa ꝑ ꝓprietatem suæ naturæ
prius vniuit. Admonemur hinc magni illius sacramenti; quod gentibus stulticia he
bræis scandalum nobis dei virtus & sapientia est; nõ posse hominem deo cõiungi; nisi
per eũ; qui cum in seipo hominem deo cõiunxerit verus mediator effectus potest ita
hoĩes deo annectere; ut sicut in eo filius dei hoĩem induit; ita ꝑ eũ hoĩes dei filij fiant.
Quod si verꝫ est quod dicimus; nõ copulari extrema inuicẽ nisi ꝑ medium; id aũt vere
mediũ dici quod in seipo iã extrema vniuit; ꝑfecto si dispensatio illa ineffabilis in solo
cõtingit Christo; ut verbũ fieret caro solus etiã est Christus; ꝑ quẽ ad verbum caro põt
ascẽdere; nec est (ut recte scripsit Ioãnes) aliud sub cælo nomẽ in q̃ oporteat saluos hoĩ-
Christus solus est i quo oẽs saluari oportet
nes fieri. Quod diligẽter aduertãt q cũ Christo se dicunt credere; cõmunẽ iñ religionẽ
aut suã vnicuiq; in qua est natus; credũt sufficere ad cõsequendã fœlicitatẽ. Non mihi
nõ ipis rõnibus credant; sed Ioanni; sed Paulo; sed Christo ipi; qui dixit. Ego sum via.
Ego sum hostiũ; & qui ꝑ me nõ intiat fur est & latro.

Expositio septima de fœlicitate quæ est vita æterna.

PROOEMIVM LIBRI SEPTIMI.

s I totius mũdi gradus ordinẽ & naturã sexta absoluta expositione q̃si sex
diebus exegimus. Reliquũ; ut septimo hoc tractatu q̃si sabbato nr̃æ cõ-
mẽtationis de sabbato mũdi & gete creaturarꝫ. quarꝫ naturã in superiori
bus instituimus. i. de earꝫ fœlicitate tractemus (aut ut dicã rectius) tractã
Fęlicitas duplex
tẽ Mosem ut verꝫ vatẽ futurorꝫ oĩm audiamus. Est aũt fœlicitas (ut theologi ꝑdicant)
alia; quã ꝑ naturã alia; q̃ ꝑ gratiã cõsequi possumus. Illã naturalẽ; hãc supnaturalẽ ap-
pellãt. De prima. i. de naturali satis dictũ a Mose; qm̃ rerꝫ cognita natura naturalẽ quo
q; earũ fœliciatẽ cognoscimus. Reliquũ ut doceat de secũda ꝓphetã se potius exhibẽs
q̃ doctorẽ; qm̃ cũ scripsit Moses nõdũ erat gratia; sed futurũ erat ut esset. Verꝫ qm̃ mi
hi videor videre sciolos quosdã dixerim an vappas potius & nebulones; q se vocant
philosophos cũ nihil sint minus; ridẽtes statim & gratiã & fœlicitatẽ supnaturalẽ; q̃si

vana hæc noĩa & aniles fabulæ sint: volui breuiusculã hac de re cum illis disputationẽ
sicuti procemiũ facere septimi libri: rẽ & seorsum oĩbus utilẽ & necessariam valde ope
ri: q̃d suscepimus: vbi altissimis philosophiæ radicibus nixam & stabilitã stare sñiam
theologoꝝ dilucide cõprobemus. Fœlicitatem ego sic definio: reditum vnicuiusq; rei Fœlicitatis descriptio
ad suum principiũ. Fœlicitas enim est summũ bonũ: summũ bonũ. i. quod oĩa appe
tũt: quod aũt oĩa appetũt: id ipsum est: quod omniũ est principiũ: ut Alexãder aphro
disiensis in cõmentarijs primæ philosophiæ: & græci interpretes in Aristotelis ethicen
attestant̃. Idẽ igit̃ finis oĩm quod omniũ principiũ deus vnus oĩpotẽs & benedictus
optimũ omniũ quæ aut esse aut cogitari põt. hinc duæ illi præcipue appellatiões apud
Pythagoricos vnũ. s. & bonũ. Vnũ enĩ cognominat̃: quia omniũ est principiũ: quem
admodũ vnitas principiũ est totius numeri: bonũ autẽ: quia omniũ finis omniũ quies
& absoluta fœlicitas est. Videre iam possumus: si simus paulo sollertiores: rationem
duplicis fœlicitatis. Fœlicitas enim possessio atq; adeptio est huius primi boni. Bonum
hoc adipisci dupliciter põt res creata: aut in seipsis: aut in ipso. Nam & in seipso hoc bo Fœlicitatis gradus in singulis rebus
nũ est sup oĩa exaltatũ suæ inhabitans diuinitatis abyssos: & p oĩa diffusum in omĩbus
inuenit̃: hic quidem pfectius: illic imperfectius pro rerum conditione a quibus partici
patur. Vnde (ut scribũt poetę) Iuppiter est quodcũq; vides: & Iouis omnia plena sunt.
Vnaquæq; igit̃ natura cũ in se deũ habeat aliquo modo: quia tm̃ dei habet quantũ ha
bet & bonitatis (bona autẽ oĩa quæ deus fecit) reliquũ. ut cum perfectã omĩbus nume
ris suã habet naturam. se adepta deũ quoq; in se adipiscat̃: & si dei adeptio: ut compro
bauimus: est fœlicitas: in seipsa aliquo modo sit fœlix: hæc est naturalis fœlicitas: quã
& maiorẽ & minorẽ diuersæ res pro naturarũ diuersitate sortitæ sunt. Ignis res est ani
ma carens: participat autẽ deũ multis rõibus. Nam primo est: & vnum quodq; q̃ est Quo pacto ignis deum participat
participatu dei est: qui est ipsum esse: item quia ignis species certa & actus est: deo est si
milis: qui prima species primus est actus: & dũ ignis ignẽ pducit diuinã fœcunditatẽ:
dũ se intra terminos suæ cõtinet sphæræ iusticiã: dũ nobis deseruit beneficentiã p suæ
naturæ modulo imitat̃. Hæc ignis dũ agit suã adeptus pfectionẽ fœlix est q̃ntũ capax
ipse fœlicitatis. Fœliciores plantæ: quæ præterea vitã fœliciora aĩantia: quæ etiã cogni
tionẽ sortita ut plus pfectionis ita plus etiã in seipsis diuinitatis inueniũt. Optima om
niũ mortaliũ cõditione homo: qui sicut natura: Ita naturali fœlicitate alijs præstat: præ
ditus intelligẽtia & libertate arbitrij præcipuis dotibus & ad fœlicitatẽ maxime cõdu
centibus. Suprema inter creaturas angelica mens & substãtiæ nobilitate finis cõsecu
tione: cuius maxime particeps: quia illi & iuncta & pxima est. At vero ut supra dixi
mus per hãc fœlicitatẽ nec plantæ nec bruta nec homo nec angelus deũ: qui est sum
mũ bonũ: in ipso deo: sed in seipsis attingũt. Quapropter & p naturaꝝ capacitate gra Fœlicitatẽ in quo antiqui posuerunt
datim fœlicitatis rõ variat̃. Quare & de hac solũ loquuti philosophi fœlicitatẽ vniuś
cuiusq; rei in optima opatione suæ naturæ collocauerũt. & de angelis quidẽ quos vo
cant mẽtes & intellectus: etiã si summã illoꝝ pfectionẽ hãc faterent̃ quod deũ intelli
gerent: cognitionẽ tamẽ dei: quã habent: haud aliã statuere, præter eam: qua seipsos co
gnoscunt: ut de deo tantũ intelligant: quãtũ de dei natura in eorũ substãtia repræsen
tatur. De hoĩe autẽ & si diuersi diuersa senserint: oẽs tamen intra humanæ facultatis
angustias se tenuerunt: vel in ipa tantum veri vestigatione quod Academici: vel in ad
eptione potius per studia philosophiæ: quod Alpharabius dixit: fœlicitatẽ hoĩs deter Alpharabius
minantes. Dare aliquid plus visi Auerrois Auicẽna Abubacher Alexander & Platoni
ci nostram rationem in intellectu: qui actu est: aut aliq̃ superiore: nobis tamen cogna
to quasi in suo fine firmantes: sed neq; hi hominem ad suũ principiũ neq; ad summũ
bonũ adducũt. Quas ego eoꝝ disputationes atq; sentẽtias nec reprobo nec aspernor:
si de naturali se tantũ fœlicitate dicere pfiteant̃. Certũ enĩ per eam nõ posse hominem
aut angelos altius euehi q̃ ipsi dicant. Quod vel hac ratione maxime comprobatur:
q̃m si nixum propria fortitudine nihil supra seipsum potest assurgere (alioqui in seipso

Homo ꝓpriis viribus nō pōt deo coniungi

esset validius) utiq; nihil nitens per seipsum ad fœlicitatē maius aliquid vel perfectius sua natura assequi poterit. Sed dicant mihi philosophi si hæc in rebus sola fœlicitas: cur vel ipsi fatent̄ inter aīalia solū hoīem natū ad fœlicitatē. Cur enī alia præter hominem ad suos quoq; fines perueniant: possumus dicere esse alioꝶ q̄ hoīs minorē fœlicitatē: at nullā esse quo pacto defendemus? Quinimmo cum a fine a natura statuto reliqua infra hoīem nūq̄: homo fere semꝑ exorbitet: videbit̄ nisi alio se priuilegio iactet infœlicissima omniū humana conditio.

Theologi

Audiamus igit̄ sacros theologos dignitatis nostræ nos admonentes: & quæ vltro nobis a patre liberalissimo diuina bona præstantur: ne quæso ipsi crudeles in nr̄os animos & male grati erga deū opificem reiiciamus. Diximus supra summā fœlicitatis in dei esse adeptione: quod est summū bonum & principium omniū. Dupliciter autē illam posse contingere: quoniā vel in creaturis: quibus se deus participat: vel in ipso deo deū assequimur. Ostendimus item: quod & ostēdemus: res creatas nō posse viribus suis ad hāc postremā: sed ad illam duntaxat accedere. Est autē illa: si aīaduertimus: vmbra potius fœlicitatis q̄ vera fœlicitas: quēadmodum creatura: in qua deū attingis: nō summa bonitas: sed summæ bonitatis, i, diuinæ tenuis vmbra est: Adde q̄ res per illam seipsis potius q̄ deo restituuntur: non id assequutæ: ut ad suū principium redeāt: sed hoc tātummodo ne a seipsis discedant.

Felicitas supernaturalis

Vera autē & cōsumata fœlicitas ad dei faciē contuendā quæ est omne bonū: ut ipse dixit: & ad pfectam cū eo principio: a quo emanauimus: vnionem nos reuehit & abducit. Ad hāc angeli attolli quidē possunt: sed nō p̄nt ascendere. Quare peccauit lucifer dicens Ascendā in cælū. Ad hanc ire homo non pōt: trahi pōt unde christus de se: qui est ipsa

Felicitatis capaces q̄ sunt

fœlicitas dixit. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit illū. Bruta aūt & q̄ infra hoīnē nec ire nec trahi ad illā possunt. Ideoq; solus homo & angelus ad eā sunt facti fœlicitatē: quæ est vera fœlicitas. Potest vapor cōscēdere in altū: sed nō nisi attractus radio solis: lapis & corpulenta oīs substātia neq; radiū usq;quaq; admittere: neq; p illū tolli in sublime pōt. Hūc radiū hāc vim diuinā: hūc influxū gratiam appellamus: quia deo & hoīem & angelū gratos efficiat. Habēt aūt philosophi huius doctrinæ manifestum exemplū in corporibus. Corpoꝶ enī aliq̄ in rectū: aliqua in orbē ferunt̄. Motus rectus: q̄ elemēta ad ꝓprias sedes vehunt̄: figurat fœlicitatē: per quā in ꝓpriæ naturæ pfectione

Gratia

res stabiliunt̄. Motio circularis: p quā corpus ad eundē unde abscedit terminū circumuoluit̄: expressissima imago est veræ fœlicitatis: p quā creatura ad idē principiū redit: a

Felicitatis similitudo

quo processerat. Sed vide q̄ omnia utrinq; conueniunt. In orbem non mouentur nisi immortalia & incorrupta corpora. Ad deū nō redit nisi īmortalis & æterna substantia. Elemēta ut suos motus pficiant nō alia indigent vi q̄ indito sibi a genitura vel grauitatis īpetu vel leuitatis: quēadmodū eniā ad naturalē fœlicitatē singula ꝓprio īpetu ꝓpria viscrunt̄. At vero cælestia etsi idonea sint motui circulari nō ip̄a tñ sibi sufficiūt ad hūc motū explendū: sed diuino opus motore: qui illa verset & circūuoluat. Deniq; sic ppe tuæ apta circuitioni illa corpora sunt: ut nō facere eā: sed suscipere possint. Haud aliter nobis atq; angelis accidit. Tales enī sumus natura: ut nō circūagere nos & reflectere:

Spiritu diuino ad bonū pulsant̄

sed circūagi motricæ vi gratiæ & reflecti in deū possumus. Hinc illud: qui agunt̄ spiritu dei: hi filij dei sunt. Qui agunt̄ dixit: nō aūt qui agunt. hoc distamus a cælo q̄ illud naturæ necessitate: nos ꝓ nostra libertate mouemur. Pulsat enī assidue animū tuū spiritus motor. Si obaudias tibi relinqueris: tuo corpori tuæ infirmitati miser & infœlix. Si admittas statim deo plenus per orbem religiōis ad patrem ad dn̄m reportaris: in eo

Verbū dei

vitā semper possessurus: in quo & semper etiā anteq̄ fieres vita fuisti. Hæc est vera fœlicitas ut vnus cū deo spiritus simus: ut apud deum nō apud nos deum possideamus cognoscentes sicut & cogniti sumus. Ille enim nos nō per nos: sed per seipsum cognouit. Ita & nos cognoscemus illum per ipsum & nō per nos. Hæc est tota merces: hæc est vita æterna: hæc est sapiētia: quā sapiētes sæculi nō cognouerūt: ut ab oīni multitudinis imperfectione redigamur in vnitatē per copulam indissolubilem cum eo qui est

ipsum vnum. Pro hac fœlicitate Christus orabat ad patrem hoc modo. Pater fac quem admodum ego & tu vnũ sumus: ita & hi nobiscum vnũ sint. Hanc paulus separabat dicens. cognoscam non ex parte: sed sicuti est: & si sperabat non ne iure dicebat. Quis me separabit a charitate Christi: & cupiebat dissolui ut cum christo fieret vnũ. Ab hac cecidit dæmon: quoniã ad illam ascẽdere nõ rapi voluit: Ideoq; illud amisit: quod habuisset si permãsisset. Ex hac radice notũ quæ sors infantiũ: qui decessere nõdum initiati. Scilicet apud se manent: nec suis bonis exuti: nec diuinis locupletati. Nobis in alterutram partẽ cadẽdum: aut summã miseriã: aut summã fœlicitatem. Quoniã qui in causa est ne motorẽ recipiat: nõ solum immunẽ se facit gratiæ: sed & naturam viciat: ad cuius integritatẽ hoc attinet: ut agnitũ spiritum quærat nõ recuset: & proculdubio recta esse natura non potest: quæ maioris boni ꝓpositi specie aut reijcit aut contẽnit: Quare postq; Christus est agnitus sequi Christũ nõ induunt: nõ solum prima fœlicitate: sed & secũda: idest naturali iure priuant: quia gratiam nolle nõ nisi corruptæ est & labefactæ naturæ. Quemadmodũ autẽ nos viuentes sub euangelio. Ideo Christũ dei virtutẽ & sapientiam in nobis recipimus: quia uti iam datũ humano generi amamus & retinemus: Ita & patres sub lege vetere illum recipiebant: cũ futurũ aduentũ & credebant indubie & sperabãt alacriter & ardẽter desiderabãt. Sed sicut nõ ut præsentem iam: sed ut futurũ recipiebant: ita neq; præsentem quasi iam spiritus inhabitantis nisi postq; aduenit fructũ experti sunt. Cũ post peractũ in ara crucis ineffabile sacrificiũ descendente ad eos. Christo ab eo uri motore circũacti momẽto turbinis ad libertatẽ: & euecti ad sũmæ fœlicitatis gradũ fuerũt. Ad hãc fœlicitatẽ religio nos ꝓmouet dirigit & impellit: quẽadmodũ ad naturalẽ ducẽ utimur philosophia. Quod si natura rudimẽtũ est grãæ: utiq; & philosophia inchoatio est religiõis: neq; est philosophia quæ a religione hoĩem se mouet. Recte igitũ & nos cũ a Mose: postquam sex dies de natura fuimus philosophati: septimo die diuinis vacãtes de supnaturali fœlicitate dicemus.

Infãtiũ sors gnõdũ bap.

Caput primum.

¶Duplex (uti ostendimus) supræmæ huius fœlicitatis natura est capax: angelica & humana. Illa cælum: hæc terra dicitur: quia angeli cælum: nos terram inhabitamus. Et de cælo non est q; dicat amplius: quia non angelorum: sed hominum legem scripturus est. Ad homines igitur descendens inquit. Terra erat inanis & vacua: & tenebræ erant super faciem abyssi. Non creat deus inanitatem: nõ creat tenebras. Sed terra (inquit) inanis & tenebræ erant. Non dicit hæc fuisse creata: sed fuisse. Quod cur sit dictum patebit simul cum cognouerimus quæ hæc inanitas: quæ hæ tenebræ sint. Natura humana: quæ terra dicitũ angelis comparata: statim ab initio: quia statim peccauit: inanis erat & vacua originali iusticia: & peccati tenebris facies eius: idest ratio obducebatũ: Neq; hæc fecit deus: sed hoĩs malicia: qui volens se his bonis priuauit: quibus illum deus ditauerat. Sic naturæ corruptæ status a ꝓpheta describitũ: quæ quo pacto deinde adeo per Abraã per Mosem per ꝓphetas nouissime vero p vnigenitũ filiũ suũ & pristinæ dignitati restituta: & ad summã fœlicitatẽ parata fuerit in sequentibus demonstrabit. Verũ & quo tempore aquæ obductæ tenebris erãt infectæ scilicet primæuis sordibus noxæ originalis: spiritus tamen domini fouebat eas. Quod est dupliciter intelligẽdũ: & q; lumine diuini vultus quod signatũ est super nos: idest lumĩe naturalis intelligentiæ hoĩes regebãtur: & q; diuinæ tum ꝓuidentiæ cura humanũ genus destitutum nõ erat: sed spiritus dñi fouebat aquas spũs ille: qui (ut ait apostolus) intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus: & tũc assidue cogitabat quo pacto illas a venenis purgaret: quibus antiquus serpens eas infecerat. & ecce statim iubet oriri lucẽ: & orta est lux. Abraã scilicet ille sapiẽtissimus fundator primus veræ religionis: Primus: qui & naturæ legẽ absolueret: & de diuina lege meditaretũ. Primus qui cultũ vnius dei aduersus idola & gentes hominibus ꝑsuaderet. Primus qui & tenebras erroris depellere: & malis dæmonibus qui principes tenebrarũ dicũtur bellum indicere est

Tenebras deus nõ fecit

Abraam

aggressus: unde merito lux cognominatus. Quod quia & discipuli domini om̃es fecerunt: om̃es a dño lux mũdi sunt appellati. Hæc est lux prima quæ mundo affulsit: & inter dæmonũ veriq; dei religionem quasi inter lucem tenebrasq; distinxit.

Caput secundum.

Lex mosaica

¶Hunc sequuta est lex: quæ merito cognomento dicitur firmamentũ statim in sui exordio hoc ipso scilicet q nunc tractamus annuncians nobis opera manuũ dei (ut cecinit Dauid. & opera manuũ eius annunciant firmamentũ). Data igitur lex per angelũ Mosi firmata verbo dei: quæ adhuc magis q̃ superior lux gẽtes ab Israelitis, i. in pietatẽ a pietate: q̃si aquas supercælestes ab aquis quæ sunt sub cælo discriminauit. Dicunt̃ autẽ Iudæi aquæ supercælestes: q a soli (ut inquit Hieremias) signa cæli nõ timẽt: quæ gẽtes timent soli nõ aut stellas aut cælũ: sed stellarũ & cæli auctorẽ ac dominum: & agnoscunt & agnitũ colunt ac venerantur. Gentes autem contraria ratione aquæ sub cælo sunt quando & dæmones caliginosi aeris incolas: quæ regio supra aquas est; adorant & colunt: & visiblie cælum sydera & planetas sibi deos ac dominos faciunt.

Iudei signa cæli non timent

Caput tertium.

Iudaicę gentis priuilegium

¶Erat autem futurum: ut nisi maior aliqua vis & misericordia dei obstaret aquæ quæ sunt sub cælo, i. idolis seruientes totam terram inuaderent & occuparent; Sic infectio totius mundi de prima macula. Sic sathanæ vltoris imperium & ius in nos reos antiquæ noxæ & huiusmodi seruitutis pene obnoxios postulabat. Sed benefica semper & salutaris prouidentia dei vnam ex terræ partibus: & si exiguam quantum iusticiæ leges patiebantur ab aquarum iniuria liberam esse voluit. hæc est Iudæa vocata terra ꝓmissionis: quia & abraæ & posteritati a deo ꝓmissa fuit. Cui nostræ expositioni prophetæ omnes astipulantur: apud quos totiens gentium impetus in Israelitas aquarum & maris incursionibus comparatur. hinc illud elevauerunt flumina vocem suam: & mirabiles elationes maris; & illud sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum: & non timebimus dum turbabitur terra; & transferentur montes in cor maris. & profecto non aliter Iudeam intra haud magnæ regionis terminos cõclusam circũuallabant gentes: q̃ nunc terræ hanc portionem uniq; modicam quã habitamus undiq; circũuallet oceanus. Sed & pluribus in locis euidentissime in litteris christianis per aquas gentes designantur. Nam & scriptum est; aquæ quas vidisti gentes sunt: & cum dominus Iesus vinũ fecit ex aqua; quod in pharisei domo defecerat; figurate ut nostri scribunt significauit aquas idest gentes ad eam fidem esse vocandas. Quæ apud Iudæos apud quos fuerat antea imposterum deficeret. Itidem in mysterijs tradunt iccirco aquam vino misceri: q aquæ, i. gentes sanguinẽ Christi per fidem crucis hauriãt & combibant. Illa igitur pars asserta a iugo aquarũ dei ꝓuidentia fuit; ut si reliqua terra obrupta undis spiritalis nequitiæ inutilis & deserta erat futura nec idonea fructibus veræ religionis; hæc saltem esset; quæ luce suscepta quã protulit prima dies & rore cæli quod secunda statutum est; idest doctrina legis advbertatẽ adiuta germinaret interea quasi herbas plantas & arbores iudicia cerimonias & bonos mores; donec cũ temporis plenitudo venisset ipm etiã quod Esaias optabat saluatorẽ fœlicissima germinaret.

Vinũ ex aq̃ qd significat

Caput quartum.

Temporis plenitudo

¶Et ecce iam temporis plenitudo. Si enim numerus quaternarius plenitudo est numerorum nonne erit & dies quartus plenitudo dierum; Videte igitur quid nobis afferat quartus dies. Cælum secundo die firmatum: idest lex sine sole & luna ac stellis erat: capax quidem futuræ lucis: sed obscurum adhuc nec insigni aliquo lumine illustratum. Aduenit dies quartus; quo sol dominus firmamenti: idest Christus dñs legis & lunaris ecclesia Christi compar & sponsa: & qui multos ad iusticiã erudiũt apostoli ei doctores in firmamento uti stellæ in perpetuas æternitates elucescerent: ad æternam scilicet vitam mundum vocantes. Sol firmamentum nõ dissoluit: sed perficit: & Christus legem non venit ut dissolueret; sed ut perficeret. Lux primi diei Abraam pien-

tissimus vidit diẽ quartam: quæ est dies Christi & gauisus est. Vidit radium suæ lucis
idest veræ religionis: quem mũdo intulerat per solem iusticiæ per lucem veram illumi
nantem omnes homines in vniuersum orbem latissime diffundendum. Vidit Iesum
Christum splendorem paternæ substantiæ illucescentẽ his qui in tenebris & in vmbra
mortis sedebant: & principẽ tenebrarũ principem mundi huius ejici foras: & de men
tibus hominum exterminari. Hæc vidit & exultauit: vidit diem quartã & lætatus est.
Hæc dies quã fecit dñs: qua dominus homo fit qua deus habitauit ĩ nobis: exultemus
& nos & lætemur ĩ ea. Quam autem vera & solida sit nostræ ratio expositionis atten
datis quæso paulo diligentius christiani fratres. Vnde & vobis potentissima tela con-
tra lapideũ cor Hebræorum de armentarijs eorũ petita subministrabuntur. Probabi-
mus autem illud primo ex testimonijs Iudeorꝝ per opera diei quarti aduentum Christi
nobis significari. secundo ostendemus nobis Messiam repræsentari per nullã rem cõ-
gruentius q̃ per solem: colligemusq̃ euidentissime ex tẽporũ ratione nõ venturũ in
posterũ Christũ: sed Iesum ex Nazareth filium virginis ꝓmissum Hebræis Messiam Hebreorum dogmata
fuisse. Est inter decreta veteris Hebraicæ disciplinæ per sex dies geneseos sex mille an-
nos mũdi sic designari: ut sint quæ hic dicunt̃ opera primi diei vaticiniũ eorum: quæ
primo mundi millenario futura erant ut contingerẽt: opera item secundi eorum quæ
in secũdo: & sic deinceps eodem semper utrobiq̃ successionis ordine seruato: cui sen
tentiæ etiam attestatur inter iuniores Moses Gerũdinensis theologus primæ celebri-
tatis apud Hebræos. Meminit & diuus Hieronymus in expositione psalmi illius:
qui Mosi inscribitur; videturq̃ opinio hæc fundamento præcipue illi inniti q̃ mille an
ni (ut inquit ꝓpheta) vnus dies sunt apud deum. Quartus igitur dies: si vera est hæc
doctrina: vaticiniũ est eorum: quæ quarto millenario mundi euentura sunt: Age nũc
ostẽdamus iuxta annales Hebræorꝝ: & quã approbãt ipsi annorꝝ supputationẽ quar- Christus q̃r
to mũdi millenario Iesum apparuisse. cõputant illi ab Adã ad diluuiũ annos mille q̃n- to millena-
gentos quinquaginta sex: a diluuio ad Abraam annos ducentos & nonaginta duos; rio apparuit
atq̃ ita ab Adam ad Abraã colligunt̃ anni Mille octingenti. xlviii. A genitura autem
Isaac ad ruinam secũdi templi: quæ fuit post Christi mortem numerant annos circiter
(neq̃ enĩ reseco ad viuũ) mille sexcentos sexaginta. Supputant enĩ ab Isaac ad exitum
ex Aegypto annos quadringentos & triginta; ab exitu ad tẽplũ quod Salamon ædifi-
cauit totidẽ fere. a Salamone ad templi desolationẽ p Babylonios annos q̃dringentos
& decẽ; a tẽpli instauratione sub Esdra ad hãc sub Tito captiuitatẽ annos quadringẽ-
tos. xx. Itaq̃ si oẽs simul collegeris: cõputabis a mũdi exordio ad Christum iuxta ipso
rum Hebræorũ mentẽ annorꝝ tria milia quingentos & octo: ut & in ipo quarti mille-
narij medio Christus aduenerit & intra eiusdẽ millenarij quasi intra terminos quarti
diei & lunæ. i. ecclesiæ lux toti mundo affulxerit: & innumerabilis martyrũ apostolo-
lorꝝ doctorũq̃ multitudo qui intra q̃ngẽtos annos post Christi mortẽ oẽs claruere:
& firmamẽti. i. legis obscuritatẽ & nostræ noctis tenebras illuminauerint. At dicent
Hebræi: Esto p hæc tẽpora Iesus aduenerit. Nõdũ habes Iesum Christũ fuisse nisi ostẽ
deris creditũ a nr̃is futurũ ut p ea tẽpora Christus veniret. Bñ res habet & æquũ postu- Thalmutistarꝝ cõfusio
lãt. et nos p̃stare facile possumus q̃d iure postulãt. Manifesta enĩ vulgata publica apud
eos ferunt̃. Heliæ oracula citra oẽm figurã citra velamen ex ꝓfesso dicẽtia q̃rto mũdi
millenario vẽturũ Messiã; q̃ ne vel ficta videant̃ a me vel ꝓ arbitrio interp̃tata afferã te
stimonia ipõrꝝ Thalmutistarꝝ; cũ q̃bus nobis est cõtrouersia; q̃ & illorꝝ faciũt mẽtionẽ
& ipa veritate cogẽte fatent̃ p̃terijsse tẽpus ab Helia p̃dictũ de aduẽtu Messiæ. Verba
hæc sũt in particula q̃ inscribit̃ Anodazara capite libne edeem Tana dbe elihau seseth
alaphim sana hauc haolã. Sene alaphim tohu; usne alaphim thora; usnæ alaphim Ie-
moth hamas sihi uba hauanothema serabu iasshu meon masseias. hæc sic latine interp̃-
temur verbũ verbo reddẽs. Dixerũt filij siue discipuli Heliæ. Sex mille annorꝝ mũdus.
Duo mille inane. Duo mille lex. Duo mille dies Messiæ; & ꝓpter pc̃tã nr̃a quæ sunt

multa præterierũt de eis quæ præterierũt. Hæc illi. Age nũc ipis verbis añ oĩm oculos
ꝓpositis postquã nec cõmẽtitinũ nec arbitrariũ ego ꝗcquã afferre possum discutiamus
examinemusq; verba oraculi & statim ꝓpositi cõpotes erimus. Sex mille annoꝝ inqt
est mũdus: quod vel sic interp̃temur: Post sex mille annoꝝ curricula: quod etiã ex no
stris multi crediderũt: cõsumationẽ mũdi ꝗsi sabbatũ futurã: vel si (ꝗd est verius) illam
diẽ nemo nouit: in hũc sensum accipiamus: de vlteriori. s. tpe nullũ in lege vaticinium
haberi: sed hoc ad ꝓpositã nõ attinet ꝗstionẽ. Videamus ꝗd sequit̃. Duo mille inane.
Duo mille lex tũ Messias: inane vocat (ut hebræi oẽs interp̃tes dicũt) tẽpus ante tradi/
tã a deo hoĩbus vllã legẽ. Sed video insultãtẽ Iudæũ dicẽtẽq; si duo mille anni sunt añ
legẽ: & duo mille legis vẽturus: ergo Messias nõ ꝗrta die. i. dũ ꝗrtus agit̃ millenarius:
sed die potius qnta: q̃a post ꝗrtũ. s. millenariũ. Sed enĩ r̃nsio facilis: ut quã veritas aĩosa
suppeditat. Quod enĩ dicit̃ ab Hælia duo mille inane. Duo mille lex: haud sic accipiẽ
dũ quasi integrũ tẽpus duo mille annoꝝ futurus sit mũdus absq; lege: similiterq; duo
mille annos p̃m ãsura sit lex: sed q̃ & tẽpus legis naturæ ad secũdũ ꝑueniet millenariũ
& tempus legis ad quartum usq; perueniet. Sed & anteq; secundus exactus sit lex. &
anteq; quartus elabat̃: erit Messias. Quã ego expositionẽ mihi ip̃e nec fingo nec som
nio: sed eã me ip̃e Helias docet: ip̃i met docẽt & Thalmutistæ. Quod tibi etiam Iudea
aspis (nisi aures occludas) mox erit manifestũ. Inqt Helias duo mille inane. & duo mil
le lex. Videamus in quẽ sensum fuerit veꝝ ꝗd dicit̃ de inani: indeq; discamus rõnẽ ex
ponendi id: quod dicit̃ de lege. Principiũ legis aut a Mose accipimus aut ab Abraam

Moses quã/do natus

A mose accipi nõ põt qm̃ finisset inanitas supra quã per duo mille & tercentos annos:
aut circiter. Totidẽ enim fere ab Adã ad Mosem. Accipiendũ igit̃ legis principium ab
Abraã: cui datũ foedus circumcisionis totius antiquæ legis radix & firmamentum: ab
Adã aũt ad Abraã si suas cõsulant historias haud integrum spatiũ duo mille annorũ:
sed mille duntaxat octingentos quadragintaocto effluxisse inueniũt. Quo fit ut non

Abraam qñ inanis

post secundũ millenariũ: sed intra eius terminos inanitati: legis plenitudo succederet.
Quare eadẽ rõne nõ post quartũ millenarium: sed dũ ꝗrtus ageret̃ inanitati legis: ple

Thalmuti/stæ

nitudo euangelica succedere debuit. quod si impudẽter & pertinaciter negare perten
dant audiãt suos Thalmutistas nr̃am s̃niam maxime roborãtes. Fatent̃ enĩ ip̃si iã tũc
cũ scribebãt præterijsse tẽpus ab Helia prædictum de aduentu Messiæ: idq; suis impu/
tãt peccatis. Quod si verba Heliæ sic acciperent̃: ut post quartum millenariũ Christus
esset venturus intra fines ipsius quarti: nec dixissent nec dicere potuissent Thalmuti/
stæ præterijsse tempus ꝓmissi a ꝓphetis Messiæ: qm̃ quo tempore scripta est doctrina
Thalmutica: quam nos attulimus: nõdũ a mũdi exordio fluxerant anni quattuor mi/

Thalmut qñ editũ

lia. Apparuit enĩ ut supra ostẽdimus. Iesus post annos a mũdi exordio iuxta Hebræos
tria milia quingentos & octo. Scriptum (ut ip̃si tradunt) Thalmut Hierosolymitanũ
trecentesimo anno post Christi mortẽ. Babyloniũ autẽ centesimo anno post Hieroso/
lymũ. Quare utrunq; intra fines quarti millenarij conscriptũ est: & tñ præterijsse tem
pus dictum ab Helia de Christo venturo & fatentur & conquerunt̃. Quo hic se con/
dent aut quas latebras quærẽt: ut hũc nostrũ solem ip̃sis inuitis per vniuersum illuce/
scentẽ omnino fugiãt oĩno nõ videãt: Fatent̃ Thalmutistæ (si non credunt veteribus)
prædicta a ꝓphetis de aduentu Christi tẽpora præterijsse. Fatent̃ creditum a ꝓphetis
venturũ illũ per ea tẽpora: per quæ Iesum ip̃si aduenisse volũt. Nec sui doctores oĩno
nõ veri sunt cũ dicunt ob eoꝝ peccata nõ venisse Messiã. Neq; enim illis venit: qui eũ
non agnouerũt. Neq; est Messias. id est redẽptor vindex pessimæ captiuitatis benefi/

Messias quare iudeis nõ fuerat salu

cus rex retributor terræ promissionis id est supernæ Hierusalem nisi hijs: qui messiam
eũ confessi sunt. quod si in ꝓpria venientẽ sui nõ receperũt non sunt iam sui: qui erant
sui: sed ab ortu veniũt & ab occasu qui in sinu Abrææ recũbant: filij autem dilectionis
eijciunt̃ in tenebras exteriores. Vnde & importuna eoꝝ soluit̃ quæstio saluti futurũ
Messiam hebræis. Christũ autẽ exitio fuisse & perditioni. Neq; enim sunt hebræi: qui

ꝓmissum hebræis ex stirpe David regem & dñm nõ modo nõ sequuntur aut colunt: sed quasi latronē quasi sacrilegū quasi ꝓphanū per omnē iniuriã & contumeliam cruci affigunt. Si filij abraæ essent; perstarēt in institutis Abraæ: & cuius diem hūc. s. quærum ille prævidens gavisus est; ipsi quoq; gaudentes advenientem exciperent. Attulit pacem Messias hominibus sed nõ omnibus. Neq; enim dictū ab angelis simpliciter: & in terra pax hominibus sed adiectū hoĩbus bonæ voluntatis. Vtiq; idē sol: qui puros oculos illuminat ægros & debiles cæcat et obscurat, et recta fit ratione; ut qui bonis est salutaris; idem malis sit noxius; & qui amicos beat utpote potēs & nõ ingratus: Idem etiã hostes fulminet & disperdat. Si male evenisset iudæis suscepto Christo non fuisset Christus. Sed si male evenit crucifixo; utiq; fuit Christus. Qui de suis victoribus etiam cruci affixus tunc cū maxime victus apparuit tanta eorꝫ cū strage & calamitate triumphavit. Quid igit̃ cæci solē expectatis; Adest sol & lucet; sed lucet in tenebris; & tenebræ vestræ illū nõ cõprehendunt. Præterijt dies quartus; quo ortus est sol. Qui nõ dissoluit legē sed perfecit; sicut neq; sol firmamentum destruit; sed exornat; sed perficit; sed illustrat. Probavimus ex ordine diei quarti & tēpore adventus Christi intelligēda de eo quæ hic dicūtur. Probemus idem ex figuræ similitudine; quia per nullam aliam rem imaginari Christū cõgruentius possumus; q̃ per solem. Nam & in sole posuit tabernaculū suū; & exijt de tribu iuda; cuius signū est leo solare animal; & cum solē in republica. Plato visibilem filiū dei appellet; cur nõ intelligamus nos imaginem esse invisibilis filij. Qui si lux vera est illuminans omnē mentem expræssissimū habet simulachrum hūc solem; qui est lux imaginaria illuminans oĩne corpus. Sed quid alia quærimus; ipsum solem interrogemus; qui patiēte Christo adversa luna deficiens consensum nobis suæ naturæ evidenter ostēdit. Vt iure optimo nos; ne tãgam altiorem causam diē quam vocant mathematici solis & diem domini vocaverimus; & illius cultui totam mancipaverimus. Vel hinc ostendentes nõ esse cur amplius corporeum solem (ut olim gentes) colamus quasi regem cæli & dominū; postq̃ sol invisibilis coæternus patri & coæqualis; per quē & cælum & terra condita sunt sedentes in umbra mortis homines illuminavit.

Sol Christi imago

Dies solis dies dñi

Caput quintum.

Sed iam examinemus an quæ sequūtur opera diem quartum respondeant his quæ post advētum Christi evenisse cõpertum est; ut tunc demū hanc nostram expositionē ut veram ut stabilem recipiamus; cum illi undiq; attestari; & cõsonare oĩa cognoverimus. Videamus quid fiat post diē quartum. Producunt aquæ pisces & aves; producit terra pecora & iumenta. Revocemus ad mētem quid superius per aquas diximus significari; quæ sub cælo locatæ collectæ sunt ad locū unū; quid itē per terram; quæ ab illarum diluvio facta est immunis. Diximus per aquas gentes per terrã israelitas figurari; quod & multis cū testimonijs prophetarꝫ; tum similitudinis rationibus cõprobavimus. Vidimus autē ante solis exortū steriles aquas nihil ꝑducere; quod esset bonū. Terram autē feracem quidem; sed exigui fructus olerum scilicet atq; herbarum. Post solem & aquæ maiori etiam q̃ terra fœcunditate duo genera proferunt animantium aves & pisces. Terra noniam contenta arboribus & fruticibus & magna pecora & iumenta producit. Nonne videtis me etiam tacente impletum verbum boni Simeonis: ut esset hic noster sol lumen ad revelationem gētium & gloriam plebis tuæ israel. Nõ ne habemus sub oculis expressam; si nihil aliter interpretemur & gentium vocationē & transformatiõem terrestris Hierusalem umbratilisq; synagogæ in veram ecclesiam; & perpetuam dei cælestemq; civitatem. Ante solis exortū aquæ nihil producunt. Terra producit aliquid; sed tenue; sed exiguum. Quoniam ante Christi adventum apud gētes nullū specimen vitæ nullus fuit fructus vere religionis. Apud israelitas fuit quidem vitæ spes aliqua & viam lucis ex parte cognoverunt & veram coluerunt religionem; sed inchoatam; sed imperfectam donec ille veniret; qui est via veritas & vita. Et nisi ad hoc mysterium recurramus; afferat mihi quispiam rationem; cur terræ

Gētiū ad ecclesiã vocatio

Israelitæ verã coluerūt religionem

ornatũ & sobolem ita partitus est: ut alia quidẽ ante solem protulerit: alia autẽ post solem. Cur item ante solem nihil producunt aquæ: terra aliquid ꝑducit. Cur duo genera animantiũ ab aquis: vnũ duntaxat genus a terra ꝑducitur. Cur auis aereum animal aquis ascribitur. Nam (ut agamus de primo, nõ satisfacit si dicamus quod quidã dixerunt herbas & plantas de terra educi ante facturã solis ne virtute eius creatæ viderent̃. Nam multo magis eadẽ ratione & pisces & aues & omnis elementorũ ornatus debuit fieri ante solem: ne virtute eius factus crederet̃. Reliquisset igitur suspitionem Moses: & si ad plãtas utpote imperfectiores ꝑducẽdas solis lumine opus non fuisse: fuisse tamẽ ad animalia ꝑducenda: quæ sunt perfectiora. Consequẽs enim ut si illo nõ adiutante perfectiora in lucem venissent: possent & sine illo fieri quæ sunt minus perfecta: Nõ reciprocanr autẽ ratio ut si absq; eo fuerint facta quæ sunt ignobiliora utpote plantæ despicatissimũ genus viuentiũ: potuerit etiã eius opera nõ intercedente produci omnigena animaliũ natura. Verius igitur unde nos diximus auctoris consilium inuestigatur. Similiter si dicat aliquis relata ad aquas animantia: quæ in aquis degunt: videbit vnũ potius genus ad eas duo autem ad terrã fuisse referenda: quia auium terra potius q̃ aqua domiciliũ est. & citra omnẽ controuersiam si animalis naturã consideremus aut terrestre aut aereũ animal auis est: aquatile nullo modo est. Sed audite altissimas omniũ rationes ad Christi ad ecclesiæ nos mysteria vel inuitos trahentes. Et profecto si omnia (ut inquit Aristoteles) vero cõsonant cõsonare omnia maxime Christo debent: qui est ipsa veritas. Qui nõ ab re non de nihilo hebræis totiens dicebat. Scrutamini scripturas: ipsæ sunt quæ testimoniũ perhibent de me: & prædicta de se tã multa. Immo omnia in lege in psalmis in ꝓphetis asseuerabat. Sed cæcutimus nos sæpe ad tantam lucẽ: nec nisi reuelante eo oculos nostros cõsiderare possumus mirabilia de lege eius.

Aqua quare duo ꝑducat aĩalia: terra vero vnicam tantũ

Veniamus eo nobis opẽ ferente ad mysteriorũ figurarũq; reuelationem. Duo ex aquis animalia: vnũ ex terra producit̃: quia maior fuit plenitudo credentiũ ex gentibus q̃ ex iudæis. Terra autẽ etsi minus multa: perfectiora tamen producit animantia his quæ aquæ producunt iumenta scilicet & quadrupedia omnia. Quia & si plures ex ethnicis crediderunt q̃ ex hebræis: perfectiores tamẽ qui ex hebræis: ex quibus apostoli fundatores totius religionis. Duo item genera diuersa duplicẽq; naturã aqua educit auium & pisciũ vnam tantũmodo terra: quoniam ex gentibus alij quidẽ de seruitio dæmonũ: alij de lege naturæ ad Christum transferũtur. hebræus omnis hebræus tantũ quia nõ permissum illi viuere intra terminos naturæ: cui data lex dei est peculiaris ei necq; reliquis gentibus cõmunis.

Lex dei iudeis peculiaris

Necq; enĩ fecit taliter omni nationi & iudicia sua nõ manifestauit eis. Significant igit̃ nobis pisces: quia demonum cultu ad nos venerunt nõ solum quoniã aquæ (ut supra ostendimus) figurant gentiũ impietatẽ: sed quoniam per hæc quæ in aquis degũt animalia: improbos dæmones significari sæpe in sacris litteris attestatur Ionethes caldæus:

Ionethes caldeus

Significãt aues: qui de naturæ instintis ad gratiam sunt translati. Cuius manifesta ratio ex his: quæ in procœmio huius libri abunde scripsimus de naturali supernaturaliq; fœlicitate. Ostendimus enim & cælum expræssissimũ esse simulachrum supernaturalis fœlicitatis: & naturalem fœlicitatem secundariam quandam & imaginariã potius q̃ veram esse fœlicitatem. Quare qui hanc cõsequũtur naturæ legibus utentes per aues congruentissime denotantur incolas nõ primi & veri cæli: sed aeris: quod secundaria & imaginaria quadam ratione cæli etiam sibi vendicat nomen. Vnde & volucres cæli & aues cæli tam crebro in diuinis litteris appellantur. Videte autem q̃ & profundo factum consilio: ut nõ ad aerem: sed ad aquã aues referantur. Quoniam qui secundum naturã viuebant, gentium tamen & ipsi populus censebantur. Quippe qui & se gentes vocabant: & inter gentes viuebant: quales fortasse & Socrates & plericq; philosophorum. Propterea in commune utrunq; genus ad aquas est relatum. Sed quantũ euangelicæ quantum apostolicæ doctrinæ hæc expositio conueniat improuiptu est obstendere. Quãdoquidẽ & conuersi ex hebræ

is apostoli a Paulo ꝑ boues terrestria animalia: & a nostris doctoribus super euãgeliũ: in quo vendentes de tẽplo eijciũtur: sunt figurati: & Christus israelitas oues appellat: Apostoli autẽ: quibus mandata cõuersio gentiũ: piscatores a domino sunt appellati: quorꝫ princeps Petrus: q Romæ dominæ gentiũ: quasi oceani quasiqꝫ cætarũ piscator erat futurus. Christus autẽ: qui se dixit nõ missum nisi ad oues quæ perierũt de domo isrl. sibi nõ piscatoris sed pastoris potius nomen vendicauit.

Die secunda q̃re nõ dictũ q̃m bonum

Caput sextum.

¶ Manifesta etiã hinc dissolutio quæstionis: quæ diu torsit interpretes huius libri: Cur secũdo die nõ fuerit dictũ: & vidit deus quoniã bonũ. Si enim dicamus quod dici solet ideo factũ: qa opus aq̃rũ eo die absolutũ nõ fuit: sed tertio in quo aquæ quæ sunt sub cælo confluxerunt ad locũ vnũ haud plene videbitur satisfactũ. Neqꝫ enim opus secũdi diei propriũ est dispositio aquarũ: sed dispositio firmamenti: quod inter aquas medio loco firmatũ est. Fuit autẽ eo die & firmamenti factura. Cum dixit deus fiat firmamentũ: & distinctio aquarũ: cum dixit & diuidat aquas ab aquis satis absoluta. Aquarum autẽ collectio quæ dicta est mare: & terræ reuelatio: & plantarũ productio sicut alterius operis omnino rationẽ habent. Ita & alio: idest tertio die ad quem spectabãt cõsumata sunt. Quærenda igitur ratio de altiori mysterio. Firmamentum (ut supra ostẽdimus) legem figurat. Et erat firmamẽtum uti informe ita neqꝫ perfectum simpliciter donec sole luna ac stellis fuit instructum. Quemadmodũ neqꝫ lex non quidẽ mala (ut dicunt manichei) sed neqꝫ bona erat simpliciter; idest perfecta; donec Christus venit: qui legem impleuit. Si malum fuisset firmamentũ: solem nõ recepisset. Si fuisset bonũ sole non eguisset. Sed firmamentum eatenus bonũ: quatenus solis cæterorũqꝫ syderũ erat capax: sicut eatenus bona erat lex: quatenus pedagogus nobis erat in Christo: & multa permisit Moses ob duriciam populi: quæ euangeliũ postea nõ permisit. Quod autem legẽ non possimus appellare malam: ut credidit Manes. possimus tamẽ appellare non bonã apertissime docet propheta; apud quem deus de hebræis loquens; inquit dedi eis præcepta nõ bona. Non dixit præcepta mala: sed præcepta non bona; id est non perfecta nõ absoluta non consumata. quod confirmant veteres hebræi doctores: qui illud interpretantes ecclesiastici. Vanitas vanitatũ & omnia vanitas. Vana inquiunt etiam lex donec venerit Messias. & de his quidem hactenus.

Firmamẽtũ legẽ figurat

Manicheus

Legis ꝑfectiõ Christus est

Caput septimum.

¶ Quoniã autem supremũ beneficiũ corporati verbi id fuit ut per baptismi sacramentum: per quod virtus Christi in nos transfunditur; regeneremur in filios dei nõ ex sanguinibus; sed ex deo nati: postremo hoc nobis indicat Moses cũ post exortũ solem & mundo demonstratũ: post aquarum terræqꝫ fertilitatẽ hominem facit ad dei imaginẽ non terrenũ hominem: sed cælestẽ. Conuersis enim ad Christũ gentibus & iudæis hoc erat reliquũ: ut per sanctissimũ lauacrũ dominicæ cruci se conformantes reformarentũ ad imaginẽ dei. Nam si baptismus dei filios facit: filius autẽ imago patris: nõne totius trinitatis virtus operans in baptismo illa est quæ dicit. Faciamus hominem ad imaginem nostrã? Si igit̃ sumus ad imaginẽ dei: sumus & filij. Si filij & hæredes sumus: hæredes dei cohæredes Christi. Sed qui sunt filij? Scriptum a Paulo est clamare nos: abba pater in spiritu sancto. Qui igitur spiritu viuunt hij sunt filij dei. hij Christi fratres; hij destinati æternæ hæreditati. quã mercedem & fidei & bene actæ vitæ in cælesti hierusalem fœliciter possidebunt.

Baptismi virtus

Paulus

Expositio primæ dictionis idest: In principio.

i Am ad calcem ventũ est operis septiformi vniuersi cõtextus expositione decursa. Sed superesse aliquid adhuc cognosco intactũ a nobis & indiscussum: quod etiam primo loco exponendũ videbat̃: idest quid sibi velit prima dictio legis: quæ est. In principio. Non temere autẽ aut sine causa de hoc principio in fine totius operis dicere volui. Nec aũt de dei filio hic sum dispu

taturus quod est principiũ per quod facta sunt omnia. (Est enim sapientia patris). Nec probaturus idẽ sentire cũ nostris hoc loco veteres hebræos: quod alibi faciemus. Sed cogitamus p aliam interpretandi ratione gustũ dare lectoribus mosaicæ ꝓfunditatis. Quod nõ antea faciemus q̃ cũ de dogmate quodã: quod vere paradoxon est anti quioris iudaicæ disciplinæ: paucula deliberauimus. Firma est sentẽtia omniũ veterũ: quam ut indubiã vno ore confirmãt: omniũ artiũ omnis sapientiæ & diuinæ & humanæ integrã cognitionem in quinq; libris Mosaicæ legis includi: dissimulatã autem & occultatam in litteris ipsis quibus dictiones legis contextæ sunt quo modo nunc declarabimus. Summamus gratia exempli primã particulam libri geneseos: videlicet ab exordio usq; ad locũ vbi est scriptum: & vidit deus lucem quod esset bonũ. Est tota illa scriptura tribus & centũ elementis cognomentata: quæ eo modo disposita: quo ibi sunt dictiones constituunt quas legimus nihil nisi cõmune & triuiale præseferentes. Corticem scilicet cõflat hic litterarum ordo hoc textum medullæ interius abditæ latentium mysteriorũ. At vocabulis resolutis elementa eadẽ diuulsa si capiamus: & iuxta regulas quas ipi tradunt: quæ de eis conflari dictiones possunt rite coagmentemus futurũ dicunt: ut elucescant nobis si simus capaces occlusæ sapientiæ mira de rebus multis secretissima dogmata: & si in tota hoc fiat lege tum demũ ex elementorꝶ hac quæ rite statuatur: & positione & nexu erui in lucem omnẽ doctrinã secretaq; omniũ liberalium disciplinarum. Dixi autẽ si simus capaces occlusæ sapientiæ. Nam fieri potest ut tractãtibus nobis dissoluentibusq; & cõponentibus aliquas dictiones: pariãtur inde multa vocabula multiplex item series orationis. quæ magna doceat: magna significet: sed nisi aliquis de ea re doctrinam alibi sit consequutus quid illa significent non intelligens: quasi inutilia atq; fortuita non cõtemnere non potest. Neq; enim dogmata & doctrinas ibi discere possumus: sed solum possumus agnoscere. Hæc ego ut nõ probo asserens vel attestor: quia de eis nec feci periculum: nec me facere posse cõfido: Ita neq; nego neq; cõtemno: tum quia magnos hæc opinio habet auctores. Tum quia de Mose qui in tota domo dei fuit fidelis. Maiora etiã facile credi possunt. Quæ autem mihi nõ illas quidem abyssos intranti: sed huius maris littus radenti gemmarũ diuitiæ occurrerint quas neq; Hermus neq; Pactolus apud poetas ferre dicũtur. Nõ ingratũ fore putaui nostris hominibus si publicarem: Libuit periclitari in prima operis dictione quæ apud Hebræos. Bresit apud nos in principio legit̃ an ego quoq; usus regulis antiquorum eruere in lucẽ inde cognitu dignũ aliquid possem: Igitur præter spem meã præter opinionẽ inueni: quod neq; inueniens ipe credebã neq; credere alij facile potuerũt vniuersam de mundi rerumq; omniũ creatione rationẽ in vna ea dictione apertã & explicatam. Rem dico mirabilẽ inauditam & incredibilem. Sed mox credetis si attenderitis & res ipsa verum me demonstrabit. Dictio illa apud Hebræos hoc modo scribitur

Moseos liber oẽm diuinã & humanã sapientiã cõplectit̃

Moses in tota domo dei fidelis

Hermus

Pactolus

Ex hac igitur si tertiam litteram primæ coniungamus fit dictio idest ab. Si geminatæ primæ secundam addamus fit: idest bebar. Si præter primã omnes legamus fit: idest resit. Si quartam primæ & vltimæ cõnectamus: fit idest sciabat. Si tres primas quo iacent ordine statuamus: fit idest bara. Si prima omissa tres sequentes: fit idest rosc. Si omissis prima & secunda duas sequentes: fit .i. es. Si tribus primis omissis quartam vltimæ copulemus: fit .i. seth. Rursus si secundam primæ: fit .i. rab. Si post tertiã quintam tum quartã statuamus: fit .i. hisc. Si primas duas duabus vltimis coagmentemus: fit .i. berith. Si vltimam primæ: fit vltima dictio & duodecima quæ est .i. thob verso: quod frequentissimũ apud Hebræos thau in thet elementũ. Videamus autem quid primo hæc latine significent: tum quæ per ea non ignaris philosophiæ de tota natura mysteria reuelentur. Ab: patrem significat. Bbar in filio & per filium (utrunq; enim significat beth præpositio.) Resit principium. Sabath quietem & finem. Bara creauit. Ros caput. es ignem. Seth fundamẽtum. Rab

magni hominis. Berit foedere. Tob bono. & totam si ordine cõsequenti orationẽ texamus erit huiusmodi. Pater in filio & per filiũ principiũ & finem siue quietẽ creauit caput ignẽ & fundamẽtum magni hominis foedere bono: hæc tota oratio ex primæ illius dictionis resolutione & compositione dissultat. Cuius q̃ altus q̃ plenus omni doctrina sit sensus haud palam esse omnibus potest. Sed ut aliqua statim non tamen omnia omnibus aperta quæ per has voces nobis significantur. Notũ omnibus christianis quid sit patrem in filio & per filiũ creasse. Quid item sit filiũ principiũ esse & finẽ omnium. Est enim alpha & o (ut scribit Ioãnes) & ipe principiũ se appellauit: & nos demonstrauimus finẽ rerum omniũ esse: ut principio suo restituant. Cætera paulo obscuriora quid illa scilicet sibi velint: caput ignis & fundamẽtum magni hominis: quid illud sit foedus & qua ratione bonũ dicatur. Neq; enim statim in promptu omnibus videre hic explicatam mundorũ quattuor de quibus agimus omnẽ rationem: cognationem item & foelicitatẽ: de quibus postremo nos disputauimus. Primũ igitur illud aduertẽdum vocari a Mose mundũ hominẽ magnũ. Nam si homo est paruus mundus: utiq; mundus est magnus homo, hinc sumpta occasione tres mundos intellectualem cælestẽ & corruptibilem per tres hominis partes aptissime figurat: simul indicans hac figura nõ solum cõtineri in homine mũdos omnes: sed & quæ hominis pars cui mũdo respondeat breuiter declarans. Cogitemus igit̃ in homine tres partes supremã caput: tũ quæ a collo ad vmbilicum ptenditur. Tertiam: quæ ab vmbilico extẽditur ad pedes. Sunt enim & hæ in hominis figura varietate quadam disclusæ & separatæ. Sed mirũ q̃ pulchre q̃ examussim per exactissimã rationem tribus mundi partibus pportione respondeant. Est in capite cerebrũ fons cognitionis. Est in pectore cor fons motus vitæ & caloris. Sunt in parte postrema genitalia membra principiũ generationis. Itidem autẽ & in mundo suprema pars quæ est mundus angelicus siue intellectualis est fons cognitionis: quia facta illa natura ad intelligẽdum est. Pars media: quæ est cælum principium vitæ motus & caloris in qua sol uti cor in pectore dominat̃. Est infra lunã quod omnibus notum generationis principiũ & corruptionis. Videtis quam apte omnes hæ mundi partes & hominis inuicẽ congruant. Designauit autem Moses primã quidem nomine proprio capitis. s. Secũdam autẽ ignem appellauit: & quia hoc nomine a multis cælum censetur: & quia in nobis hæc portio principiũ est caloris. Tertiã vocauit fundamentũ: quia per eam (ut notũ omnibus) totum hominis corpus fundatur & substinetur. Adiecit autem q̃ hæc creauit foedere bono: quia inter eas foedus pacis & amicitiæ ex naturarum cognatione & mutuo consensu per sapientiæ dei legẽ sancitũ est. Quod foedus ideo est bonũ: quia ad deum: qui est ipsum bonũ: ita dirigitur & ordinatur: ut queadmodum inter se totus mundus vnus. Ita & cum suo auctore postremo sit unum. Imitemur & nos sanctissimũ foedus mundi: ut & mutua charitate inuicem simus vnum & simul omnes per veram dei dilectionem cum illo vnum foeliciter euadamus.

Homĩs tres ptes tribus correspõdẽt mundis

Finis Heptapli.

Ioannis Pici Nirandulæ Deprecatoria ad Deum.

Alme deus summa qui maiestate verendus.
Vere vnum in triplici numine numen habes.
Cui super excelsi flammantia mœnia mundi.
Angelici seruit turba beata chori:
Cuius & immēsum hoc/oculis spectabile nr̄is
Omnipotens quondam dextra creauit opus:
Aethera qui torques qui nutu dirigis orbem/
Cuius ab imperio fulmina missa cadunt:
Parce precor miseris nr̄as precor ablue sordes/
Ne nos iusta tui pœna furoris agat.
Quod si nostra pari pensentur debita lance
Et sit iudicij norma seuera tui/
Quis queat horrendū viuentis ferre flagellum
Vindicis: & plagas sustinuisse graues:
Non ipsa iratæ restabit Machina dextræ
Machina supremo non peritura die.
Quæ mēs nō primæ dānata ab origine culpæ:
Aut quæ nō proprio crimine facta nocens:
Aut certe ille ipse es propriū cui parcere semper
Iusticiamq; pari qui pietate tenes:
Præmia qui ut meritis longe maiora rependis/
Supplicia admissis: sic leuiora malis.
Namq; tua est nostris maior clementia culpis/
Et dare non dignis res mage digna deo est.
Quamq; sat digni: si quos dignatur amare
Qui quos non dignos inuenit ipse facit:
Ergo tuos/placido miserās precor aspice vultu
Seu seruos mauis/seu magis esse reos:
Nempe reos: nostre si spectes crimina vitæ
Ingratæ nimium crimina mentis opus:
At tua si potius in nobis munera cernas/
Munera præcipuis nobilitata bonis
Nos sumus ipsa olim tibi quos natura mīstros
Mox fecit natos gratia sancta tuos.
Sed p̄mit (heu) miseros tātæ indulgētia sortis:
Quos fecit natos gratia: culpa reos.
Culpa reos fecit/sed vincat gratia culpam/
Vt tuus in nostro crimine crescat honor:
Nam tua siue aliter sapientia: siue potestas
Nota suas mundo prodere possit opes/
Maior in erratis bonitatis gloria nostris
Illeq; præ cunctis fulget amandus amor:
Qui potuit cælo dominū deducere ab alto/
Inq; crucem summi tollere membra dei:
Vt male contractas patrio de semine sordes
Ablueret lateris sanguis & unda tui
Sic amor & pietas tua rex mitissime/tantis
Dat mala materiam suppeditare bonis
O amor o pietas nostris bene prouida rebus
O bonitas serui facta ministra tui
O amor o pietas nostris male cognita sæclis
O bonitas nostris nunc prope victa malis:
Da precor huic tanto: qui semper feruet/amori
Ardorem in nostris cordibus esse parem:
Da sathanæ imperium/cui tot seruisse per ānos
Pœnitet: excusso deposuisse iugo.
Da precor/extingui vesanæ incendia mentis/
Et tuus in nostro pectore viuat amor:
Vt cum mortalis perfunctus munere vitæ
Ductus erit dominum spiritus ante suum/
Promissi regni fœlici sorte potitus
Non dominum/Sed te sentiat esse patrem.

Finis.

Robertus Saluiatus Laurentio Medici Sal.

¶ Cū eo natus ingenio Laurēti clarissime atq; ita natura sim institutus: ut nihil mihi sit prius q̄ illos amare colere & venerari: qui vel ingenio excellentes vel doctrina sint singulares: Non potui Picū tuū Mirandulam nō amare præ omnibus & admirari virum profecto omni admiratione dignissimū. His cum nuper tibi librum de septiformi sex dierū geneseos enarratione primitias studiorꝝ suorum dicauerit opus nō meo modo: sed omnium iudicio excellentissimū: dare operam volui ut mea impensa emēdata impressione publicaretur. Nihil dubitās simul me & meo in illum amori & publicæ studiosorꝝ utilitati satisfacturum. Accessit q̄ non ingratam me tibi rē facturum speraui si quæ tibi ille physica & diuina mysteria communicauit per me deniq; omnibus fierent communia. Vale.

IOANNES PICVS MIRANDVLA LAVRENTIO MEDICIS.

Pologiā nostrā dicaui tibi Laurenti medices ut rem nō utiq; (deū testor)
a visam mihi dignā tanto viro. Sed tibi eo iure debitam quo mea omnia iā
pridem tibi me debere intelligo. Hoc enī habeas persuasissimū quicquid
ego aut sum aut sum futurus id tuū esse Laurenti & futurum semper in
posterum. Minus dico q̄ vellem & verba omnino frigidiora hæc q̄ ut satis exprimāt
quod concipio. i. quo amore: qua fide: qua fide obseruantia & prosequar: & a multis
iam annis fuerim te prosequutus. Moueor cum pluribus in me collatis officijs aman-
tissimū animū tuū plane testantibus tum tuis nō tam fortunæ q̄ animi ijsdēq; ratis im
mo tibi peculiaribus bonis quæ narrare in præsentia pudor me nō sinit tuus. Redeo ad
Apologiam: quam hilari quæso suscipias fronte: exiguum sane munus: sed fidei meæ
sed obseruantiæ profecto in omnē tempus erga te maxime nō leue testimoniū. Quā
si forte eueniat ut a magnis: quibus es semper occupatissimus tractandis rebus attin-
gas: memineris nō tam hoc ipsum & properatū. s. opus potius q̄ elaboratum & ope-
ris argumentū ex alieno mihi nō meo sumendū fuisse iudicio: q̄ nō iccirco illam nūcu
patā tibi ut quæ in me nō est in me agnoscas ingenij aut doctrinæ p̄stātiā: sed ut scias:
nā dicā iterū: me quicquid sum tuæ amplitudini esse deditissimū.

Apologia Ioannis pici mirandulæ concordiæ comitis.

Vm nuper romā venissem pedes summi pontificis Innocentij octaui cui
c ab innocentia vitæ nomen meritissimū de more deosculaturus: ut simul
& ab instituto nō discederem meo cōmentādi tractādiq; semper aliquid
de re litteraria & rem facerem pro viribus dignam vrbe Roma: gratam principi christi
ano: utilem mihi & studiosis: nongentas de diuinis & naturalibus rebus questiones ,p
posui. Ad quas in publico doctissimorū hominū confessu essem responsurus. Vix in Questiones
publicum venerant cū inter aliquos qui si nō ingenium vel doctrinā studium saltem nōgentas di
bonarum artiū in me probarent obtrectatorum turba multiplex assurrexit. Et q̄q; & spurādas ,p-
fastidia & nasos & censuras & omnino iudicia vniuscuiusq; varia esset videre utiq; ut posuisse
semper accidit cū nouū aliquid & non triuiale molimur. Quinq; fere tamē erant præci
pua quæ alius aliud summussores isti in me dānarent. Aliqui enī philosophiā & litte-
ras omnino carpere: illud etiā ut viderent scioli. Qn̄q; addētes eiectū Adā de paradiso
q̄ per scientiā boni & mali æqualē se dijs facere voluit. Exterminandos pari exemplo
de christi curia qui volunt sapere plus q̄ oportet. Alij nō tam philosophiā q̄ hoc ipm
disputandi genus & hanc de litteris publice disceptandi institutionē nō approbare ad
pōpam potius ingenij & doctrinæ ostentationē q̄ ad cōparandā eruditionē esse illam
oblatrātes. Nōnulli me audacē dicere & temerariū. Qui hac ætate quartū. s. & . xx. nō-
dū natus annū de altissimis philosophiæ locis: de sublimibus christianæ theologiæ my
sterijs: de incognitis disciplinis in celebratissima vrbe in amplissimo doctissimorū ho-
minū confessu disputationē ,pponere nō dubitarē. Multi non tam q̄ Romæ q̄ iuue-
nis q̄ q̄ de tot numero. i. de nōgentis disputaturus essem questionibus accusare & su-
perfluo & ambitiose & supra vires id factū calūniantes. Ex his autē qui sapientiam. i.
theologiæ studiū ,pfitebantur: quidā fuere qui cōuicijs forte leuioribus nō contenti nō
iam audacē me non temerariū non gloriosum: sed magū: sed impiū: sed nouū in Chri
sti ecclesia hæresiarchā prædicarent. Fui ego (deum testor) dubio diu cōsilio diluenda
hæc mihi obiectamenta an silentio potius prætereunda essent. Mouebant me ut tace-
rem duo præcipue. Primū q̄ ego & cōtentionis & iurgiorum abhorrens animi pacem
& quam mihi mea prestiterunt studia placidissimæ vitæ tranquillitatē amaui semper-
nec odi vllum magis scribendi munus q̄ q̄ in disceptatione & amarulenta quoquo-
modo altercatione sit constitutū: quippe qui nō minus referre q̄ inferre iniuriā vel cō- Phī neq; est
tumeliam: nec boni viri duxerim esse unq̄ nec philosophi. Alterum hoc ipsum erat q̄ referre neq;
& summi pontificis: cuius mihi merito celebranda semper memoria & ex sanctissimo inferre iniu-
riam

apostolico senatu cōpluriū iudicio cōtētus: quor℞ & benignitatē & beniuolentissimū
in me animū obliuisci nunq̄ aut possum aut debeo. videbar facile & odiū posse negli-
gere & cōuicia hoim improbor℞: & ꝓfecto quod attinet ad cætera in hac etiam sentētia
ut indignos illos existimarē: quibus aliqñ respondere. Sed in vno mihi obiecto hære-
seos crimine hoc si facerē verebar ne quod nō diluerem: videre crimen agnoscere. Sci
bit autē & sapientissime Ruffinus esse quidē gloriosum Christi exēplo patiēter iniuri-
Christianū nō esse q hæresis suspitione nō purgat as tolerare. At vnā notā hæreseos qui ferat vel dissimulet nō esse christianum: & Hiero
nymus noster quāta maxima potest animi cōtētione clarissima exclamat voce. Nolo
in suspitione hæreseos quēq̄ esse patientē. Tacere ergo me nō vult Hieronymus & in
uitū ociosumq̄ hoīem ꝓ sua qua pōt auctoritate ad scribendū trahit & impellit. Qua
re si qui sunt qui forte me tacere vellent: sciāt sibi nō mecū sed cū Hieronymo esse con
trouersiā qui me tacere nō vult. Hieronymo nō audire quis potest sine flagitio: ipso er
go suadēte imo cogente etiā breuē aggressus sum ascribere apologiā: nō ut quēq̄ lace
rē vel accusem: sed uta maximo quod mihi iniuria obijcit̄ impietatis crimine iure me
excusem. hoc quæso patiantur obtrectatores mei eo animo quo ego iniquam illorum
Paulus offensam passus sum semper. Patiant̄ inq̄ ut qui christianus de christianis sum parēti-
bus natus; qui vexillum Christi Iesu in fronte gero: qui ꝓ christi fide etiā obeā. Iubens
quasi cū paulo hoc ipsis æquo aīo audiētibus exclamen voce. Nō magus nō iudæus
sum; nō ysmaelita nō hæreticus. Sed Iesū colo & Iesu crucē in corpe meo porto: p quē
mihi mūdus crucifixus est & ego mūdo. Denicq̄ cum & sanctitatis & sapiētiæ & id ge
nus egregios titulos; nec mihi arrogē: nec illis derogē: hūc vnū mihi ipsi ꝓ q tuēdo etiā
sanguinē vltro effundā; quæso nō demant ut. s. me possim dicere christianū. Quod si
cōcedunt hæc eis nō scribo a quibus iā impetraui quod tota nostra cōtendit apologia.
Alijs scribo qui esse me aut fuisse aliqñ hæreticū credūt vel suspicant̄. Quāq̄ aūt prin
cipale ꝓpositū est hoc; ut ostendamus ab ortodoxo & catholico tramite nō me: sed il-
los deuiare qui me hæreticū calūniant̄; tamē postq̄ scribēdū est: dicemus & aliquid de
his quæ primo nobis obiecta sunt: ne meo silentio quasi culpæ cōscientia abuti possint
nostri obtrectatores. Erat autē quod vitio in primis dabāt multi hoc meū philosopha-
ri. Quibus hoc loco nihil sum respōsurus: quia & causam philosophiæ seorsum agere
ope peculiari est cōsiliū; & oīno si turpe est dare se litteris colere bonas artes & discipli-
nas malo hanc culpā agnoscere q̄ deprecari. His etiā qui genus hoc disputādi & hanc
de deo de natura de moribus publice disceptādi institutionē detestant̄. Multa nō sum
dicturus qñ hoc crimē si crimē est cōmune: est mihi cū magnis viris immo cū ꝓbatissi
mis nō solum nr̄æ / sed fere omniū ætatū philosophis. Quibus fuit certissimū nihil ad
cōsequendā quā quærebant veritatis cognitionē sibi esse potius q̄ ut essent in disputā
di exercitationē frequentissimi. Sicut eni p gymnasticā corporis vires firmiores fiunt:
ita in hac quasi litteraria palæstra animi vires & fortiores longe & vegetiores euadunt.
Nec crediderim ego aut poetas aliud p decātata Palladis arma; aut Hebræos cum ferrū
sapientū symbolū esse dicunt; significasse nobis q̄ honestissima hoc genus certamina
adipiscendæ sapientiæ oppido q̄ necessaria. Quo forte fit ut & chaldæi in eius Genesi
Phia non debet esse somniculosa. qui philosophus sit futurus illud desiderēt: ut Mars Mercuriū in quetro aspectu cōspi
ciat quasi si hos cōgressus: hæc bella substuleris somniculosa & dormitās futura sit oīs
philosophia. Sed q̄ attinet ad hæc ut dixi malo auctoritatibus & præiudicijs magnor℞
Horatius viror℞ q̄ rōnibus me defendere. Illud videt̄ operæ maioris satisfacere his q ætate inge-
nio doctrina īparē dicūt me tā magnæ ꝓuinciæ: nec iuxta Horatiū cōsuluisse humeros
quid ferre valeāt quid recusent. Profecto hic mihi difficilis rō defensiōis dū si parē me
dico īmodesti & de se nimia sentiētis: si īparē fateor temerarij & incōsulti videor notā
subiturus. Graues incidi angustias dū nō possum sine culpa de me ꝓmittere quod nō
possum & sine culpa nō præstare. Et qdē illud Iob afferre possem spūm esse in oībus
& forsan audire cū Timotheo. Nemo cōtēnat adolescētiā tuā: sed ex mea verius hoc

cōſcientia dixero nihil in nobis eſſe magnū vel ſingulare. ſtudioſum me forte & cupi-
dū bonarꝫ artiū nō inficiatus. docti tamē nomē mihi nec vendico nec arrogo: Nam ut
ſcripſit aliqñ Hermolaus meus deliciæ Romanæ linguæ ætatis nr̄æ ſplendor & gloria
nō poteſt nō indoctus eſſe qui ſe doctū credit. Quare & quod tā grāde humeris onus
impoſuerim nō fuit ꝑpterea ꝙ mihi cōſcius nr̄æ infirmitatis nō eſſem. ſed ꝙ ſciebam
hoc genus pugnis. i. lr̄arijs eſſe peculiare quod in eis lucrū eſt vinci. Quo fit ut imbe-
cillimus quiſq; nō detractare modo: ſed appetere vltro eas iure poſſit & debeat. Qñq̄
de g ſuccūbit bn̄ficiū a victore accipit: nō iniuriā. quippe qui ꝑ eū & locupletior domū
i. doctior & ad futuras pugnas redit inſtructior. hac ſpe aīatus ego infirmus miles cū
fortiſſimis oīm ſtrenuiſſimiſq; tā grauē pugnā decernere nihil ſū veritus. Quod tn̄ te
mere ſit factū nec ne rectius utiq; de euētu pugnæ q̄ de nr̄a ætate poterat quis iudicare.

Doctus nō pōt eſſe q̄ ſe doctū credit

Diſputantiū lucrum eſt vinci

Reſtat ut his reſpōdeā q numeroſa ꝑpoſitarꝫ rerꝫ multitudine offendunt: q̄ſi hoc eorꝫ
humeris ſederet onus. & nō potius hic mihi ſoli quātuſcunq; eſt labor eſſet exclaman-
dus. Indecēs ꝑfecto hoc & moroſum nimis velle alienæ induſtriæ modū ponere: & ut
inqt Cicero in ea re quæ eo melior quo maior mediocritatē deſiderare: oīno tā grandi-
bus auſis erat neceſſe me vel ſuccūbere vel ſatiſfacere. Si ſatiſfacerē nō video cur quod
in decē præſtare quæſtiōibus eſt laudabile in nōgētis etiā præſtitiſſe culpabile eſſet exi
ſtimādū. Si ſuccūberē erāt habituri unde accuſarēt ſi me oderūt: ſi amāt unde excuſa-
rēt. Qñ in re tā graui tā magna tenui ingenio exiguaq; doctrina adoleſcētē hoīem de-
feciſſe venia potius dignū erat q̄ accuſatione: quin & iuxta poetā. ſi deficiāt vires auda
cia certe laus erit & in magnis voluiſſe ſat eſt. quod ſi & nr̄a ætate multi Gorgiā Leon
tinū imitati nō modo de nōgētis: ſed de oībus etiā oīm artiū quæſtionibus ſoliti ſunt
nō ſine laude ꝑponere diſputationē. Cur mihi nō liceat vel ſine culpa de multis quidē
ſed m̄ certis & determinatis diſputare. At ſupfluū inquiūt hoc & ambitioſum. Ego ve
ro nō ſupfluo modo: ſed neceſſario factū hoc a me cōtēdo: q̄d & ipſi meā philoſophā
di rōnē cōſiderarint inuiti etiā fateant plane neceſſe eſt. Qui enim ſe cuipiā ex philoſo
phorꝫ familijs addixerūt Thomæ videlicet aut Scoto qui nūc plurimū in manibus fa-
uētes poſſunt illi quidē vel in paucarꝫ quæſtionū diſcuſſione ſuæ doctrinæ periculū fa
cere. At ego ita me inſtitui ut in nullius verba iuratus me ꝑ oēs philoſophiæ magiſtros
fūderē oēs ſcedas excuterē: oēs familias agnoſcerē. Quare cū mihi de illis oībus eſſet
dicendū ne ſi priuati dogmatis defenſor reliqua poſthabuiſſem illi viderer obſtrictus.
Nō potuerūt etiā (ſi pauca de ſingulis ꝑponerent) nō eſſe plurima quæ ſimul de oībus
afferebant. Nec id in me q̄ſq; dānet: ꝙ me quocūq; ferat tēpeſtas deferar hoſpes. Fuit
eni cū ab antiq̄s oībus hoc obſeruatū ut oē ſcriptorꝫ genus euoluētes nullas quas poſ-
ſent cōmētationes illectas præterirēt. Tum maxime ab Ariſtotele qui eam ob cauſam
ἀναγνώστης. i. lector Platone nūcupabat: & ꝑfecto anguſtæ eſt mētis intra vnam ſe
porticū: aut Academiā cōtinuiſſe. Nec poteſt ex oībus ſibi recte ꝑpriā ſe legiſſe: q oēs
prius familiariter nō agnouerit. Adde ꝙ in vnaquaq; familia eſt aliquid inſigne quod
nō ſit ei cōmune cū cæteris: atq; ut a nr̄is ad q̄s poſtremo philoſophia ꝑuenit nūc exor
diar. Eſt in Ioāne Scoto vegetū qddā atq; diſcuſſum. In Thoma ſolidū & æquabile. In
Egidio terſum & exactū: in Franciſco acre: & acutū. In Alberto priſcum amplum &
grāde. In Henrico (ut mihi viſum eſt) ſemper ſublime & venerandū. Eſt apud Arabes
in Auērœ firmū & inconcuſſum. In auēpace in Alpharabio graue & meditatum. In
Auicēna diuinū atq; platonicū. Eſt apud græcos in vniuerſum quidē nitida in primis
& caſta philoſophia. Apud Simpliciū locuples & copioſa. Apud Themiſtiū elegās &
cōpēdiaria. apud Alexandrū cōſtans & docta. apud Theophraſtū grauiter elaborata.
apud Ammoniū enodis & gratioſa. Et ſi ad platonicos te cōuerteris ut paucos percen
ſeam. In Porphyrio rerꝫ copia & multiiuga religione delectaberis. In Iāblico ſecretio-
rē philoſophiā: & barbarorꝫ myſteria venerāberis. In Plotino priuū q̄cq̄ nō eſt q̄d ad
miretis: qui ſe undiq; prebet admirandū quē de diuinis diuie: de humanis lōge ſupra

Mediocritas qñ nō eſt deſideranda

Gorgias Leontinus

Doctorꝫ cōſuetudo nihil illectum ꝑterire.

Ariſtoteles lector a platone vocatꝰ

Philoſophorū peculiaritates

hominē docta sermonis obliquitate loquentē sudātes platonici vix intelligunt. Præte
reo magis nouicios Proclū Asiatica fertilitate luxuriantem: & qui ab eo fluxerunt Her
miam Damasiū Olympiodorū & cōplures alios in quibus omnibus illud τοτειον .i.
diuinū peculiare Platonicoꝝ symbolum elucet semper. Accedit ꝙ si qua est secta quæ
veriora incessat dogmata & bonas causas ingenij calumnia ludificet: ea veritatem fir-
mat: nō infirmat: & velut motu quassatā flammā excitat, nō extinguit. hac ego ratio-
ne motus non vnius modo ut quibusdā placebat. Sed omnigenæ doctrinæ placita in
mediū afferre volui ut hac cōpluriū sectarū collatione hac multifariæ discussione philo
sophiæ ille veritatis fulgor: cuius Plato meminit in epistolis animis nostris quasi sol ori

[Phīa a barbaris ad græcos & a græcis ad nos ꝑuenit]
ens ex alto clarius illucesceret. Quid erat si latinoꝝ tātū Alberti. s. Thomæ: Scoti: Egi
dij: Frācisci: Hērici: philosophia obmissis græcoꝝ arabūq philosophis tractabat: qū
oīs sapiētia a barbaris ad græcos a græcis ad nos manauit. Ita nostrates semp in philo-
sophandi rōne pegrinis inuētis stare & aliena excoluisse sibi duxerunt satis. Quid erat
cū peripatheticis egisse de naturalibus nisi & platonicoꝝ accersebat academia: quorū
doctrina & de diuinis semp inter oēs philosophias teste Augustino habita est sanctis-
sima: & a me nunc primū quod sciā: verbo absit inuidia. Post multa sæcula sub dispu-
tandi examen est in publicū allata. Quid erat & alioꝝ quotquot erant tractasse opini-
ones: si quasi ad sapientum symposium asymboli accedentes: nihil nos quod esset no
strum: nostro partū & elaboratum ingenio afferebamus. profecto ingenerosum est: ut

[Sapere ex cōmētario tm̄]
ait Seneca sapere solum ex cōmentario & quasi maiorū inuēta nostræ industriæ viam
præcluserint quasi in nobis effœta sit vis naturæ: nihil ex se parere quod veritatem si
non demonstret saltem innuat vel de longinquo. Quod si in agro colonus in vxore

[Infecundam mentē deus odit]
maritus odit sterilitatem: certe tāto magis infœcundam animā oderit illi complicita &
associata diuina mens: quāto inde nobilior longe proles desiderat. Propterea non con
tentus ego præter cōmunes doctrinas multa de Mercurij trimegisti prisca theologia:
Multa de Chaldæorū de Pythagore disciplinis: multa de secretioribus hebræorum ad
didisse mysterijs: plurima quoq per nos inuēta & meditata de naturalibus & diuinis
rebus disputāda ꝑposuimus. Proposuimus primo Platonis Aristotelisq concordiam
a multis antehac creditam a nemine satis probatam. Boetius apud latinos id se factu-
rū pollicitus non inuenit fecisse unq quod semper facere voluit. Simplicius apud græ
cos idem ꝓfessus: utinā id tam præstaret ꝙ pollicetur. Scribit & Augustinus in acade-

[Concordiā Platonis & Aristo. plures tētarunt]
micis nō defuisse plures qui subtilissimis suis disputationibus idē probare conati sint.
Platonis. s. & Aristotelis eandē esse philosophiā. Ioānes itē grāmaticus cū dicat apud
eos tm̄ dissidere Platonē ab aristotele: qui Platonis dicta nō intelligūt probandū tamē
posteris hoc reliquit. Addidimus autē & plures locos in quibus Scoti & Thomæ plu-
res in qbus Auerrois & Auicēnæ sentētias: quæ discordes existimātur concordes esse
nos asseueramus. Secūdo loco quæ in philosopiha cum Aristotelica tū Platonica exco

[Dogmata noua. lxxij]
gitauimus nos: tū duo &. lxx. noua dogmata physica & metaphysica collocauimus:
quæ si quis teneat: poterit nisi fallor quācūq de rebus naturalibus diuinisq ꝓpositam
quæstionē longe alia dissoluere ratione ꝙ pea edoceamur: quæ & legit in scholis: &
ab huius æui doctoribus colit philosophiā. Nec tam admirari quis debet me in primis

[Phīe nouū genus]
annis in tenera ætate ꝑ quā vix licuit ut iactāt quidā alioꝝ legere cōmētationes: nouā
afferre velle philosophiā ꝙ vel laudare illā si defendit: vel dānare si reprobat. Deniq
cū nr̄a inuēta hæc nr̄asq sunt lr̄as iudicaturi nō auctoris annos: sed illorum merita po
tius vel demerita numerare. Est aūt & præter illā alia quā nos attulimus noua ꝑ nume
ros philosophādi instituto: antiqua illa quidē & a priscis theologis a Pythagora præ-
sertim ab Aglaophemo: a Philolao: a Platone prioribusq Platonicis obseruata. Sed
quæ hac tēpestate ut præclara alia posterioꝝ in curia sic exoleuit: ut vix vestigia ipsius
vlla reperiant. Scribit Plato in Epimenide inter oēs liberales artes & scientias contem
platrices præcipuā maximeq diuinā esse sciētiā numerādi. Querēs itē cur homo aīal

sapientissimũ. Respõdet quia numerare nouit. cuius sententiæ & Aristoteles meminit in problematis. Scribit Abunasar verbũ fuisse Auẽzoar Babylonij eũ omia nosse qui nouerat numerare. Quæ vera esse nullo modo possunt si per numerãdi artẽ eã artẽ intellexerunt: cuius nunc mercatores in primis sunt peritissimi. Quod & Plato testatᷓ exerta nos admonens voce: ne diuinã hanc arithmeticã mercatoriã esse arithmeticã intelligamus. hanc ego arithmeticã quæ ita extollitur cum mihi videar post multas lucubrationes exploratã habere huiusce rei periculũ facturus ad quattuor & septuaginta quæstiones quæ inter physicas & diuinas principales existimanᷓ respõsurũ ꝑ numeros publice me sum pollicitus. Proposuimus & magica theoremata in quibus duplicem esse magiã significamus: quarũ altera dæmonum tota opere & auctoritate cõstat res medius fidius execrãda & portẽtosa. altera nihil est aliud cum bene exploratur ꝙ naturalis philosophiæ absoluta cõsumatio. Vtriusq; cũ meminerint græci illã magiæ nullo modo nomine dignãtes γοητειαν nuncupãt: hãc ꝓpria peculiariq; appellatione μαγειαν quasi perfectã summãq; sciẽtiã vocãt. Idẽ enĩ ut ait Porphyrius persarum lingua magus sonat: quod apud nos diuinorũ interpres & cultor. Magna autẽ immo maxima inter has artes disparilitas & dissimilitudo. Illa nõ modo christiana religio: sed omnes leges oĩs bene instituta respublica damnat & execratᷓ. Hãc oẽs sapiẽtes oẽs cælestiũ & diuinarũ rerũ studiosæ nationes approbant & amplectunᷓ. Illa artium fraudulentissima: hæc altior sanctiorq; philosophia. Illa irrita & vana: hæc firma fidelis & solida: illã quisquis coluit semp dissimilauit: ꝗ in auctoris esset ignominiã & contumeliã. Ex hac summa litterarũ claritas gloriaq; antiquitus & pene semper petita. illius nemo unq̃ studiosus fuit vir philosophus & cupidus discẽdi bonas artes: ad hãc Pythagoras: Empedocles: Democritus: Plato discendã nauigauere: hanc prædicauerũt reuersi: & in archanis præcipua habuerũt: Illa ut nullis rationibus ita nec certis ꝓbatur auctoribus. Hæc clarissimis quasi parẽtibus honestata duos præcipue habet auctores Xamolsidẽ: quẽ imitatus est Abbaris hyperboreus: & Zoroastrem nõ qui forte creditᷓ: sed illum Oromasi filium. utriusq; magia quid sit: Platonem si percõtemur respondebit in Alcibiade Zoroastris magiã nõ esse aliud ꝙ diuinorũ sciẽtiã qua filios Persarum reges erudiebãt: ut ad exẽplar mundanæ reipublicæ suam ipsi regere rẽpublicã edocerentᷓ. Respondebit in Carmide magiã Xamolsidis esse animi medicinã: per quam. s. animo temperantia ut per illam corpori sanitas comparatur horum vestigijs postea persistiterunt Carondas: Damigeron: Apollonius: Hostanes: & Dardanus: persistit Homerus quẽ ut omnes alias sapientias: ita hanc quoq; sub sui Vlixis erroribus dissimulasse: In poetica nostra theologia aliquando probabimus, persistiterunt Eudoxus & Hermippus persisterunt fere omnes qui pythagorica Platonicaq; mysteria sunt perscrutati. Ex iunioribus autẽ qui eam olfecerint tres reperio: Alchindum arabẽ: Rogerium bachonem & Guilielmũ parisiensem. & tempestate nostra vidi Antonium cronicũ ꝗꝙ in maximis agẽdis tractandisq; rebus occupatissimum: quæ illius tamen est ingenij sublimitas & elegantia ut omnes alias liberales artes: ita hanc quoq; pulcherrime attigisse. Meminit & Plotinus vbi naturæ ministrũ & non artificem magũ demonstrat. hanc magiam ꝓbat asseueratq; vir sapientissimus alterã ita abhorrens ut cũ ad malorũ dæmonum sacra vocaretᷓ: rectius esse dixerit ad se illos ꝙ se ad illos accedere: & merito quidem. Vt enĩ illa obnoxiũ mancipiumq; improbis potestatibus hoĩem reddit: ita hæc illarũ principem & dominũ: illa denique nec artis nec scientiæ sibi potest nomẽ vendicare. Hæc altissimis plena mysterijs profundissimã rerum secretissimarũ cõtemplationem: & demũ totius naturæ cognitionem cõplectitur. hæc inter sparsas dei beneficio & interseminatas mũdo virtutes quasi de latebris euocans in lucem: non tam facit miranda ꝙ facienti naturæ sedula famulatur: hæc vniuersi consensum quem significantius græci συμπαθειαν dicunt introrsum perscrutatius rimata: & mutuam naturarum cognitionem habẽs perspectam: natiuas adhibens vnicuiq; rei & suas illecebras quæ magorũ ιυγγες

Magia duplex

Peregrinantes propter philosophiã

Magiæ auctores

nominātur in mūdi recessibus in naturæ gremio in promptuarijs archanisq̃ dei latitā
tia miracula quasi ipsa sit artifex, pmit in publicū: & sicut agricola vlmos vitibus ita ma
gus terrā cælo. i. inferiora superiorꝫ dotibus virtutibusq̃ maritat: quo fit ut q̃ illa ꝓdi
giosa & noxia rā hæc diuina & salutaris appareat. ob hoc præcipue q̄ illa hoīem dei ho
stibus mācipās auocat a deo: hæc in eā operꝫ dei admirationē excitat. quā ꝓpensa cha
ritas fides ac spes certissime cōsequunt̄. Neq̃ enī ad religionē ad dei cultū quicq̃ ꝓmo
uet magis q̃ assidua cōtēplatio mirabiliū dei: quæ ut p hāc de qua agimus naturalem
magiā bene explorauerimus in opificis cultū amoreq̃ ardentius animati illud canere
cōpellemur. Pleni sunt cæli plena est oīs terra maiestate gloriæ tuæ. & hæc satis de ma
gia: de qua hæc diximus q̄ sunt plures sicut canes ignotos semp adlatrant: ita & ipsi sæ
pe dānant oderūtq̃ quæ nō intelligūt. Venio nūc ad ea quæ ex antiquis hebræorꝫ my
sterijs eruta ad sacrosanctā & catholicā: fidē confirmandā attuli. Quæ ne forte ab his
quibus sunt ignota cōmenticiæ nugæ: aut fabulæ circulatorū existimentur. Volo in
telligāt omnes quæ & qualia sint unde petita: quibus & q̃ claris auctoribus confirma
ta: q̃ reposita q̃ diuina q̃ nostris hoībus ad ꝓpugnandā religionē contra hebræorum
importunas calumnias sint necessaria. Scribunt non modo celebres hebræorum do
ctores: sed ex nostris quoq̃ Esdras: Hilarius: & Origenes: Mosem nō legē modo quā
quinq̃ exararā libris posteris reliquit: sed secretiorē quoq̃ & verā legis enarrationē in
monte diuinitus accepisse: Præceptū aūt ei a deo ut legē quidem populo publicaret: le
gis interpretationē nec traderet litteris nec inuulgaret: sed ipse iesunaue tantū: tum ille
alijs deinceps succedētibus sacerdotū primoribus magna silentij religione reuelaret.
& merito quidē. Satis enī erat vulgatibus & per simplicē historiā nūc dei potētiā: nūc
in improbos iram: in bonos clemētiā: in omnes iusticiā agnoscere. & per diuina saluta
riaq̃ præcepta ad bene beateq̃ viuendū & cultū veræ religionis institui. At mysteria
secretiora & sub cortice legis rudiq̃ verborū prætextu latitantia altissimæ diuinitatis
archana plebi palam facere. Quid erat aliud q̃ dare sanctū canibus: & inter porcos spar
gere margaritas? Ergo hæc clam vulgo habere perfectis cōmunicanda: inter quos tan
tum sapiētiam loqui ait Paulus: non humani consilij sed diuini præcepti fuit. Quem
morem antiqui quoq̃ philosophi sanctissime obseruarunt. Pythagoras nihil scripsit
nisi paucula quædam: quæ Damæ filiæ moriens cōmendauit. Aegyptiorum templis
insculptæ spinges hoc admonebant: ut mystica dogmata per enigmatū nodos a pro
phana multitudine inuiolata custodirētur. Plato Dioni quædam de supræmis scribēs
substantijs per enigmata inquit dicēdum est: ne si epistola forte ad aliorum peruenerit
manus quæ tibi scribimus ab alijs intelligātur. Aristoteles libros primæ philosophiæ
in quibus agit de diuinis editos esse & nō editos dicebat. Quid plura Iesum christum
vitæ magistrum asserit Origenes multa reuelasse discipulis: quæ illi ne vulgo fierēt cō
munia scribere noluerunt. Quod maxime confirmat Dionysius areopagita qui secre
tiora mysteria a nostræ religionis auctoribus

idest ex animo

in animū sine litteris medio intercedente verbo ait fuisse transfusa. Hoc eodem peni
tus modo cum ex dei præcepto vera illa legis interpretatio Mosi deitus tradita reuela
retur: dicta est Cabala: quod idem est apud hebræos quod apud nos receptio. ob id sci
licet q̄ illam doctrinā non per litterarum monumēta: sed ordinarijs reuelationum suc
cessionibus alter ab altero quasi hæreditario iure reciperet. Verū postq̃ hebræi a Baby
lonica captiuitate restituti per Cyrū & sub Zorababel instaurato templo ad reparādā
legē animū appulerūt. Esdras tunc ecclesiæ præfectus post emēdatū Moseos librum:
cū plane cognosceret per exilia cædes: fugas: captiuitatē gentis Israeliticæ institutum a
maioribus morē tradendæ per manus doctrinæ seruari nō posse: futurumq̃ ut sibi di
uinitus indulta cælestis doctrinæ archana perirent: quorum commētarijs nō interce
dentibus durare diu memoria nō poterat. Constituit ut cōuocatis qui tūc supererant

Religionem quid potissimū ꝓmouet

Canes ignotos adlatrāt

Mosem secretiora q̃ edidit a deo accepisse

Philosophorū mos abscōdēdi mysteria.

Cabala q̄d sit

Cyrus
Zorababel
Esdras

sapiẽtibus afferret vnusquisq; in medium quæ de mysterijs legis memoriter tenebat:
adhibitisq; notarijs in septuaginta volumina: tot enim fere in sinedrio sapiẽtes redige-
Esdr
rentur. Qua de re qui mihi nõ credũt audiãt Esdram ipsum sic loquentẽ. Exactis qua
draginta diebus locutus est altissimus dicẽs. Priora quæ scripsisti in palã pone legãt di-
gni & indigni. Nouissimos autẽ. lxx. libros cõseruabis ut tradas eos sapiẽtibus de po-
pulo tuo. In his enim est vena intellectus & sapiẽtiæ fons & sciẽtiæ flumẽ atq; ita feci.
Hæc Esdras ad verbũ. Hi sũt libri sciẽtiæ Cabalæ in quibus merito Esdrsa venã intelle-
ctus. i. ineffabilem desup substantiali deitate theologiã sapientiæ fontẽ. i. de intelligibi-
libus angelicisq; formis exactã methaphysicam & sciẽtiæ flumen. i. de rebus naturali-
bus firmissimã philosophiã esse clara in primis voce pnunciauit. Hi libri Sixtus q̃rtus
Libri Cabalæ
pontifex maximus: q hũc sub quo viuimus fœliciter Innocẽtiũ octauũ pximè antecef-
le ad latinos
sit maxima cura studioq; curauit ut in publicã fidei nostræ vtilitatem latinis litteris mã-
peruenerant
darent. Iamq; cũ ille decessit: tres ex illis peruenerãt ad latinos. Hi libri apud hebræos
hac tempestate tãta religione colunt: ut neminẽ liceat nisi annos. xl. natum illos attin-
gere. hos ego libros nõ mediocri impẽsa mihi cum cõparassem: summa diligẽtia inde-
fessis laboribus cũ plegissem: vidi in illis (testis est deus) religionẽ non tam Mosaicã q̃
christianã ibi trinitatis mysteriũ. ibi verbi incarnatio. ibi messiæ diuinitas. ibi de pecca-
to originali. de illius per christum expiatione: de cælesti Hierusalem: de casu dæmonũ:
de ordinibus angelorum: de purgatorijs: de inferorum pœnis. Eadem legi quæ apud
Paulũ & Dionysiũ: apud Hieronymũ & Augustinum quotidie legimus. In his vero
Augustinus
quæ spectant ad philosophiã Pythagorã, prsus audias & Platonẽ: quorum decreta ita
deo gratias
sunt fidei christianæ affinia: ut Augustinus noster immẽsas deo gratias agat: q ad eius
egit de libris
manus puenerint libri Platonicorũ. In plenũ nulla est ferme de re nobis cũ hebræis cõ-
platonicis
trouersia: de qua ex libris cabalistarum ita redargui cõuincique nõ possint: ut ne angulus
quidem reliquus sit in quẽ se cõdant. Cuius rei testẽ grauissimũ habeo Antoniũ cronicũ
vir eruditissimũ: qui suis auribus cũ apud eũ essem in cõuiuio audiuit Dattilum He-
bræũ peritũ huius sciẽtiæ in christianorũ prsus de trinitate sentẽtiã pedibus manibusq;
descedere. Et ut reliq̃ meæ disputationis capita pcenseã. Attulimus & nostrã de inter-
pretãdis Orphei Zoroastrisq; carminibus sentẽtiã. Orpheus apud græcos ferme inte-
ger: zoroaster apud eos mancus: apud chaldeos absolutior legit. Ambo priscæ sapien-
tiæ crediti patres & auctores. Nam ut taceã de zoroastre: cuius frequens apud plato-
nicos nõ sine summa semp veneratiõe est mẽtio. Scribit Iamblicus calcideus habuisse
Pythagorã orphicã theologiam tanq; exemplar ad quam ipse suã effingeret formaret-
q; philosophiam. Quin idcirco tm̃ dicta Pythagoræ sacra nuncupari dicunt: q ab Or-
phei fluxerint institutis. Inde secreta de numeris doctrina: & quicqd magnũ sublimeq;
habuit græca philosophia ut a primo fonte manauit. Sed quierat veterũ mos theolo-
gorũ: ita Orpheus suorũ dogmatũ mysteria fabularũ intexit inuolucris: & poetico ve-
lamẽto dissimulauit: ut siqs legat illius hymnos nihil subesse credat præter fabellas nu-
gasq; meracissimas. quod volui dixisse ut cognoscat quis mihi labor: quæ fuerit diffi-
cultas ex affectatis enygmatũ syrpis ex fabularum latebris latitãtes eruere secretæ phi-
losophiæ sensus: nulla præsertim in re tã graui tã abscondita inexplorataq; adiuto alio-
rũ interpretũ opa & diligẽtia. Et tñ oblatrabãt canes mei minutula quædã & leuia ad
numeri ostẽtationẽ me accumulasse: q̃si nõ oẽs q̃ ambiguæ maximæ cõtrouersiæq; sũt
quæstiones in qbus principales digladiant academiæ q̃si nõ multa attulerim his ipis q
& mea carpunt: & se credũt philosophorũ principes & incognita prorsus & intenta-
ta. Quin ego tantum absum ab ea culpa ut curauerim in quam paucissima potui ca-
pita cogere disputationẽ: quã si ut cõsueuerunt alij partiri ipse in sua membra & lanci-
nare voluissem in numerũ pfecto numerum excreuisset. Et ut taceam de cæteris: quis
est qui nesciat vnũ dogma ex nõgentis q. s. de cõcilianda est Platonis Aristotelisq; phi-
losophia potuisse me citra omnẽ affectatæ numerositatis suspitionẽ in sexcenta ne di-

cam plura capita deduxisse locos. s. oēs in quibus dissidere alij cōuenire ego illos existi mo particularim enumerātē. Sed quid ego his diutius īmoror: & nō potius ad id deuc nio cuius gratia totū hoc opus susceptum est: ut liquido ut luce clarius: ut extra omnē cōtrouersiā nō me solū nō impiū: sed inpios & hæreticos esse illos cōprobē: q̄ me hæreticū esse aut fuisse aliquādo dicere nō erubescūt. Agā aūt hoc ego nō cōuicijs & contumelijs: sed ipsis rebus & rōnibus afferendo in mediū quæ dixi: quæ scripsi: quæ sensi. Quid itē illi dixerint & senserint: Examinabūt hæc deinde alij viri docti & insignes & apud nostras & apud exteras Academias iudicabit sancta sedes: & sedēs in ea Innocentius octauus. Cuius iudiciū negligere aut violare nephas & flagitiū. Ipse iudex supræmus in terris qui eū refert: qui iudex est viuorꝝ & mortuorꝝ. Ipse ꝓmptuariū archanūq; veritatis: qui eius agit vices qui est ipa veritas: & caro factus habitauit in nobis ut veritatē nobis annūciaret. Sed iā ad ipas examinādas quæstiōes descēdamus: quas magistri isti quasi hæreticas dānarūt. Quod facturo mutāda est loquēdi ratio. Est enī mihi cū barbaris sermo: & (ut lepide est in ꝓuerbio) balbi nō nisi balbos intelligūt.

Innocentius

Balborꝝ prouerbium

Quæstio prima de descensu Christi ad inferos.

P Rima cōclusio ex ꝓpositis a me in disputatione mea quā isti dānauerunt fuit hæc. Christus nō veraciter & quātū ad realem præsentiā descendit ad inferos: ut ponit Thomas & cōmunis via: sed solum quo ad effectū. Circa istā cōclusionē primo volo declarare sensum meū: & quæ sit mens & opinio mea de modo descēsus Christi: quā fuit meæ intētionis explicare in ꝓposita cōclusione: & ostēdere illā nō solum esse catholicā: & a multis catholicis doctoribus creditā & approbatā. Sed etiā sua opposita longe ꝓbabiliorē. Secūdo declarabo quomodo etiā ipa ꝓpositio de virtute sermonis: & secūdum vim verborꝝ a doctis viris nullo modo est hæretica vel hæresim sapiens simpliciter iudicāda. Tertio declarabo q̄ ipi errant in fide si ꝑsistūt in hac sentētia: q̄ ego nō possim cōclusionē meā etiā in sensu quē ꝑmittit vis verborꝝ ab hæresi defendere. Quarto & vltimo ex supabūdāti ostēdā q̄ nullo modo possunt se excusare: q̄ incōsulte nō fuerit facta dānatio eorꝝ. Prius autē q̄ exponā modū secūdū quē ego teneo christū descēdisse ad inferos volo hæc præmittere q̄ licet teneamur explicite & in particulari credere christū descēdisse a d inferos tanq̄ articulū fidei a Philippo nobis traditū & ꝓmulgatū sic: q̄ etiā ꝓtestatio mea aut ei similis nō saluaret illū qui poneret oppositū illius articuli. Nō videtur tamē q̄ determinatum modū illius descēsus teneat quilibet fidelis explicite & in particulari credere. Sed sufficere videt̄ homi christiano q̄ credat christū descēdisse ad inferos nō sc̄d'm corpus nec secūdū corpus & aīam: sed secūdū aīam tm̄: & hūc descēsum secūdū aīam credat fuisse modo possibili decēti expedieti & oportuno: & hoc quia determinatus modus illius descēsus nō habet̄ expresse: nec videt̄ cōuinci ex scriptura sacra nec ex aliqua determinatione vniuersalis ecclesiæ: aut speciali dei reuelatione vel apostolorꝝ fideli relatione. immo q̄ plus est Scotus in sacris litteris nō parū exercitatus dicit q̄ ex scriptura sacra nō habet̄ q̄ christus descēderit ad inferos: ut refert Frācīscus de mayronis in quarto sentētiarū: Quanto minus dicere possumus q̄ ex scriptura habeat̄ certus & determinatus modus descēsus christi. Vnde & nō defuit aliquis doctor: cuius ego etiā in hoc articulo dānationē nunq̄ legi cui visum est ꝓbabile: & cū veritate articuli defensabile q̄ aīa christi nō fuerit præsentialiter in inferno. & auctoritates oēs quas & Franciscus in quarto: & theologi alij adducūt in tertio: videri pōt alicui q̄ ita possint exponi de descēsu per effectū sicut ꝑ realem præsentiā. etiā sequēdo modo modum exponēdi scripturā quē sequunt̄ ipsimet doctores qui tenent oppositū. Legit̄ enī ecclesiaste. xxiiij. Penetrabo omnes inferiores partes terræ. Quod exponēs Thomas in tertia parte summæ dicit intelligēdū esse per effectū. ego a simili diceret forte aliquis posse exponi auctoritates dicentes ipm penetrasse ad limbū vel ad sinū Abraæ. Idē enim est penetrare q̄ penitus & intra intrare: quod etiā plus est q̄ descēdere. Quare si non solum intrasse

Philippi articulus de descensu xp̄i ad infernū

Frācīscus mayronis

Thomas

sed etiã penitus & intro intrasse dicet̃ inferiores partes terræ: nõ quia ibi fuit realiter ꝓsens: sed quia ibi fuit solũ ꝑ effectũ. Ita poterit etiã dici fuisse in sinu Abraæ: & intrasse sinũ Abraæ ꝑ effectũ tãtũ & nõ ꝑ realẽ præsentiã. Hæc aũt nõ ideo dico: quia ego crediderim unꝗ̃ ꝙ christus alibi existẽs ꝑ̃sentialiter ideo solũ dicat̃ fuisse in inferno: quia ibi aliquid sit operatus: sicut rex existẽs in palatio dicit̃ esse in alio loco ꝓuinciæ vbi auctoritate potestatis suæ & imperio suo aliquid efficaciter operat̃. Neq; enĩ ista fuit opinio mea unꝗ̃ ut mox patebit in declaratione opinionis meæ. Immo ego firmiter & teneo & tenui & publice semꝑ & priuate dixi: ꝙ sicubi fuit aĩa christi in triduo ipa fuit in inferno & ꝙ ipa vere ibi fuit presens. Sed volui hæc dixisse ad pleniorẽ huius materiæ examinationẽ: ut & illud Augustini dictũ in libro de hæresibus verificari videamus: nihil esse difficilius ꝗ̃ definire hoc est hæreticũ aut nõ hæreticũ. Unde & ꝓpter hoc dicit ipe cõtigisse ꝙ cũ duo scriptores ambo celeberimi Epiphanius & Philistrius de hæresibus scripsissent innumerãdis illis multũ discordãt: nõ ob aliã causam ꝗ̃ ꝓpter ea ꝙ illud ꝙ uni videbat̃ hæreticũ: alteri nõ videbat̃. Sed iã venio ad manifestandã opinionẽ meã de modo descensus Christi & ad ꝑfecte declarandũ cõclusionẽ meã. Primo summatim ponens intellectũ eius. Secũdo illum latius explicãs & ꝓbans. Summarius sensus conclusionis meæ est iste. Quia Christus secũdũ animã tantũ descendit ad inferos & animæ sicut cuicũq; substãtiæ separatæ videt̃ nõ cõpetere locari vel moueri localiter nisi ratione operationis. Ideo dico ꝙ descendisse ad infernũ: vel fuisse in inferno localiter videt̃ nõ cõpetisse christo nisi rõne operationis: ita ꝙ licet vere presentialiter fuerit aĩa christi in inferno: substãtia tamẽ sua nõ fuit ei ratio præsentialitatis: sed solũ sua operatio. Quæ verba ut plenius intelligant̃: est aduertendũ ꝙ eorꝝ qui ponũt substantias separatas nõ esse in loco: nisi ꝑ operationẽ transeuntẽ est duplex opinio. Quidam enĩ dicũt ꝙ substãtiæ incorporeæ rõne suæ substãtiæ nullo modo debet̃ locus: sicut & ipsa vere nunꝗ̃ est alba vel nigra. & ita ꝙ de ipsa secundũ eos nõ irrationabiliter potest dici ꝙ nõ est in loco & ꝙ nusꝗ̃ est. sicut etiã vere dicit̃ ꝙ nec est calida nec frigida. Auctoritates aũt scripturæ quæ vident̃ angelis dare locũ dũ dicũt ipos esse in cælo vel mitti ad hũc locũ vel ad illum esse intelligẽdas sic. nõ ꝙ ipsi hic vel ibi sint cũ ipsi ꝓprie nõ sint in loco: sed ꝙ hic operent̃ vel ibi: vel incipiant operari vbi prius non operabant̃. & isti multũ innitũtur verbis Gregorij niseni: qui dicit ꝙ cũ nos deberemus dicere spiritum operari hic: abusiue dicimus ipsum esse hic. & ita vult ista opinio. ꝙ substantia angeli vel animæ separatæ nunꝗ̃ potest dici presens potius huic loco vel illi nisi presens negatiue. i. indistans. Sed si quãdo dicit̃ alicubi esse vel fuisse: idẽ est si diceret̃ alicubi operari vel operatã fuisse. Adduntq; ꝙ iste modus loquẽdi trãstumptus est a rebus corporalibus: quas quia nos videmus nõ posse agere nisi vbi sunt præsentes saltem secundũ cõmunẽ opinionẽ: ideo etiã idẽ credẽtes de incorporeis cõcludimus ꝙ vbi operantur & vbi inuenit̃ esse opatio eorum: ibi etiã sit eorꝝ substantia localiter presens. Concludũt finaliter ꝙ ruditas est ingenij & defectus imaginationis nõ posse intelligere ꝙ aliquid sit ens & nõ sit in loco: & ꝙ friuolũ est argumẽtũ illorꝝ qui dicũt ꝙ esse præsupponit operari: quia vera est illa ꝓpositio ad hunc sensum ꝙ nõ ens nõ potest operari. Oportet enĩ agens esse in actu iuxta illud semꝑ existimabit̃ aliqua species mouẽs. sed nõ est vera ad hũc sensum ꝙ opari in loco ꝑ̃supponit esse in loco cũ fiet opantẽ esse talis naturæ ꝙ ei non plus debetur præsentia aut distantia localis ꝗ̃ debeatur albedo aut nigredo. Dicent ergo sic opinantes ꝙ anima christi separata a corpore secũdum suam substantiam: nec fuit in inferno nec extra infernum: sed vere nullibi fuit. Dicitur autẽ fuisse in inferno quia operata est in inferno. & in illa parte inferni principalius dicitur fuisse vbi principalius est operata. Istam aũt opinionẽ de modo essendi præsentialiter in loco: licet etiã multi doctores teneãt: ego tamẽ nõ teneo nec secutus sum eam in cõclusione mea: sed eam tenui quã immediate subiungã. Est ergo alia opinio quæ dicit ꝙ substantia separata sicut est angelus & anima nõ vnita corpori est quidem vere in lo

Hæreticũ nõ cito iudicandum

Substãtiæ ꝓ parte quõ sũt in loco

co. & ita vere definitiue est præsens localiter: sicut res corporea est cōmensuratiue præ
sens localiter, & in hoc cōuenit ista via cū cōmuni quæ est via Scoti & oīm Scotistarū.
Sed in hoc discrepāt ꝙ scotistæ dicūt ꝙ finitio & limitatio essentiæ & finaliter intrinse
Substantia corporea q̃ modo sit in loco — ca determinatio suæ substantiæ: est ratio substātiæ separatæ essendi in loco. Ista autem
opinio quā ego sum secutus in cōclusione dicit: ꝙ sicut licet substantia corporea sit cō
mēsuratiue: in loco tamē ratio ei essendi taliter in loco nō est sua substātialitas: sed quā
titas quæ est extrinseca & extranea a ratione suæ substātiæ: ita etiā licet substātia incor
porea vere sit definitiue in loco & p̄sens localiter: tamē ratio ei essendi in loco nō est sua
substātia: sed operatio eius ab ea trāsiēs ad extra. Quā opinionē ego iudico sic intelli
gēdā & sic intellectā iudico nō solū nō hæreticā: sed etiā ꝓbabiliorē sua opposita. & est
ꝙ etiā si finitas vel limitatio naturæ separatæ sit ei ratio nō essendi vbiqꝫ, aut ratio ꝙ si sit
in vno loco nō sit simul in alio totali; & in utroqꝫ ꝑ naturā. nō tn̄ est ratio essendi simpli
citer in loco ipso substātiæ separatæ. Sed eius effectus vel operatio capiēdo operationē
ꝓ oī habitudine ad corpus vel locū habēte se ꝑ modū opationis actiue vel passiue. alia
ab habitudine p̄sentialitatis loci & hoc intelligēdo de facto nō negādo: aliū modū pos
sibilē descēsus vel locationis aīæ separatæ ut dico in sequēti cōclusione: qui tn̄ modus
est nobis ignotus. hāc ego opinionē sequutus in cōclusione mea dico christū fuisse in
inferno solū ꝑ effectū: quia exꝗ nō fuit ibi nisi secūdū aīam. Dicēdū est secūdū opinio
nē istā: ꝙ sicut substātiæ corporeæ nō cōpetit fuisse alicubi cōmēsuratiue nisi ꝑ quātita
tē: ita illi aīæ nō cōpetebat esse in inferno: vbi credit̄ fuisse nisi ꝑ effectū & opationē. sed
sicut ratio p̄sentialitatis aīabus sanctoꝶ patrū fuit habitudo ad illū locū habēs se ꝑ mo
dū opationis trāseūtis: sicut erat detentio & alligatio ad illū locū: donec apta ianua a re
dēptore extraherent̄. Ita ratio præsentialitatis aīæ christi fuit opatio q̄ ibi est opatus. &
ꝙ illa fuerit mēs mea & ꝙ hoc prætēdāt verba cōclusionis meæ infra manifestabo vbi
declarabit̄ cōclusionē in se etiā de virtute sermonis: & scd'm vim verboꝶ nō esse hære
ticā iudicādā. Vtra aūt opinio sit verior de modo essendi in loco substantiaꝶ separata
rū Scotistaꝶ. s. an eoꝶ quos sum sequutus ego nō determino: hoc tātū dico a tot tātis
qꝫ magistris doctoribusqꝫ catholicis: & doctrina & sanctitate celebratissimis creditā es
se opinionē meā & habitā ꝓ verissima: ut lōge magis temerarij iudicādi sint: si qui sūt
qui opinionē doctoꝶ tā ꝓbatoꝶ ꝓ hæretica aut hæresim sapiēte audēt iudicare: q̄ ego
qui auctoritatē veteꝶ illoꝶ theologoꝶ iunioꝶ determinationibus anteponā. hāc enī
opinionē quā ego sequor licet assertiue tenet: nō solum durādus: sed & Bernardus de
gānaco in impugnationibus Henrici quolibeto secundo. Tenet Thomas anglicus in
quolibetis suis. Tenet Herueus britonis in suo secūdo sentētiarum. Tenuit & beatus
Thomas in primo sentētiarū: licet alibi deinde videri potest sequi aliā opinionē. Tenet
archiepiscopus malphitensis in suo secūdo. Tenet Ioannes parisiensis in correctorio
corruptorij. & quid plures enumero: tenuerūt credo istā opinionē plusqꝫ centū docto
res catholici & ꝓbatissimi: quoꝶ libri nō solum non reprobati ab ecclesia: sed celebres
Gymnasijs — in omnibus christianoꝶ gymnasijs publice legunt̄. quos si q̄s voluerit adire: videre po
terit fundamenta opinionis & cognoscere ꝓbabilitatem eius; quid ego nō intēdo hic
facere. qui solum hoc ago ut sic ꝓpositas a me conclusiones declarem: ut inde nec sim
plices habere possint vnde scandalizentur. nec detractores si qui sunt quod calumniē
tur. Exercitij tamen gratia adducam quædam argumēta quæ audiui contra istam opi
nionem. Primo arguit̄ per articulum Parisien. cciiij. qui dicit dicere substantiam ange
li non esse in loco sine operatione, error. Secūdo arguitur quia possibile est substantiā
separatam nihil operari ad extra. quo posito quæritur an sit alicubi an nusqꝫ: an vbiqꝫ
nō nusqꝫ: quia adhuc illo posito erit pars vniuersi. & ita erit verum dicere ꝙ est in mun
do nō vbiqꝫ: quia hoc est ꝓprium dei ergo alicubi. Tertio quia angeli dicunt̄ esse in cæ
lo empireo; & tamē nullam operationē transeuntē habēt erga illud cælum. Item insta
bat qdā magister generalis potissimū duabus rōnibus; quaꝶ prima est hæc ꝙ seclusa

quacũq; operatione ad extra adhuc essentia angeli est finita: ergo adhuc ut sic defini/
tur ad locũ. Secũda est haec quia si qd videt̃ esse q̃re neget̃ locus ab angelo: hoc est quia
nõ habet extẽsionẽ hoc aũt nihil impedi: tquia etiã si pũctus daret̃ separatus a linea ad
huc haberet situ: & tñ pũctus nõ habet extẽsionẽ. Ad primũ multiplex patet respõsio
secũdũ praenominatos doctores. Sũt enĩ quidã q volentes saluare articulũ simul cũ po
sitione: dicũt ꝙ mẽs articuli est ꝙ opinio ponẽs substãtiã separatã nõ esse in loco: nisi ꝑ
opationẽ: quae est exterior motus localis vel alteratio realis est error: & ꝙ illa sit mẽs ar
ticuli patet: quia articulus. lxxvij. sic dicit quasi declarando istũ dicere: ꝙ si esset aliqua
substãtia separata quae nõ moueret aliquod corpus in hoc mũdo illa nõ clauderetur in
vniuerso. error. Ecce ꝙ sicut in articulo quẽ ponit arguens dicit errorẽ esse a: ngelũ esse
solũ in loco ꝑ opationẽ: ita in isto dicit errorẽ esse dicere ꝙ substãtia separata nõ claudit̃
in hoc vniuerso nisi per motũ corporis. Vnde videt̃ idẽ intelligere ꝑ operationẽ in arti
culo. cciij. ꝙ ꝑ motũ in articulo. lxxvij. Nõ ponit aũt ista positio solum ꝑ operationẽ
isto modo sumptã angelũ esse in loco: ut patebit in respõsione ad tertiũ. Itẽ dicit solen Articuli pa/ rieles corre/ ctiõe indigẽt
nis doctor Gotfredus de fontibus ꝙ isti articuli indigẽt magna correctione: quia non
nulli sũt falsi: nõ nulli ad inuicẽ sibi cõtradicũt. & ꝑfecto in ista materia necesse est: aut
ꝙ articulus exponat̃ modo immediate preposito: aut ꝙ in ipsis articulis sit cõtradictio
manifesta. quod sic ꝓbo. Est enĩ articulus. ccxviij. qui dicit ꝙ si intelligat̃ ꝙ substantia
angeli nõ est ei ratio essendi in loco. verũ est dicere ꝙ nusq̃ est secũdũ substantiã. Et te/ Henricus
stat̃ Henricus quolibeto secũdo. q. ix. ꝙ oẽs magistri theologiae cõgregati in hoc vna/
nimiter cõuenerũt: ꝙ substãtia angeli nõ est ratio angelũ esse in loco: & dicit se fuisse in
ter illos magistros q hoc determinarũt. & subdit ipse Henricus ibidẽ ꝙ cõsimili ratiõe
verũ est indubitãter ꝙ si angelus ꝑ potẽtiã suã. s. ꝑ intellectũ & volũtatẽ virtutẽ suã nõ
applicat ad locũ operãdo circa ipsum ꝙ simpliciter potẽtia eius intellectus. s. & volun/
tas nõ est ratio essendi ipm in loco: quia potẽtia eius nõ est minoris abstractionis q̃ sit
eius substantia: ergo sequit̃ ꝙ vel erit cõcedere ꝙ ratio essendi cũ in loco erit aliquid ha
bẽs se ꝑ modũ actus secũdi in corpus trãseũtis: quicquid sit illud. & est id q̃d ponit posi
tio q̃ ego sequor vel in articulis erit manifesta cõtradictio. Vnde & Henricus in eodẽ Articuli pa/ risiẽ. q̃re nõ sint curandi
loco fatet̃ se non posse intelligere quomodo substantia separata sit in loco nisi agat ali/
quid aut patiat̃ a loco vel a re existente in loco. Egidius autẽ & multi alij dicunt ꝙ de il
lis articulis nihil est curandum: quia fuerũt facti nõ cõuocatis omibus doctoribus Pa/
risiensibus. sed ad requisitionẽ quorũdam capitosorũ. Et quicquid sit de hoc haec duo
volo dicere. Primo ꝙ nõ minus facit pro positione nostra articulus. ccxviij. q̃ faciat cõ
tra eum articulus. cciij. Secũdo ꝙ certum est & ipsi etiam Parisienses hoc fatent̃ ꝙ il/
li articuli nõ obligãt omnes fideles nec tenemur illis credere nisi inquantum scripturae
sacrae innituntur: aut determinationibus vniuersalis ecclesiae. Vnde solent dicere an/ Articuli pa/ risiẽ. nõ trã/ seũt mare
glici ꝙ illi articuli nõ transeunt mare: quare & nos si in re tam graui licet iocari: possu/
mus dicere ꝙ non transeunt alpes. Quare & si conclusio mea esset contra articulum
meminerint qui me damnabãt ꝙ oĩno in me dãnãdo errabãt: quia dicebãt ꝙ cõclusio
mea erat cõtra symbolum apostolicũ: cũ debuissent dicere ꝙ erat cõtra symbolum Pa
risinum. q̃q̃ & hoc est falsum ut prius ostendimus. Videt̃ autẽ mihi verus intellectus
illoꝝ articulorum hic esse ꝙ in articulo. cciij. si in eo sit sermo de operatione cõiter ac/
cepta modo praedicto hoc intendat̃: ꝙ etiam seclusa quacũq; operatione adhuc finitas
vel limitatio naturae separatae erit ei ratio non essendi vbiq;: aut ratio ꝙ si sit in vno lo/
co nõ est simul in alio totali. & in vtroq; per naturã. In articulo autẽ. ccxviij. credo ꝙ in
tendatur ꝙ substantia vel finitas substãtiae nõ est ratio angelo essendi simpliciter in lo/
co. isto modo exponẽdo in articulis nulla est cõtradictio: & articuli sic intellecti non
solũ nõ sunt cõtra positionẽ meã: sed ipsam totaliter ex utraq; parte cõfirmãt: ut patet
ex declaratõne positiõis supra posita. Ad secũdum dicit̃ a multis cõcedẽdo ꝙ est possi
bile esse substantiã incorporeã sine opatõe trãseũte ad extra. hoc aũt posito in argumẽ

to videt̃ adduci φ vnũ sequat̃ ex tribus incõueniẽtibus. Primũ est φ cum sit pars vni-
uersi incõueniẽs est φ nõ sit in vniuerso. Ad q̃d illi dicerent φ arguẽs æquiuocat de par
te. Si enĩ p partẽ vniuersi intelligit id quod habet sitũ determinatũ in vniuerso: sic dicẽt
φ angelus nec cũ operat̃ nec cũ nõ operat̃ potest dici esse pars vniuersi. Si aũt intelligit
esse partẽ entiũ. i. vnũ ex entibus & naturis vniuersi: sic cõcedẽt φ tũc est vna pars vni

Esse vbiq; q̃ modo deo cõuenit & ceteris

uersi: imo vna ex nobilioribus. Sed ex hoc nõ videt̃ cõcludi φ habeat sitũ vel definitio
nẽ ad locũ. Secũdũ inconueniẽs est φ nõ potest dici φ sit vbiq;: quia hoc est ꝓpriũ dei.
ad hoc dicit̃ φ esse vbiq; eo modo quo deus dicit̃ a theologis esse vbiq; p essentiã. s. per
potentiã & præsentiã dei ꝓpriũ est & nulli naturæ creatæ potest cõpetere. Esse aũt vbi
q;. i. hic vel ibi p indifferẽtiã: aut vbiq; per indistantiam. i. vere esse secũdũ subſtãtiam
indistãtẽ a quocũq; loco: utrũ repugnet creaturæ: audiatis Hẽricũ quolibeto. vij. q. ix.
sic dicentẽ. In creatura potest intelligi duplex limitatio. Vna in natura & essentia quæ

Limitatio duplex

finita est & ceteris terminis cõtẽta: & sic solus deus illuminatus & infinitus in natura.
Alia potest intelligi limitatio naturæ: quæ est limitatio ad sitũ qua ita finita est & certis
limitibus cõtẽta: ut necesse sit eã esse alicubi nõ nusq; nec vbiq;, sed ita hic φ nõ ibi vel
φ etiã si nõ determinate hic vel ibi: tñ sub determinatione vel hic vel ibi vel alicubi: &
p̃inet ista limitatio ad prædicamẽtũ vbi φ oĩs creatura differat a deo p primã limitatio
nẽ suã clare video. Quõ aũt necesse sit oẽm creaturã differre: & distare ab eo p secũdã
limitationẽ: quia. s. ipe est vbiq;. Oĩs aũt creatura necessario est alicubi: sed non vbiq;.
Dico φ penitus ignoro. hæc Hẽricus ad lrãm ex quibus verbis satis clare habemus nõ
posse intelligere Henricũ q̃modo illud sit incõueniẽs: quod illi adducũt ꝓ incõueniẽti.
Tertiũ incõueniẽs est φ nisi cõcedat̃ φ sit alicubi sit cõcedẽdũ φ nusq; sit. Ad quod au
diatis beatũ Thomã in primo sñiaꝝ di. xxxvij. sic respõdẽtẽ: dicẽdũ inq̃t φ hoc nõ re-

Angelũ nõ esse in loco nec est incõueniens

puto incõueniẽs φ angelus sine loco possit esse: & nõ in loco quãdo nullã opationẽ cir
ca locũ habet: nec est incõueniẽs ut tũc nusq; vel in nullo loco esse dicat̃. Sed tñ hoc nõ
est imaginabile: quia imaginatio cõtinuũ nõ trãscendit. hæc Thomas ad lrãm. Ad ter
tiũ dico φ argumẽtatio illa ꝓcedit ex nõ pleno intellectu nr̃æ positionis. Nõ enĩ posi-
tio p opationẽ p quã dicit locari rem incorporeã intelligit solũ opationẽ quæ est exteri
or motio localis vel alteratio realis: ut aliqualiter etiã tetigimus in respõsione ad primũ
in expositione articuli Parisien. Sed capit operationem large pro omni motu vel influ
xu vel habitudine significata per modũ operationis trãseuntis in corpus: & exeũtis ab
angelo vel econtra. & φ ille sit intellectus positionis: patet ex verbis Thomæ in primo
sñiaꝝ di. xxxvij. q. i. articulo primo: vbi videt̃ sequi istã opinionem qui sic dicit. Relin
quit̃ igitur φ angelus nõ potest diffiniri: & determinari ad locũ nisi per actionẽ vel ope
rationẽ. Dico autẽ operationẽ cõmuniter secũdum φ angelus se habet ad corpus con-
tentum in loco per modũ præsidentis aut ministrãtis. aut aliquo modo agentis: aut pa
tientis. hæc Thomas ad verbum. Ex quibus verbis patet respõsio ad argumẽtũ: quia li
cet angeli nõ habeant operationẽ erga cælũ empircũ quæ sit motio localis vel realis al-
teratio: habẽt tamẽ aliquid se habẽs per modũ opationis trãseuntis quale est presiden-
tia vel aliquid simile. Ad quartũ. Cui adeo innitebat̃ ille magister generalis. & si quid
sit dicendũ satis patere posset ex verbis Henrici supra allegatis in solutione secundi: ta-

Thomas

men audiamus & quid sanctus Thomas dicat de illa ratione. Dicunt quidam φ ange-
lus nõ est in loco circũscriptiue sed definitiue: quia determinat̃ ad locum aliquem: sic
quod est in hoc loco: ita φ nõ est in alio cum essentia eius finita est. Eo enĩ φ creata est:
dicunt φ oportet intelligere φ sit determinata ad locũ aliquem. Sed ista est valde rudis
ꝓbatio: quia ꝓcedit ex æquiuocatione finis. Cum enim dicitur essentia angeli finita ac
cipitur finis ꝓ fine essentiæ & virtutis secũdum quod definitio terminus dicitur & nõ
pro fine dimensionis. locus autem dicit̃ finitus secũdũ tres quãtitatis dimensiones. Fi-

Finitũ aliq̃d dicit duplr

nis autẽ secundũ utrãq; acceptionẽ nullam cõmẽsurationẽ seu ꝓportionẽ habet. Vn-
de non oportet ut quod finitum est in essentiam ad terminos loci finiat̃. hæc Thomas

ad litterã. Ex quibus sequit̃ ꝙ si nõ mentitur Thomas rudis est iste magister: qui rudẽ
probationẽ suã vocabat demonstrationẽ. Ad aliã rõnem de pũcto dico ꝙ adhuc est ru
dior prima rõne. Pũctus enĩ est res de genere q̃ntitatis habẽs sitũ de sua natura. res aũt
incorporea oĩno abstrahit a situ: & ꝓfecto magna est ruditas imaginari. Similiter esse
de indiuisibilitate rei incorporeæ & de indiuisibilitate puncti quod ut etiam fiat clarius
isti magistro. Dicat mihi ipse quæso: si esset vnitas separata utrum haberet determina- Arguit̃ con
tum sitũ. Certe patet ꝙ nõ quãdoquidẽ ꝑ hoc dinstinguit̃ vnitas a pũcto ꝙ punctus est tra opponẽ
positionẽ habẽs. vnitas aũt nõ. sed manifestũ est ꝙ angelus & quælibet substãtia incor tem
porea adhuc est abstractior q̃ sit quæcũq; quãtitas siue cõtinua siue discreta. Metaphy
sica enĩ ut patet secũdũ oẽs est de abstractionbus q̃ sit arith metica quæ est vna ex mathe
maticis: ergo multo minus poterit dici de angelo ꝙ habeat situm: ꝙ si iste magister nõ
potest imaginari abstractionem angeli: saltẽ qualis est abstractio vnitatis. Audiat quid
de ipso sit dicẽdum secũdũ Henricũ. Is enim in loco vbi supra de ista loquens materia
inqt. Qui ergo nõ possũt angelũ intelligere secũdũ rõnẽ substãtiæ suæ ut vnitatẽ absq;
rõne pũcti sunt illi de qbus dicit cõmẽtator sup secũdo metaphysicæ in quibus virtus
imaginatiua dominat̃ super virtutẽ cogitatiuã. & ideo ut dicit: videmus istos nõ crede Naturali
re demõstrationibus nisi imaginatio eos comitet̃. & quicquid cogitãt quãtũ est aut si- phiæ iutiles
tum habẽs in quãto ut punctus: unde tales melancolici sunt & optimi fiunt mathema
tici: sed sunt naturales inepti. Hæc Henricus ad verbũ. Ex quibus sequitur ꝙ secũdum
Henricũ iste magister sit male dispositus ad studiũ philosophiæ naturalis. peius ad stu
diũ metaphysicæ: pessime ad studiũ theologiæ: q̃ etiã est de abstractioribus. Relinquit̃
ergo ei solum aptitudo ad mathematica: in quibus cũ se nõ exercuerit quod iudicium
de eo faciẽdũ sit relinquat̃ ipsemet iudicet. Postq; solutæ sunt rõnes quæ cõmuniter so
lẽt adduci cõtra fundamẽta positionis: quã ego sum secutus in cõclusione mea de mo
do descẽsus christi. Volo & afferre verba Alberti nostri nõ minus ꝓfecto doctrina q̃ Magnus Al
cognomẽto magni: quæ memini me legisse apud eum de ista materia in libro physico bertus
rum. Tractatu enĩ primo. iiij. libri capitulo primo postq; illud exposuit Aristo. ꝙ anti-
qui decipiebant̃: credẽtes ꝙ sicut quod nõ est: nõ est in loco: ita nihil sit ens: nisi in loco
digrediẽs. Deinde sup isto passu sic inquit. Sũt aũt etiã multi modernoꝝ qui cõcedũt
cõsequẽs huius cõsequẽtiæ: licet sciãt nõ valere cõsequẽtiã. Ex logicis enĩ scimus non
valere cõsequẽtiã in qua ꝓcedit̃ a destructione antecedẽtis ad destructionẽ cõsequen-
tis. Et ideo licet verꝫ sit ꝙ illud quod nõ est nusq; est: tñ nõ ꝓpter hoc sequit̃ id quod est
alicubi est. & licet hoc nõ sequat̃ ex dictis. tñ sunt multi qui dicũt ꝙ omne quod est in
aliquo loco est utentes tali rõne: quia omne quod est vnũ aliquod particulare est. Parti
culare autem est hic & nũc: & quod est hic & nũc alicubi est. ergo omne quod est alicu
bi est. Amplius omne quod est definitæ essentiæ est. quia intra terminos sui coarta-
tur: & quod definitæ essentiæ est in loco definitur: & quod in loco definitur in loco est
aliquo. Distinguũt autẽ isti per Ioannem Damascenum dicẽtẽ aliquid in loco esse dici Esse in loco
dupliciter. Est enim aliquid circũscriptiue: cui principiũ & medium & vltimũ assigna- dupliciter
tur in loco. & hoc modo dicunt corpa esse in loco. Est itẽ aliqd in loco definitiue cuius
essentia sic finite claudit̃ in vno loco ꝙ extra ipsum nihil sui inueniat̃. & hoc modo indi-
uisibilia dicũt esse in loco & similiter intelligentias & animas &c. Sed nos ista nõ credi
mus: nam & vltimũ cælum nõ definit̃ nec circũscribit̃ loco eo ꝙ omne quod est in lo-
co clauditur & cõtinet̃ a loco in quo est & intelligẽtia ꝑ naturã suã nõ est in loco nec in
aliq̃ loci differẽtia. hæc Albertus ad lr̃am. Vsitatã illam distinctionẽ de esse in loco de-
finitiue & nõ circũscriptiue nõ approbãs. quã tamen distinctionẽ aliquo modo negari
quidã magistri oĩno nephas existimabãt. Nũc vltimo restat ut ostẽdã qualiter sunt in-
telligẽda verba cõclusionis meæ: & declarẽ etiã de virtute sermonis ipsam esse catholi
cam. Dicit ergo cõclusio. Christus nõ veraciter & quãtũ ad realem præsentiã: ut ponit
Thomas & cõis via descẽdit ad inferos: sed solũ quo ad effectũ. Vbi est notãdũ ꝙ ly &

vbi dicit & quantũ ad realem presentiã tenet copulatiue. & ly ut cum dicitur ut ponit
Thomas tenetur specificatiue & determinatiue ut mox declarabo. Ex quibus patet ꝙ
prædicta cõclusio est vna ꝓpositio copulatiua negatiua vel de copulato extremo nega
tione præposita coniunctioni copulatiue. Cuius sensus est. Nõ est ita ꝙ christus veraci
ter & quãtũ ad realẽ præsentiã eo modo quo ponit Thomas descẽderit ad inferos &c̃.
& illa copulatiua æquiualet vni disiunctiuæ affirmatiuæ de partibus cõtradicẽtibus. s.
isti. Christus non descẽdit veraciter ad inferos; vel nõ descẽdit ad inferos secũdum rea
lem præsentiã &c̃. Ex quo sequit̃ ꝙ ex dicta cõclusione inferẽdo ꝙ christus non vera
citer descẽdit ad inferos est arguere a tota disiunctiua affirmatiua ad alterã eius partem
determinate. Talis autẽ argumẽtatio peccat secũdum cõsequẽs. Disiunctiua enim af
firmatiua est cõsequẽs ad alteram eius partẽ. Sequit̃ vlterius ꝙ ratione falsitatis prædi
ctæ partis non debet falsificari tota disiunctiua prædicta. Vnde in simili ista proposi
tio est vera. Socrates est homo. & illa est falsa; Socrates est homo; & deus non est deus.
Ex qua arguere ergo Socrates non est homo; profecto puerile est. A simili ex ista copu
latiua negatiua christus non veraciter & quãtum ad realem præsentiam ut ponit Tho
mas descendit &c̃. Arguere ergo christus non veraciter descẽdit; puerile est; & homi
nis penitus nescientis logicã nec philosophiã nedũ theologiam. Nõ solum autẽ nõ in
tendo in conclusione mea istam ꝓpositionẽ esse verã. Christus nõ veraciter descendit
ad inferos; sed nec istã. Christus vel anima christi nõ fuit præsentialiter in inferno; & ꝑ
realem ac verã præsentiã suæ substãtiæ; sed solum intẽdo ꝙ nõ fuit ibi ꝑ realem præsen
tiam; eo modo quo ponit Thomas & cõmunis via. Ideo dixi ꝙ ly ut tenet̃ specificati
ue & determinatiue de ly realis præsentia. Ideo nõ valet non fuit ibi realiter presens eo
modo quo talis doctor dicit: ergo nõ fuit ibi realiter præsens. Tenet autẽ cõmunis via.

Scotus

idest via Scoti Bonauẽturæ & omniũ Scotistarꝫ & quasi omniũ noĩaliũ; ꝙ ita fuerit ibi
præsens ꝙ sua substãtia fuerit ei ratio præsentialitatis & locabilitatis; quam opinionẽ
quia etiã Thomas mihi videt̃ sequi in ista materia. Ideo dixi ut ponit Thomas & com
munis via. Cõmunẽ viã theologorꝫ appellans quæ cõmuniter nũc tenet̃ Parisius: vbi
præcipue viget studiũ theologiæ; ibi autẽ fere oẽs incedũt in ista materia de præsentia
litate aĩæ ad locũ cũ Scotistis & noĩalibus; & ego ꝓpter hoc solum. i. ꝓpter reuerẽtiam
vniuersitatis Parisiẽ. nolui ponere hãc meã cõclusionẽ nisi tanq̃ ꝓbabilem; etiã ꝙ vide
rẽ ipsam secũdũ viã multorꝫ ꝓbabitissimorꝫ doc. posse etiam assertiue poni; ꝙ autẽ ly
ut possit teneri in cõm uni modo loquendi determinatiue patet. Nam si quis dicat at
tributa non distinguũt̃; ut dicit Scotus apud omnes ꝓpositio haberet duplicẽ sensum

Attributa si distinguunt̃

ꝓprium. Vnus esset capiendo ly ut relatiue & æquipolleret huic dictioni ꝙ ac si dice
retur attributa nõ distinguũtur: quod. s. attributa non distingui dicit Scotus. & propo
sitio esset falsa; etiã secũdum Thomistas; quia etiã ipi concedũt attributa aliquo modo
distingui. Alius sensus esset capiendo ly ut determinatiue & specificatiue & æquipol
leret huic dictioni; eo modo quo ac si diceret̃ attributa nõ distinguunt̃; eo modo distin

Vt quõ accipitur

ctionis quo dicit ea distingui Scotus. & tũc apud Thomistas ꝓpositio esset vera: & ita
est in qualibet ꝓpositione vbi post recitatã opinionẽ ponit̃ auctoritas alicuius cõiũcta
per hanc dictionem ut. Si ergo iste modus loquendi & proprius & usitatissimus apud
oẽs theologos cõcedat̃; oportet ꝙ etiã cõcedãt ꝙ in ꝓpositiõe nr̃a in qua dicit̃ Christus
nõ descẽdit ut dicit Thomas ly ut sicut potest teneri relatiue: ut sit sensus. Christus nõ
descẽdit. q̃d. s. Christũ descẽdisse dicit Thomas. ita etiã & tã bñ & tã ꝓprie teneri speci
ficatiue æquipollẽdo huic. licet Christus descẽderit p̃ntialiter: nõ tñ eo modo p̃ntialiter

Obiectio

q̃ dicit cõis via: & est sensus quẽ ego intẽdo. Sed diceret forte quispiã adhuc nõ effugis
q̃a deinde addis. sed solũ q̃ ad effectũ: ergo nõ solũ excludis realem p̃sentiã eo modo q̃
ponit eã cõis via. Sed simpliciter oẽm realẽ p̃sentiã ex quo dicis ꝙ solũ q̃ ad effectũ: ita
ꝙ dicẽt isti: ꝓpositio nõ tñ est negatiua copulatiua ut dicis negãdo. s. p̃ntialitatẽ ad mo
dũ Thomæ &c̃. Sed etiã affirmatiua dicens. s. affirmatiue ꝙ Christus solũ quo ad effe

ctũ fuit in inferno. Sed rudis est hæc obiectio, nã hæc dictio sed est dictio aduersatiua:
& vigore eius importat̃ p̃ sequẽtia ad ipsam veritas affirmatiua opposita dicto q̃ negat Sed aduersa
pars sup̃ior cõclusiõis. Cui ista aduersat̃. si ergo ut p̃batũ est in superiori parte negat̃ so tiua coniun-
lũ p̃sentialitas aĩæ p̃ substãtiã; nõ q̃ntũ ad q̃d: sed quãtũ ad quo. i. q̃ nõ negat̃ substãtiã ctio quã vir
fuisse p̃ñtẽ: sed substãtiã fuisse rõnẽ p̃ñtialitatis. Ita etiã in ista vltima parte q̃ ponit affir tute habet
matiuã p̃cise aduersantẽ illi fuisse in inferno p̃ effectũ est accipiẽdũ: nõ quãtũ ad rẽ loca
tã: sed quãtũ ad rõnẽ locãdi ut breuiter sit sensus q̃ etiã rudibus patere p̃õt: q̃ ex q̃ sub-
stãtiæ finitas nõ fuit ei rõ localis p̃ñtiæ: solus effectus fuit ei talis rõ. Recolligẽdo ergo
breuiter dico q̃ Christus veraciter descẽdit ad inferos: & q̃ p̃ realẽ p̃sentiã fuit in infer-
no. sed dico q̃ nõ eo modo veraciter & p̃ñtialiter fuit ibi quo dicit Thomas & cõis via: Epilogus
q̃a. s. sua substãtia nõ fuit sibi rõ essendi in loco ut ponũt illi, sed sua op̃atio. Et hæc opi-
nio q̃ sit p̃babilis: & a q̃ multis catholicis & excellẽtissimis doctoribus credita. Iã satis
patuit supra q̃ etiã de virtute sermonis sit vera & nõ hæretica iudicãda satis explicaui-
mus. Scimus enĩ q̃ illa est vera. Christus nõ ut deus & homo: ut ponit Arrius satisfecit
p̃ nobis: q̃ licet verũ sit q̃ ut deus & homo falsum est: tñ q̃ eo modo existẽs homo & Arriana hæ
deus quo ponit Arrius. Ita licet sit verũ q̃ veraciter & p̃ñtialiter fuerit Christus in infer- resis
no: tñ p̃babile est & a multis creditũ: q̃ nõ eo modo veraciter & p̃ñtialiter q̃ Thomas
dicit & cõis via modo supra exposito. Sed vnus videt̃ restare scrupulus q̃ hæc nõ fue-
rit mea intẽtio: cũ posui cõclusionẽ. Quia si Thomas in primo sentẽtiarũ tenet istã viã Obiectio
etiã ipse q̃ op̃atio sit rõ angelũ esse in loco: videt̃ q̃ cõclusio etiã sit vera scd'm Thomã
Quare cũ ego dicã nõ ut ponit Thomas: videt̃ q̃ aliud ego sim opinatus de illo descẽ-
su q̃ id q̃d dixi. Hũc aũt scrupulũ nõ haberẽt si bene meas cõclusiones considerassent.
Ego enĩ huius sum opinionis q̃ Thomas in hac materia de modo essendi in loco rerũ
separatarũ diuersa senserit: & nõ vbiq̃ eãdẽ sequutus sit opinionem. Quare licet in pri
mo sentẽtiarũ videat̃ tenere istã viã quã ego sequor in cõclusiõe m̃ & alibi: ut in quarto
sniarũ: & maxime in tertia p̃te summæ; vbi tractat de hoc descensu & ex q̃ potius q̃ ex
scripto iudicãda est opinio eius videt̃ esse cũ opinione Scotistarũ. q̃ ita fuit ibi p̃ essen-
tiã q̃ sua essentia fuerit sibi rõ locabilitatis & nõ effectus solũ vel op̃atio. Dicit enĩ Tho
mas ibi q̃ aĩa christi fuit p̃ effectũ in alijs partibus inferni: p̃ essentiã aũt in limbo &c.
Ex hoc dicto ego argo arguo sic. Vbicũq̃ est aliquid p̃ id q̃d est sibi rõ locabilitatis: ibi
est p̃ suã substãtiã & realẽ p̃sentiã, ergo si effectus fuit aĩæ Christi ratio locabilitatis vbi
cũq̃ fuit p̃ effectũ: ibi fuit p̃ realẽ p̃setiã suæ substantiæ, sed scd'm Thomã alicubi fuit
p̃ effectũ: vbi nõ fuit p̃ realẽ sui præsentiã. ergo scd'm Thomã effectus nõ fuit ei ratõ lo
cabilitatis. hoc me mouit ad p̃babiliter credendũ Thomã in hoc articulo ambulare cũ
Scotistis. Sed quicquid sit de opinione Thomæ nihil ad p̃positũ: quia errare in opinio
ne Thomæ nõ est errare in fide, & sæpe est multiplex opinio inter Thomistas de opi-
nione eius. sufficit hoc quod euidẽter apparet: q̃ cum ego posui conclusionẽ credidi
hanc esse opinionẽ Thomæ. & q̃ ego nunc nõ extorqueo propositionem ad sensum
alienũ ab eo quem tũc habebam. Quod enim ego hoc a principio crediderim. & hæc
fuerit sententia mea de opinione Thomæ cum posui conclusiones, ex hoc patet eui-
dentissime: quia ego istã posui conclusionẽ q̃ de modo essendi in loco angelorum nõ
differunt Thomas & Scotus. Scitur autem q̃ expresse Scotus dicit q̃ seclusa omni
operatione adhuc substãtiæ incorporeæ debet̃ locus. Quare oportuit q̃ ego crederem
Thomã esse in hac sententia. & ideo licet ego firmiter tenerem q̃ Christus veraciter
& præsentialiter fuerit in inferno: & in hoc conuenirẽ cum Thoma & cum omnibus
catholicis: tamen quia ego putabam Thomã credere suam substantiã fuisse sibi ratio-
nem locabilitatis & nõ operationẽ. Ideo dixi in conclusione mea nõ eo modo quo po- Thomas se
nit Thomas & cõmunis via. Nec debet alicubi videri mirabile q̃ Thomas in vno lo- pe diuersa se
co sequatur vnam opinionẽ & in alio aliã. Nã & in primo sententiarum sequit̃ opinio tit
nem cõmentatoris de genitis ex putrefactione; quã deinde in septimo metaphysicæ &

alibi reprobat. Itē in secūdo sentētiarū sequit̄ opinionem cōmētatoris de materia cæli: quā deinde & in secūdo cæli reprobat & in summa. Item in quarto & in quæstionibus sup Boetiū de trinitate tenet viam cōmentatoris de dimensionibus interminatis. & in libello deinde ꝓprio ut creditur & in multis alijs locis illam non tenet. Itē in primo sententiarū dicit ꝙ eadē actione intelligit̄ ip̄m intelligibile & ip̄m intelligere. In prima vero parte summæ: & in tertio sentētiarū tenet actionē reflexā differre a directa. Itē in scripto tenet ꝙ aīa Christi scd'm ꝙ corpori cōiūgibilis fuerit sicut aīa viatoris. secūdū vero ꝙ verbo cōiungibilis ut aīa cōprehēsoris. In summa aūt tenet ꝙ aīa Christi totaliter & quātū ad oīa fuit sicut aīa cōprehēsoris: & ꝙ ip̄a claritatis impassibilitatisq; dotē in corpus nō trāsfuderit fuisse ex dispēsatione diuina. Item & de sciētia Christi aliter sentit in scripto & aliter in summa: & ita de multis alijs. q. est videre in quibus ipse diuersas diuersis in locis sequutus est opiniones. ꝙ si isti oīno cōtendūt opinionē illam de modo essendi in loco secūdū opationē esse: etiam Thomæ nihil plus habebūt cōtra me nisi ꝙ opinio mea de modo descēsus Christi tanto est ꝓbabilior: & minus est hæretica iudicāda: quāto etiā scd'm opinionē sancti Thomæ est vera. Ob id aūt magis miror a ma-

Nota

gistris istis dānatā cōclusionē meā: ꝙ anteq̄ istā cōclusionē hæreticā iudicarēt super ea ipsemet meā intētionē his verbis nō modo declarauerā: sed etiā scribendā annotādāq; dictaueram sic dicēs. Nemo intelligat me ex hac cōclusione dicere aīam Christi nō descendisse ad inferos: & animā Christi in triduo nō fuisse in inferno: immo utrumq; confiteor. sed dico ꝙ neq; motus localis neq; alicubi locari competit alicui substantiæ separatæ: sicut erat anima Christi nisi rōne operationis. hæc præcise & non alia de verbo ad verbū eis notāda ꝓnūciaui pro breui declaratiōe huius cōclusionis quam cum adhuc

Arguit contra opponētes

postea hæreticā iudicauerint: quam iam pro catholica habere possint ego nō video. Et ut breuiter per modū argumētationis recapitulando ostendā errare illos in fide: qui credunt ꝓpositionē meam ab hæresi nō posse defendi. Arguo sic ponens cōclusionem in se hæreticā potest accusari de hæresi ꝓ quanto hæresis est in intellectu. Sed ponens prædictam meā cōclusionē nō potest ex eius positione accusari de hæresi; ergo conclusio supradicta nō est in se hæretica. maiorē ipsi habent ꝓ cōcessa minorē sic probo. Quotienscunq; ponēdo totū illud ad quod sequit̄ de necessitate. a. ꝓpositio nō potest quis accusari de hæresi etiā ponens. a. ꝓpositionē accusari nō potest: sed ponēs totū illud ad quod sequitur positio cōclusionis meæ: eo modo quo a me est posita nō potest accusari de hæresi; ergo & ponēs ipsam ꝓpositionē ut eam posui accusari non potest. Probo minorē sic cōtradictorium huius dicti ratio essendi in loco. i. hic vel ibi modo supra declarato separatis substāñjs est opatio nō finitatio naturæ; nō est de fide & cōtradictoriū huius dicti nō licet arguere a tota copulatiua ad alterā eius partē: nō est de fide et cōtradictoriū huius dicti. Si quis posita aliqua assertione nagatiua vel affirmatiua addat auctoritatē alicuius doc. cū ꝓpositione utly ut potest teneri: ita bene determinatiue sicut relatiue. Quia ita bene potest æquiualere huic dictioni: eo modo q̄ sicut huic dictioni ꝙ similiter nō est de fide. & contradictoriū huius dicti ꝑ cōmunē viā in rebus theologicis congruēter possumus intelligere viā quæ cōmuniter tenet̄ in ea vniuersitate; in qua tēpore sic dicētis magis viget studiū theologiæ nō est de fide. & contradictoriū huius dicti hoc tēpe in vniuersitate parisiēsi magis viget studiū theologiæ q̄ alibi nō est de fide. & cōtradictoriū huius dicti in vniuersitate parisiēsi: nūc cōiter tenet̄ ꝙ finitatio naturæ sit ratio locabilitatis substātiæ sepatæ: nō est de fide. & cōtradictoriū huius dicti Scotus & maior pars noīaliū tenet supradictā opinionē. & Thomas eā videt̄ tenere in tertia parte summæ vbi ait de descēsu christi: nō est de fide. Tūc sic. Si cōtradictoria horū dictorū nō sunt de fide sequit̄ ꝙ ista dicta ponere credere & disputare nō est in se hæreticū aut cōtra fidē: nec ipsa disiūctiue vel copulatiue ponēs tenēs & disputans pōt accusari de hæresi. Sed ad hæc dicta simul & copulatiue posita sequit̄ positio cōclusionis meæ ut iacet ꝑcise: ergo ponēs cōclusionē meā ꝑcise ut iacet de hæresi accusari nō pōt. Pro-

batiões aũt omniũ ſupradictorꝫ habent̃ ex ſupraſcriptis. nã de primo dicto patet ꝙ nõ
ſolũ eſt hæreticũ; ſed etiã rõnabilius ſuo oppoſito & a multis catholicis doc. creditũ &
approbatũ; & in ſecũdo cõſentiũt oẽs dialetici & oẽs theologi qui vnq̃ꝫ dialeticã noue
runt, ita de alijs oĩbus; de quibus etiã ſi quis poteſt dubitare vera ſint an falſa; nemo tñ
tã rudis eſt; tã expers oĩs doctrinæ, tã ignarus fidei; & eorũ quæ ad fidẽ attinent qui di
cet illa credi nõ poſſe abſq̃ꝫ hæreſi; & ſic eorũ cõtradictoria eſſe de fide. Tunc autem
vlterius arguat̃ ſic. Qui credit cõcluſionẽ iſtam chriſtus. &c. Ex vi verborꝫ & ſecun-
dũ propriũ & nõ extortũ uſum loquẽdi nõ poſſe habere ſenſum catholicũ credit con-
tradictoriũ alicuius vel aliquorꝫ ex ſupradictis. vij. dictis eſſe de fide. Sed qui aliquid te
nẽt eſſe de fide ꝙ nõ ſit de fide male ſentiũt de fide, quia cõtra dictũ dñi deuteronomij.
iiij. nõ addetis ad verbũ quod ego loquor vobis neq̃ꝫ minuetis ab eo; ergo de cõcluſio
ne mea male; ut ſupra ſentientes de fide male ſentiũt. Vide o ſumme põtifex. videte o Exclamatio
apoſtolici ordinis auguſtiſſimi ſenatores. vide o vniuerſa Roma; ĩmo Italia ĩmo chriſti
anorũ eccleſia ut cõuincãtur in hac prima ꝑpoſione; in qua me maxime fulminabãt; &
in qua multis non tam accuſandi me q̃ꝫ excuſandi ſe de ſua damnatione anſam aliquã
habere videbãtur; & de cæteris quidẽ cõcluſionibus patebit luce clarius nullam vel mi
nimã quidem potuiſſe eos habere occaſionẽ damnandi eas de hæreſi; & iam de iſta pri
ma in qua erant fortiores viſum eſt qualis ſit & recte; ne an nõ recte per eos fuerit dam-
nata; præſertim iam explicato eis per me ſenſu quẽ per eam intendebam; & verbis cõ-
cluſionis ſine aliquo vel terminorum vel orationis abuſu vel extorſione applicato. Et
q̃uuis hoc ſufficiat ad defenſionẽ cõcluſionis meæ, tamen ad pleniorẽ huius materiæ
diſcuſſionem. Dico ꝙ etiã interpretando cõcluſionẽ eo modo quo ipſi interpretaban
tur; ꝙ. ſ. Chriſtus effectualiter tãtũ nõ præſentialiter fuerit in inferno; adhuc aliq̃bus for
te poſſit videri præſumptuoſe per eos fuiſſe determinatũ ꝙ concluſio ſimpliciter eſſet
hæretica. cũ ſit ꝙ Durãdus ordinis prædicatorum theologus maximus; qui forte non
minus doctrina magiſtros iſtos excedit q̃ꝫ ego excedar ab eis tenuit illam opinionẽ eſſe Deſcẽſus xp̄i
probabilem; & cũ veritate articuli bene defenſabilem. Sic enĩ ſcribit̃ in tertio ſententia- ſcd'm durã-
rũ. Ad tertiũ ſic ꝑceditur & videt̃ ꝙ Chriſtus ſecundũ animã nõ deſcenderit ad infer- dum
num; quia idẽ finitũ nõ poteſt ſimul eſſe in diuerſis locis; ſed anima chriſti cũ eſſet crea
tura finita; & ſtatim poſt mortem fuit in paradiſo cum anima latronis. Cui dictum eſt
Luce. xxiij. Hodie mecũ eris in paradiſo; ergo tũc ſaltem nõ potuit eſſe in inferno. Itẽ
ea quæ Chriſtus fecit & paſſus eſt in natura aſſumpta ordinata fuerunt ad ſalutem hu-
manam. Sed ad hanc nõ potuiſſet ꝙ Chriſtus ad inferos deſcendiſſet; quia per paſſio-
nem quã in hoc mũdo ſuſtinuit liberauit nos ab omni culpa & pœna; ergo videtur ꝙ
Chriſtus ad inferos nõ deſcendit. In cõtrariũ eſt quod dicitur in ſimbolo, deſcẽdit ad in
feros. Et apoſtolus dicit ad epheſios. iiij. ꝙ autẽ aſcẽdit quid eſt niſi quia deſcẽdit ad in
feriores partes terræ, glo. i. ad inferos reſpõdeo ꝙ cũ articulus ſit chriſtũ ad inferos de-
ſcendiſſe; & nõ poteſt intelligi rõne diuinitatis ſecũdum quã eſt vbiq̃ꝫ; nec ratione cor
poris ſecundũ quã fuit in ſepulchro. reſtat ꝙ intelligatur ratione humanæ naturæ ani-
mæ ſuppoſito; quo vidẽda ſunt duo. Primũ eſt per quẽ modũ anima chriſti deſcẽdit
ad infernũ. Secundũ eſt ad quẽ infernũ deſcẽdit. Quantũ ad primũ ſciendũ eſt ꝙ cum
aĩa ſeparata nõ ſit corpus nec virtus in corpore; nõ poteſt dici; ꝙ anima chriſti deſcẽdit
ad inferos eo genere motus vel deſcẽſus quo corpora mouẽtur; eo genere motus quo
angeli mouẽtur nõ clare patet. Angeli enĩ dicunt̃ moueri de loco ad locũ; in quãtũ ſuc Angeli qñ
ceſſiue operãtur in diuerſis locis, aĩa ſeparata nõ dicitur habere aliquã operationem cir mouent̃
ca locum vel circa corpus exiſtens in loco; quia cum ex natura ſua ſit determinata ad
certum corpus nõ poteſt mouere nec agere in aliud; niſi mediãte corpore ꝓprio. ſed il-
lo carēdũ eſt ſeparata, ergo nõ põt aĩa moueri de loco ad locũ ratiõe operationis; quã
habet circa locum vel circa corpus exiſtẽs in loco. Nihilominus hoc nõ obſtãte poteſt
dici aĩa ſeparata deſcẽdiſſe ad infernũ dupliciter. Vno modo ſecundũ deputationẽ &

ſic dicuntur deſcendere ad infernũ animæ damnatorũ ſimpliciter. quia ſimpliciter de-
putatæ ſunt; ut reſumpto corpore ſint in inferno ꝓpter qđ dicunt̃ ibi eſſe vbi ſunt ſim-
Aĩa dupl'r deſcendit ad infernum pliciter deputatæ. animæ autẽ ſanctoꝝ patrũ dicũtur in limbo eſſe vel ad limbũ deſcẽ-
diſſe ꝓpter deputationẽ non ſimplicẽ ſed cõditionatã. quia reſumpto corpore niſi libe-
rarẽtur a redemptore. hoc autẽ modo nõ dicitur anima chriſti deſcẽdiſſe ad infernũ. ſ.
ꝓpter deputationẽ; quia omnis talis deputatio eſt ꝓpter culpam cõtractam vel cõmiſ-
ſam quæ in chriſto non fuit. Alio modo poteſt dici anima ſeparata deſcendere ad infer-
num ſecundũ effectũ: & hoc modo poteſt dici anima chriſti deſcendere ad infernum
ꝓpter duplicem effectũ quẽ habuit in illis qui erant in inferno. Vnus effectus fuit exhi-
Effectus deſceſus xp̃i bitio viſionis diuinæ qua carebant. ad quẽ ſꝫ habuit paſſio chriſti per modũ meriti: &
quia totũ meritũ dependet principaliter ab actu animæ. Ideo hic effectus attribuit̃ ſibi
ſicut principali principio merẽdi. Item per appropriationẽ ſicut chriſtus ſecundũ ani-
mã fuit beatus: ſic ſecũdum eam attribuitur ei fuiſſe cauſam beatitudinis in alĳs. Con-
gruum enim eſt ut ens in potentia reducat̃ ad actum per id quod in actu eſt. Alius effe-
ctus fuit ſecũdum quoſdam ad quem ſe habuit anima chriſti directe per modum agẽ-
tis. ſ. illuminare animas patrũ quæ erant in limbo & de myſterĳs quæ cadũt ſub reuela-
tione. Secũdum enim Dionyſiũ ſeptimo cæleſtis gerarchiæ: Chriſtus ſecũdum animã
habet docere angelos: & ratione huius duplicis effectus poteſt dici anima Chriſti de-
Xp̃us angelos docet ſcendiſſe ad infernũ. Confirmatur autẽ hoc triplici ratione. Prima eſt quia moueri vel
deſcendere cõpetit animæ ſeparatæ nõ per modum motus corporũ: ſed per modum
quo moueri cõpetit ſubſtãtiæ ſpiritali: ſed reliquis ſubſtantĳs ſpiritalibus pura deo &
Prima rõ angelo nõ cõpetit ſibi moueri de loco ad locum per motũ qui ſit ſubiectiue in ipſis; ſed
per effectum quem habent in alĳs rebus: ergo ſimili modo competit animæ ſeparatæ
Secunda & competebat animæ chriſti. Secũda ratio talis eſt. Chriſtus dicitur deſcẽdiſſe ad infer-
num; ut animas ſanctoꝝ patrũ illuminaret ad vidẽdum deum; in eodem autẽ inſtanti
quo Chriſtus mortuus eſt ſancti patres viderunt deũ. in eodẽ autẽ inſtanti non potuit
anima chriſti eſſe in inferno per motũ. ergo nec deſcẽdit illuc per motũ qui eſſet in ipſa:
Tertia ſed per effectũ quem habuerit in alĳs. Item ſicut in illo triduo dicit̃ anima Chriſti fuiſſe
in inferno cũ animabus ſanctoꝝ patrũ; ſic in illo triduo vel parte tridui dicitur fuiſſe in
paradiſo cũ aĩa latronis. Cui dictum eſt Lucæ. xxiĳ. hodie mecum eris in paradiſo. ſed
id nõ poteſt intelligi quo ad locũ acquiſitum per motũ; cum ſecũdum ponentes ſpiri-
Idẽ ſp̃us nõ põt moueri diuerſis motibus tus in loco diffinitiue moueri de loco ad locum. Idẽ ſpiritus nõ poteſt eſſe in pluribus
locis: nec moueri ſimul pluribus motibus ad plura loca tendentibus. quare oportet ut
intelligatur ſecundũ effectũ. ꝙ ſi quis dicat ꝙ paradiſus dicit̃ dupliciter. Vno modo lo-
cus corporeus. ſ. cælum empireũ: & ſic nõ fuit aĩa chriſti in paradiſo niſi poſt aſſumpti-
onem. Alio modo dicit̃ paradiſus viſo diuinæ eſſentiæ: & ſic anima chriſti fuit in para-
Paradiſus duplex diſo ab inſtãti cõceptionis: & aĩa latronis in ipõ die paſſionis per quẽ modum non re-
pugnat aĩæ chriſti ꝙ ſimul fuerit in paradiſo ſic dicto. i. ꝙ viderit deũ & ꝙ fuerit locali-
ter in inferno ſi ſic inqꝫ dicat̃ nõ valet; quia ſicut paradiſus dicit̃ dupliciter ſic infernus.
Vno enĩ modo dicit̃ infernus locus correſpondens infra terrã. Alio modo carentia vi-
Infernus duplex ſionis diuinæ; ſicut ergo anima latronis nõ dicit̃ fuiſſe cũ anima Chriſti in paradiſo; niſi
quia merito paſſionis Chriſti: aĩa latronis vidit deũ: ſic aĩa Chriſti nõ dicit̃ fuiſſe cũ aĩa-
bus electoꝝ patꝝ in inferno: niſi qa aĩæ coꝝ ꝗ carebãt viſione diuina: & ſic dicebant̃ eſ-
ſe in inferno merito huius paſſionis purgatæ ſunt ab hac carẽtia: utrũqꝫ ergo de pari de-
bet intelligi quo ad effectũ; nõ quo ad locũ vel motũ localẽ qui fuerit ſubiectiue in ipſa
aĩa. ꝗuis aũt iſtud ꝓbabiliter ſit dictũ: etiã ſatis videat̃ ſaluare articulũ & dictũ ſcriptu-
ræ: quia tñ virtus diuina nõ cõprehẽdit̃ a rõne humana. Ideo nõ eſt ꝑtinaciter aſſerẽdũ
ꝙ aĩa chriſti ꝑ aliũ modũ nobis ignotũ nõ potuerit deſcẽdere ad infernũ. Ad primũ ar-
gumẽtũ dicẽdũ ꝙ idẽ finitũ nõ põt eſſe ſimul in pluribus locis diffinitiue vel circũſcri-
ptiue; nec iſto modo ponit̃ aĩam chriſti fuiſſe ſimul in ꝑadiſo & in inferno. ſed ſecundũ

effectũ nihil ꝓhibet ꝙ idem finitũ dicat̃ esse in pluribus locis quorũ effectus sunt compos- Finitũ potest
sibiles & simul subsunt virtuti eiusdem agentis: & sic anima Christi dicit̃ fuisse in para esse in diuer-
diso simul & in inferno: quia merito eius aĩa latronis vidit deum quod est esse in para- sis locis effe-
diso: & animæ patrũ quæ carebant visione diuina & ob hoc dicebant̃ esse in inferno li- ctiue
beratæ sunt ab hac carẽtia: & per cõsequens ab inferno, immo secũdũ vnũ & eũdẽ effe-
ctum. s. secũdum liberationẽ patrũ potuit anĩa Christi dici. simul esse in paradiso & in
inferno cõsiderãdo terminũ a quo & ad quẽ illius effectus: ratione enĩ carẽtiæ visionis
diuinæ: a qua fuerũt per passionẽ christi liberati potuit dici anĩa christi fuisse in inferno
ratiõe vero visiõis diuinæ ad quã sunt admissi potuit dici esse in paradiso. Ad secũdũ di-
cẽdum ꝙ eo ipso ꝙ per passionẽ christi liberati sumus a culpa & a pœna dicit̃ Christus
descẽdisse in infernũ: q̃a merito eius passionis aliq̃ adẽpti sũt a pœnis inferni. Descẽsus
enĩ ille nõ attẽdit̃ scd'm motũ localẽ existẽtẽ in anima: sed scd'm effectũ quẽ habuit in
saluãdis hæc Durãdus ad verbũ. Qui cum talẽ opinionẽ nũq̃ inueniat̃ retractasse si
ipsa sit simpliciter hæretica: & cõsequẽter cõtra iam determinata ab ecclesia. Sequitur
ꝙ Durãdus mortuus sit hæreticus. O insignis ordo prædicatorũ & nr̃æ religionis ma-
ximus splẽdor potes hæc pati doctorem tuũ primũ fortasse post Thomã: aut sine du-
bio inter primos. cuius libri quotidie in tuis scholis. in tuis claustris. in tuis bibliothecis
habẽtur. legũtur colũtur nũc esse pronũciatũ hæreticum. Agas tu causam doctoris tui
ego meam egi. immo tu o ecclesia tuã agas causam quæ permisisti ꝑ tot annos & nũc
ꝑmittis. Durãdum publice legi & tam nephãdam iuxta hos magistros illius hæresim
aut ꝑ ignorãtiã nũq̃ agnouisti. aut ꝑ negligẽtiã & rei diuinæ cõtẽptum agnitã nõ dam-
nasti. Quod si dicãt nõ opus fuisse noua dãnatione. cũ hæc opinio sit de iã damnatis.
Primo ex hoc sequit̃ ꝙ dixi supra. Durãdũ. s. mortuũ esse hæreticũ. Secũdo & Capre-
olum & Durãdellũ: & multos alios doc. qui opinionẽ Durãdi recitãt: & eã tamen de
hæresi nõ arguũt ignaros fuisse & rudes in fide. nec sciẽtes discernere hæreticũ a nõ hæ-
retico. Tertio dicãt mihi isti patres vbi ipi istius opinionis legerũt dãnationẽ. Ego qui-
dẽ ut de me fateor me eã usq̃ legisse nõ memini. Cõciliorũ ꝓfecto determinationẽ nul-
lam cõtra Durãdum afferre possunt. Cũ nõ solum dãnata hæc nũquã fuerit opinio in
cõciliis: sed nec in aliquo eorũ de ipsa habita mẽtio est. Dicta itidẽ scripturæ sacræ alle-
gare cõtra eũ nescio quo modo poterũt si nõ mẽtit̃ Scotus: qui dicit teste Francisco: ꝙ
etiã de ipso de sensu christi: nedũ de modo descẽsus nõ habet̃ expressa mẽtio in doctri-
na euãgelica & ꝑ præmissa a nobis in principio. Q; patet de modo quo uteretur forte
Durãdus ad exponẽdum auctoritates scripturæ quæ viderẽtur esse cõtra eum. De au-
ctoritatibus scõrũ forte multas possent adducere dicẽtiũ fuisse aĩam christi in triduo in
inferno: sicut corpus fuit in sepulchro: & similia, et q̃cq̃d sit de fantasia Durãdi: q. s. mõ
ipso supradictas auctoritates exponeret forte dicẽdo de aĩa hoc dici & nõ de toto cõpo-
sito. quia ꝑ aĩam principaliter illa sit opatus quicquid inquã ipse dicat: cuius ego opini-
onẽ nec teneo nec unq̃ tenui. Ego hoc dico & firmiter assero nõ valere illam cõsequẽ-
tiã. hæc opinio est cõtra dicta Augustini vel Hieronymi vel Gregorii: & sic de cæteris
docto. ecclesiæ. ergo est hæretica & huius dicti veritas sicut est a bonis oĩbus & subtili-
bus theologis credita; ita a me etiã euidẽter ꝓbabit̃. Quãuis enĩ sanctorũ doc. scriptu- Hereticũ nõ
ra extra canonẽ bibliæ posita sit tradẽda & legẽda & cũ debita reuerẽtia suscipiẽda: nõ esse q̃d est cõ-
tamen sunt eorum dicta ita firme auctoritatis & immobilitatis; ut eis contradicere nõ tra doctores
liceat: & circa ea dubitare: nisi vel per scripturam sacram aliter ꝓbẽtur euidenter: & ex-
presse vel firmiter per ecclesiam ipsa auctorisantem determinatũ fuerit: illa sũmã veri-
tatem & indubiam cõtinere. Ideo per dicta sanctorũ extra canonẽ bibliæ præcise nõ po-
test cõuinci opinio hæretica manifeste; nam ubi non est infallibilis veritas: ibi nec fides
certa & indubia. Cum fides certa veritati infallibili innitat̃. immo circa talia non est as-
sensus infallibilis nec adhesio firma. Ex quo enim ibi certa veritas & indubia fides nõ
est: ei semper assentitur cum dubio & cum formidine falsi. quia ut dicit Augustinus

Fides titubat scriptura fallente

in epistola ad Hieronymū &.xi.cōtra Faustum.c.viij. &.xvi. contra eundē Faustum
si scriptura nō cōtinet ineffabilem veritatē & in aliqua parte sui falsa inueniī non rema
neret in ea certa fides: quia ei firmiter crederet: & ꝓpter falsitatē repertā in vna sui parte to
ta suspecta haberet & sic fides titubaret. Quia ut dicit Augu. de fide christiana. c.vij. titu
batfides si sacrarū scripturarū vacillat auctoritas. Quod aūt in dictis sanctorꝫ extra ca
nonē bibliæ nō sit veritas infallabilis quātū ad præsens attinet tres mihi succurrūt ꝓba
tiones. Prima est quia ipsimet doc. de dictis suis dubitāt an in eis errauerint an nō. Vn

Doctores de dictis suis met dubitare

de Aug. primo de trinitate. c.i. inquit. Nec pigebit me sicubi hesito quærere. nec pude
bit me sicubi erro me corrigere. Et. c.ij. perinde quisquis hoc legit pariter vbi hæsitat.
q̄rat vbi errorē suū cognoscit redeat ad me: vbi meū. reuocet me. hinc liber extractatio
nū Augustini: in q̄ multa ex dictis ab eo antea dānat & retractat. Vñ & secūdo de trini
tate magis optabo a q̄libet repꝛhēdi q̄ siue ab errāte siue ab adulāte laudari. Laudator ei
& errās cōfirmat errorē. adulator vero allicit in errorē. Emēdabit aūt me iustus in mise
ricordia & arguet me. oleū aūt peccatoris nō impinguet caput meū. Et sicut dicit Gui
do carmelita in libro de hæresibus: licet Augustinus in his dictis loquaī humiliter ni
hilominus loquitur veraciter. Vnde ipē ad Vincentiū dicit negare nō possum nec de
beo. sicut in ipsis maioribus ita in meis tā multis opusculis multa esse quæ possunt iu
sto iudicio & nulla temeritate reprehēdi. & in libro de vera religione inquit quicquid
in libris meis erroris inueniet: hoc solum mihi est attribuēdū: quicquid aūt verū aut bñ
expositū illud vni oīm remuneratori & largitori deo tribuat. Possūt ergo dicta Augu
stini egregij & diuini doctoris nō semꝑ in oībus cōtineri indubiā veritatē. Cum ipse
circa ea dubitet errauerit necne: & quod dictū est de Augustino dictum intelligaī simi
liter de alijs doctoribus. Secunda ꝓbatio sumitur a discordia quæ est inter ipsos aucto
res. Discordia enī in scriptoribus testimoniū est falsitatis. Cum sit necesse q̄ saltē vnus
discordantium falsum dicat: quia necessario altera pars contradictionis est falsa. Ideo
Augustinus.xvi. de ciuitate dei probat scripturæ sacræ veritatē ex mutua cōcordia scri
ptorū eius in qua omnes concordant: & nullus ab alio discordat quod attestantur scri
pturæ sacræ indubie & infallibili veritati. Vero enī & veritati ut dicit philosophus pri
mo ethicorꝫ oīa cōsonant quod non accidit in alijs scripturis. Quanta enī sit discor
dia in dictis sanctorꝫ extra canonicas scripturas nemo nō nouit nisi qui illorꝫ libros nō

Opatio sex dierꝫ an successiua vel momētanea fuerit

legit. Discordat Augu. a cæteris sanctis doc circa intelligentiā operū sex dierū. Quia
alij ponūt q̄ deus fecit illa sex dierū opera secundū successionē tēporis dierꝫ: a quibus
discordat Augustinus: qui ponit oīa simul facta iuxta illud qui viuit in æternū crea
uit oīa simul. Vnde motus Augu. numerat illos sex dies nō secūdū successionē tēporꝫ
sed secd'm distinctionē cognitionis angelicæ rerū in ꝓprio genere & verbo: & tamē nō
dicunī illi vel isti hæretici: & constat q̄ vna opinionū est falsa: & per consequens dicta

Discordatio doctorꝫ

corū nō innituntur ineffabili veritati. Similiter discordāt Hieronymus & Augustinus
quia Augustinus omniū psalmorum auctorē facit Dauid. quod negat Hieronymus.
Discordant similiter super repræhensione Petri a Paulo an fuerit de peccato mortali:
aut veniali ipsius Petri. Itē etiam discordant in cessatione legaliū sic q̄ sibi contradicen
do vnus necessario falsum dicit: & tamē ex hoc neuter eorꝫ hæreticus reputaī. Simili
ter Beda super primo regū dicit q̄ Samuel fuit verus sacerdos quod expresse negat Au
gusti. in libro de quæstionibus noui & vete. testa. dicens: Samuel nō fuisse sacerdotem
cū nō fuerit de filijs Aron. & Hieronymus primo cōtra Iouinianū dicit simulq̄ cogno
scendum est q̄ Samuel leuita nō sacerdos nec pontifex fuit. Ideoq̄ nō nominaī inter

Samuel si fuerit sacerdos

sacerdotes: sed inter eos qui inuocant nomen dñi. Dicta ergo istorꝫ nō innitūtur infal
libili veritati cū sibi cōtradicant: quorꝫ vna pars necessario est falsa: ut patet ꝑ philoso
phū.iiij. methaphisicæ. Quin ipē Aug. in hac sententia sibimet videī aduersari. nā in li
bro de q̄stionibus no. & vete. te. q. xlvi. dicit ut diximus Samuel nō fuisse sacerdotem
& tamē.xij. cōtra Faustum. ca. xxxv. sic dicit cōmutatum sacerdotium in Samuelem

reprobato Hely, & cõmutatũ est regnũ in Dauid Saule reprobato, ubi clare Augu. di-
cit translatũ sacerdotiũ in Samuelem sic ꝙ Samuel vere fuerit sacerdos sicut Dauid ve
re fuit rex. De eodẽ etiã Samuele an fuerit resuscitatus videt̃ a scipso dissentire Augu.
Samuelis resuscitatio
Nam ĩ questionibus noui & vete. test. q. xxvij. tenet ꝙ Samuel nõ fuit ꝑ Phitonissam
vere resuscitatus sed dæmon in similitudine Samuelis apparuit Sauli, & in libro de cu
ra ꝓ mor. agen. ponit ꝙ anĩa Samuelis a dæmone vere excitata ꝑ artẽ magicã loquuta
fuerit Sauli. Hieronymus etiã in illa. q. an Saulem fuerit Hierusalem videt̃ in quadam
sua epistola de cuius titulo nõ memini sibi cõtrarius, qui etiã de. lxx. interp̃tibus cõtra
riũ sentit Augu. Item Grego. & Dyo. discordant circa ordines angeloꝝ & solus Hiero
nymus cæteris circa ꝓmotionẽ bigami aduersat̃. ipse enĩ tenet & scribit in epistola ad
Bigami promotio
Occeanũ ꝙ Bigamus añ baptismũ siue post baptismũ põt ꝓmoueri; si nõ post baptis
mũ plures nõ cognouerit uxores. Cui cõtradicũt cæteri dicentes; ꝙ Bigamus siue ante
baptismũ siue post baptismum nõ potest ꝓmoueri & in hoc existimat̃ istos melius di
xisse ut scribit Augu. de bono cõiugali & Ambrosius de officijs. Itẽ Hiero. ad marcel-
Euangelij ꝑdicatio.
lam de quinq; questionibus scribẽs dicit sanctos qui in fine mundi inuenient̃ nõ mori
turos sed viuos assumendos Aug. aũt in li. de ciui. dei. Oĩes tũc morituros affirmat
Item Hiero. sup Mattheũ dicit hoc dictũ psalmi: In omnẽ terrã exiuit sonus eoꝝ. &c.
& illud christi ꝑdicabit̃ euangeliũ hoc in uniuerso mundo esse cõpletum per aposto-
los. Aug. aũt in epistola ad Exitiũ cui consentit Origenes sup Mattheũ tenet hoc non
dum esse cõpletum. Item Hiero. sup epistola ad Titũ. tenet angelos ꝑ multa sæcula an
Angelorũ creatio.
te mundũ visibilem extitisse & deo seruisse;; qđ & Ambro. tenet in Examerõ. Aug.
aũt ꝑ genesim tenet ꝙ simul cũ cælo empireo sint creati. Item Hiero in ꝓlogo libri sapi
entiæ tenet ꝙ ille liber sit philonis & nõ sit cõputandus inter sacras scripturas. Augu.
aũt in tertio retractationũ ostendit se quãdoq; tenuisse ꝙ fuerit editus a Iesu sirach qđ
ibi retractat: & licet nõ exprimat a q̃ sit editus; tamẽ in libro de doctrina christiana ipm
enumerat inter libros sacros. Item Hiero in li. hebraicaꝝ questionũ dicit ꝙ deus anteq;
cælum & terrã faceret paradisum ante condiderat ꝓpter illud qđ dicit̃; plantauerat de
Paradisi creatio.
us paradisum a principio. Aug. aũt sup Genesim ad litterã exponit a principio. i. tertia
die. Item Aug. in li. de cõcordia euangelistaꝝ asserit totã negationẽ Petri factam fuisse
Petri negatõ
in atrio Annæ; & q̃ dicta sunt inde post missum Iesum ad Caipham recapitulando di-
cta esse. Hiero. aũt sup Mattheũ videt̃ velle ꝙ Petrus in atrio Caiphæ negauerit. Cui Be
da in Lucã consentire videt̃. Item Hiero. sup illud abacuch. mũdi sunt oculi tui; negat
singulos angelos p̃positos singulis corporalibus creaturis. & Aug. in. lxxxiij. quæsti
onibus tenet ꝙ sic. Cui cõsentiunt Origenes & Dam. Item Hiero. sup illud Ionæ. Tol
lite me & mittite in mare. dicit ꝙ licet ꝓpria perire manu; ubi castitas periclitat̃. Aug.
Interficere seipsum q̃n licet
vero in li. de ciuitate dei contrariũ affirmat. Multa deniq; reperiunt̃ talia quibus sancti
doc. inter se salua fide cõtraria conscripserũt. Sed nec oĩa succurrũt ꝓperanti maxime.
neq; enĩ elaborari hoc a me opus potuit exactiore diligentia qđ volui venienti statim
iniustæ infamiæ morbo occurrere. scripturus alias sup hac re ut maiore ocio & cura ita
& plura & fortasse meliora. addam tamẽ & illud qđ nũc occurrit Hieronymi in episto
la ad Aug. sic dicentis. Nec mireris si in tuis libris & maxime in scripturaꝝ expositiõe
oppositū huius φ de facto remaneat paneitas in altari substantiata a supposito diuino;
nō habet euidenter ex dictis sanctoꝝ ergo. &c̄. Probat; quia illud Gregorij in omelia
pascali dicentis. species & similitudo illaꝝ vocabula sunt reꝝ q̄ ante fuerūt. s. panis &
vini; hoc qđ ante fuerūt exponūt tenentes opinionē quæ ante fuerūt sola; nunc aūt nō
sunt sola; quia ibi latet corpus christi. Item illud Ambrosij φ virtus dei q̄ creaturas ex
nihilo creat; hic creaturas mutat; & aliæ quæ dicūt panē & vinū nō remanere post con-
secrationē sed conuerti. sic exponent φ panis nō remanet qui panis fuit. licet eadem sit
paneitas; & hoc ꝓpter aliud suppositum. Hæc autē dictio panis dicit suppositū in na-
tura paneitatis; & hoc nō remanet. Multum aūt interest dicere; φ remaneat paneitas in
diuino supposito hypostatizata. & φ remaneat paneitas in ꝓprio supposito; quia hoc
scđo modo nō fieret cōmunicatio idiomatum quæ fit primo modo. Has aūt auctorita-
tes omnino ego credo esse cōtra sic ponentes de facto & de sic esse & nō de possibili tan-
tū. Quarto sic arguit; Ista opinio approbat de sic esse in confessione Berengarij appro-
bata per Papam Nicolaum Romæ corā. cxiij. episcopis; ergo multo magis pōt teneri
de possibili; antecedens sic deducitur. Quia Berengarius confitetur post consecratio-
nem non solum sacramentū sed etiam veꝝ corpus & sanguinē dn̄i nostri Iesu xp̄i esse
in altari & sensualiter nō solū sacramentaliter; sed in veritate manibus sacerdotū tracta-
ri frangi & fidelium dentibus atteri. Quæ verba vident nō posse plane accipi in sensu
claro & expedito qualis debet esse verboꝝ confessionis sic solenniter approbatæ nisi p
substentationē paneitatis in supposito dei cū corpore Christi modo prædicto. Ita φ sit
idem corpus christi hominis & panis & ita sit integrū inquantū corpus hoīs & attera-
tur inquantū panis sicut christus in cruce moriebat & viuebat. sed hoc ut homo & il-
lud inquantū deus; & φ quidā ita acceperint verba prædictæ confessionis patet per ma-
gistrū sententiaꝝ. iiij. libro. di. vij. Cuius verba sūt hæc. Alij tradunt corpus xp̄i essen-
tialiter frāgi & diuidi & tn̄ integrū & icorruptibile existere qđ se colligere asserūt ex cō

Primum argumentū ꝓ pte affirmatiua. — Dam. — Scđm argumentum Mirabilium ratio potentia facientis. — Tertium argumentum — Gregorius. — Ambrosi⁹. — Quartū argumentum Berengarij confessio de sacramento

fessione Berengarij qui confessus est corā Nicola o Papa & pluribus epīs panē & vinū
quæ in altari ponūtur post cōsecrationē, nō solū sacramētū sed etiā verū corpus & san-
guinē christi esse & sensualiter nō solū in sacramēto: sed etiā in veritate manibus sacer
dotū tractari & frangi; & fideliū dētibus atteri, ecce ꝙ cōfessio Berēgarij attentata & ex
aminata p ecclesiā cōtinet corpus christi nō in sacramēto tātū: sed in veritate dētibus fi
deliū atteri, q̄d plane acceptū veritatē haberet p cōicationē idiomatū, q a atterit dētibus
secūdū paneitatē & integrū manet secūdū humanitatē. Quod si aliqs velit exponere
dictā cōfessionē dicēs: ꝙ ly in veritate & nō in sacramēto tātū refert ad imediatū verbū
tantū, s. manibus sacerdotū tractari: & sequētia verba ad species siue ad exterius sacra-
mētū, sub quo fracto & attrito corpus christi integrū sumit. Videt ꝙ nō accipiant ver
ba cōfessionis plane ut iacēt; & ut de plano sonant; cū tn̄ verba cōfessionis sic examina
ta debeāt accipi absq; expositione violenta, & extorsione secūdū sensum quē in aper-
to faciūt. Sed cōtra arguit ad oppsitū: quia ista opinio de remanētia substātiæ panis in
altari est dānata ab ecclesia: ergo vitanda ut hæretica. Respōdet secūdū sic opinātes ad
hoc primo ꝙ dānata est de sie esse nō de possibili. Secūdo ꝙ opinio dannata differt ab
ista quæ ponit paneitatē remanere hipostatizaram a verbo hoīc. Illa enī ponit post cō-
secrationē plura supposita hoīs christi & panis. hæc vnū suppositū in tribus naturis: si
cut in diuinis est vna natura in tribus suppositis. Illa ponit substātiā panis manere post
cōsecrationē, hæc vero nō per modū substantiæ; sed per modū accidētis, sicut est de hu
manitate assumpta. Illa ponit panē & vinū remanere. hæc vero non: sed aliū panem. H
cet sit eadē paneitas. Ex illa sequitur corpus christi non posse esse in altari veraciter sub
sacramēto; cū panis in nullo mutet. Ex hac vero nō cū ponit panē mutari: & etiā panei Humanitas
tatem quo ad esse, ex illa nō verificat ꝙ panis sit corpus christi cum sint duo supposita quō i deo est
Ex hac vero verificat ꝓpter vnitatē suppositi quod est vnum in duabus naturis. ex illa
sequitur ꝙ quicqd est in hoc sacramēto nō est adorādū latria cū sint duo supposita chri
sti & panis. hæc vero ponit vnica adoratione adorari: quicqd est sub sacramēto ꝓpter
vnitatē suppositi. Secūdo arguit ꝙ nullo modo potest saluari ꝙ p illū modū possit cor Secūdum in
pus christi esse in altari; quia cū quærit vtrū corpus christi possit esse in altari &c. nō in- oppositum
telligit de corpore quod christus est & accipit ꝓ genere, sed intelligit de corpore quod
est pars & nō prædicat de hoīe in recto. Tale autē corpus quod est pars nō cōmunicat
idioma naturæ coassumptæ neq; supposito neq; ecōtra. Licet enī deus sit homo & ecō
tra: nō tamē deus est caput christi & ecōtra: & licet christus homo sit vbiq; ratione sup
positi: nō tamē caput christi hominis est vbiq; quia partes naturæ assumptæ nō cōmu
nicant idiomata supposito, nec de eo prædicātur vel ecōtra. Quāuis ergo paneitas assu
mat a verbo vna cū corporeitate; non tamē dicetur ꝙ corpus christi est panis vel ꝙ cor
pus Christi sit in altari si panis est in altari. licet dici posset & verificari ꝙ panis sit corpus
quod christus est secūdū quod accipitur ut genus. Quod aūt aliter nō accipiat in quæ-
stione & in sacramento apparet. tū quia corpus genus quod dicit in recto de christo nō
dicitur corpus christi sicut animal vel homo quod christus est; nō dicitur homo vel ani
mal christi; tū quia forma vebonim in qua institutū est hoc sacramennim est hæc. Hoc
est corpus meū. Constat autē ꝙ veritas illius verbi nō saluatur de corpore quod est ge-
nus. Animal enim quod de me in recto prædicatur: non est animal meum: sed animal
quod ego sum. Tum quia si in triduo mortis christi fuisset consecratum: fuisset in alta
ri nō corpus genus: sed corpus pars tātum. Corpus enim est corpus animanim: quod
tunc nō erat. igitur corpus christi ut hic quæritur & de quo agitur in sacramēto est cor
pus pars tantum quod non prædicatur de pane vel deo vel homine. Nec enī cōmuni-
cat idiomata cæterarum naturarū. Non ergo esset verū dicere ꝙ corpus christi esset in Tertium
altari modo prædicto ratione panis vel suppositi. Præterea dato ꝙ ratione dictæ sub-
stentificationis in vno supposito panis esser corpus: non tamen ubi panis in altari ibi
corpus christi; sed panis in altari erit corpus christi in cælo: sicut in triduo anima & cor-

Quartum pus erant substentata in supposito: nec tamen ꝓpter hoc anima erat in sepulchro cum
corpore: nec corpus in inferno cum anima. Praeterea si esset substentificatio ista: ipa ter
minaret̃ ad illud ad quod dicimus conuersionem panis terminari: hoc autẽ est corpus
christi: ad quod terminari nõ potest substentificatio naturae alienae. hoc enim soli sup-
posito increato est ꝓprium secũdum cõmunẽ viam. ergo nõ potest fieri substentifica-
tio paneitatis in supposito alterius naturae in hoc sacramento. Itẽ sic arguitur quia secũ
Quintum dum praedictũ modũ substentificationis paneitatis in verbo vna cũ corpore christi du-
dũ assumpto nõ incipiet corpus esse in altari. sed aliquid de nouo incipiet esse corpus
christi. Si autẽ nõ incipit cũ prius nõ fuerit: sequitur ꝙ nõ erit in altari. Item arguitur ꝙ
Sextum licet posset suppositũ verbi assumere paneitatem: quã assumendo crearet sicut de hu-
manitate christi tenemus. tamẽ nõ potest assumere paneitatẽ existentẽ in ꝓprio suppo
sito: quia hoc esset paneitatẽ corrũpere nõ assumere. Praeterea videt̃ ꝙ nõ possit cõfer-
Septimũ ri virtus verbo respectu vnionis paneitatis ad verbũ: quia maioris difficultatis est assum-
Assumptio maioris difficultatis ꝙ̃ creatio ptio paneitatis in supposito verbi ꝙ̃ creatio: eo ꝙ magis distat esse diuinũ a natura pa-
neitatis cui dicit̃ cõicari in assumptione ꝙ̃ ens a nõ ente: & tñ nõ potest cõmunicari cre
aturae virtus ad creationẽ operãdo vel cooperãdo. ergo nec ad assumptionẽ. Cõfirma-
tur auctoritate sancti Thomae in .iij. qui dicit ꝙ ad vniõnẽ creatura cooparí nõ potest.
Cõfirmatio Praeterea illo dato post sumptionẽ sacramẽti sacerdos nõ esset ieiunus & nõ esset ibi ci
Octauũ bus spiritualis tãtũ: sed etiã corporalis: quod est cõtra dignitatẽ sacramẽti. Itẽ Christus
Nonum aliqd dimitteret postq̃ assumpsisset in vnitate suppositi: qa assumeret paneitatẽ quã di
Rñsio mitteret pane cõuerso in mẽbra. Ad ista aũt sic forte diceret̃ prĩo. saluãdo hoc dictũ ꝙ si
Ad scd'm in oppositum ne cõfessione panis in corpus christi põt fieri: ut in altari sit corpus christi modo praedi-
cto ꝑ substẽtificationẽ paneitatis in verbo vna cũ humanitate dudum assumpta de cor
pore: ut est genus: nõ ut est pars: & ita de corpore quod est christus & sumit̃ a corporei
tate quae est natura: & est praedicabilis in recto. Et cũ arguit̃ quod de corpore ut genus
nõ diceret̃ corpus Christi dicet̃ ꝙ imo. sicut etiã dicit̃ creatura salis. i. quae est sal. & ver
bũ dei. i. quod est deus: sicut cũ dicit̃ verbo dñi. i. verbo quod est deus caeli firmati sũt.
& dicimus substantiã materiae manere ꝑ totã trãsmutationẽ naturalẽ. i. substãtiã quae
materia est. sicut etiã dicit̃ ab aduersarijs ꝙ substãtia panis cõuertit̃ in corpus christi uti
Damascenus q̃ substãtia quae est panis nõ quae est pars panis. Sic etiã Dam. li. iij. xvij. ca. accipit car-
nẽ christi. i. carnẽ quae christus est ꝓ genere dicẽs: ꝙ caro dñi deificata esse dicit̃ & deo
cõsubstantialis. Et cũ arguit̃ ꝙ nõ esset cõueniens forma verboꝝ. hoc est corpus meũ
est corpus pars mei dicet: ꝙ forte nõ fieret ꝑ talẽ formã verboꝝ: & forte daret̃ virtus di
uinitus sacramẽtalis verbo cuicũq;: & forte etiã oẽm virtutẽ quã dare posset deus. Cui
cũq; verbo posset deus dare isti verbo. Hoc est corpus meũ: vel etiã nõ significatiuo de
Rñsio ad tertiũ in oppositum absoluta potẽtia: quia virtus dei nõ est astricta significatiõi verboꝝ. Et cũ arguit̃ ꝙ dato
ꝙ panis sit corpus & ecõuerso: nõ tñ sequit̃ ꝙ vbi panis ibi corpus in altari dicet̃ ꝙ imo
sequit̃: quia quicqd dicit̃ de p̃dicato dicit̃ & de subiecto. sicut enĩ quia deus est homo
& deus est vbiq;: sequit̃ ꝙ homo christus sit vbiq; sicut deus: & ꝙ deus includit̃ in cu-
nabulis & est filius virginis. & sugit vbera sicut homo christus: sic seq̃t̃ si Christus ho-
mo est panis & ecõuerso: ꝙ si panis est in altari: ergo & Christus homo nõ solũ ea rõne
q̃ est vbiq; in quãtũ deus. Sed quia panis in altari est. Cõmunicãt enĩ naturae assumptae
idiomata ex parte subiecti p̃cipue: quia in subiecto tenet̃ ꝓ supposito. Dicit̃ aũt ex par-
te subiecti: qa ex pte p̃dicati forte non cõmunicãt sibi idiomata necessario: qa ibi tenet̃
ꝓ natura. Vnde forte nõ oportet ꝙ christus sit homo vbiq;: cũ sit deus vbiq;. licet ex ꝑ
te subiecti homo christus sit vbiq;: nec valet q̃d adducit̃ de aĩa & corpore in triduo: qa
nõ sic vniebant̃ supposito q̃d de supposito p̃dicarent̃ vel de se inuicẽ cũ vnirent̃ ut par
Prima rñsio ad quartum tes vnius naturae. & ideo nõ oportet ea inter se cõicare idiomata: sicut illae naturae q̃ de
se inuicẽ dicunt̃: Certũ est aũt ꝙ si nõ sequit̃ necessario sequit̃ saltẽ de possibili. Quod
aũt dicit̃ ꝙ si est paneitatis substẽtificatio oportet eã terminari ad id ad q̃d dicimus cõ-

uersionē terminari.ad corpus rñdet ꝙ hoc nullā habet necessitatē. Sed dicere possumus
substētationē fieri in supposito simpliciter. Quis ponētes cōuersionē dicāt eā terminari Secunda
ad corpus partem: posset etiam forte dici ut infra dicet: ꝙ substentificatio terminari po
test ad corpus nō ut humanū: sed ut vnitū: quasi si suppositum diuinū habet aliā natu-
ram in se substētare: in quātū eā trahit ad suū esse cuicūq; cōmunicat suū esse infinitū ci
dē cōmunicare posset in illo esse substētare aliā naturā sibi vnitā. & de hoc infra. Cum
vero opponit ꝙ secundū modū istū nō inciperet corpus christi esse in altari: sed aliquid Rñsio ad qn tum
inciperet esse corpus christi vel corpus christus. diceret ꝙ sicut si christo dudū homini
adueniat paneitas incipiet christus homo esse panis: sic incipit ꝑ accidens nouo modo
esse in altari ꝙ pani cōuenit secūdum se. incipiet. s. christus homo esse in altari visibili-
ter. & ut cibus fideliū ratiōe paneitatis assumptæ: sicut christus deus incipit esse in gre-
mio vel utero matris nouo modo ratione humanitatis assumptæ. Ad id quod dicit de Rñsio ad se-
assumptione paneitatis præexistentis in supposito proprio. Respondet ꝙ deus potest xtum
assumere omnē naturam assumptibilem præexistēte in ꝓprio supposito: & cam in as-
sumptione priuare ratione suppositi: & trahere ad ꝓprium esse: Constat enī ꝙ verbum
naturā humanā posset dimittere quæ statim haberet ꝓpriam subsistentiā & rationem
suppositi & ꝑsonæ: licet hoc nō habeat vnita verbo & esset quo ad essentiā eadem hu-
manitas quæ prius erat vnita. Posset ergo modo simili humanitatē prius existētem in
ꝓprio supposito assumere modo iam dicto. & esset eadem natura nūc assumpta & pri Rñsio ad se-
us nō assumpta. Cū aūt arguit ꝙ ad hoc nō pōt cōferri virtus verbo forte pōt & forte nō ptimum
potest. & si nō potest dari virtus inhærēs. quia talis virtus esset creata forte potest dari
virtus assistēs: quia talis esset increata & nō creata. & hoc modo esset sacram ētaliter vir
tute verbi assumptio paneitatis. quēmodo etiā ponūt magni viri virtutē cōferri sacramē
tis nouæ legis. & forte si pōt cōferri virtus inhærēs verbo sacramētalis ad cōuertēdū to
tū in totū: & præcipue in præexistēs sine eius augmēto: potest etiā cōferri ad effectū ꝓ-
dictū: quia forte alicui videbit ꝙ hoc sit tantæ difficultatis sicut illud. Ad id quod dici- Prima rñsio
tur de solutiōe ieiunij. respōdet quis illud de nō soluēdo ieiuniū naturæ sequi ad mo ad octauū
dū q cōiter ponit. s. ꝙ substātia panis nō remaneat. ꝙ si ponamus substantiā remanere Secunda
aliud dicemus vel forte dicetur: ꝙ nō ꝓpter hoc dicit sacerdos post sumptionē ieiunus Sumeni non
qa ibi nō est substātia panis: quia quātūcūq; nō sit substātia panis si iudæus vel christi- soluit ieiuni
anus sumeret species sacramētales per modū cibi corporalis. & intentione cibādi solue um
ret ieiuniū. Sed ideo quia sacerdos non sumit per modū cibi corporalis. sed per modū
sacramenti: ideo nō soluitur ieiuniū. & consimile esset quia si substantia panis remane
ret adhuc nō solueret ieiuniū naturæ: dūmodo nō sumeret per modū cibi corporalis.
Id aūt quod dicit ꝙ Christus nō dimittit quod assumpsit semel dicit præsupponēdo ꝙ
teneat solā naturā humanā assumpsisse: sicut de facto ipam solam assumpsit. posset tñ
aliam naturā assumere & eā dimittere. Potest etiā dici ꝙ si paneitas assumeret a verbo
nunq̄ dimitteret a verbo per se & ex parte sui. sed ꝑ accidēs ex cōditione naturæ assum
ptæ cū suis naturalibus defectibus eā dimitteret ꝓpter naturæ assumptæ corruptionē:
sicut dimisit humanitatē in triduo. Sed rursum disputādo inquiramus an possit salua Color quō
ri corpus: quod est pars esse in altari veraciter absq; cōuersione panis in ipm. & videt ꝙ est in corpe
sic: quia sicut color substētatur in substātia: ut in subiecto mediāte alio accidente: verbi
gratia superficie nō quidē ꝙ superficies sit subiectū coloris: quia vnū accidens alterius nō
est subiectum: co ꝙ ut dicitur a philosopho qualitatis nō est qualitas. sed ideo quia co-
lor nō inest subiecto: nisi in ordine ad superficiem: sic paneitas potest substentari in ver
bo mediante corpore nō quidem ꝙ corpus sit immediatū substentatiuū & substentifi-
catiuū paneitatis assumptæ & verbū primū. Sed quia nō substentificat paneitas in sup
posito verbi: nisi in ordine ad corpus christi partē. Hunc enim ordinē potest deus po-
nere inter naturas assumptibiles: licet in natura sua non habeant illū ordinē sicut aufer-
re potest ab aliquibus naturalē ordinē quē habent inter se: ut inter calorē & actū calefa-

tiendi in fornace Chaldæorum & in alijs multis. Sicut ergo color quia substantiæ inest
in ordine ad superficiē dicitur de superficie in cōcreto per modum qualis accidentalis
dicendo sup̄ficies est colorata; sic paneitas quæ est substantia dicet̄ de corpore christi in
cōcreto sumpta ꝑ modū qualis substātialis siue ꝑ modū qd dicēdo filius dei est panis &
ecōuerso; sicut & humanitas de supposito dicit̄ in qd dicēdo filius dei est homo & ecō
uerso; sicut ergo qa deus homo est & ecōuerso, inde cōmunicāt sibi idiomata v bi deus
ibi homo, & similiter de sup̄ficie & albo sic de pane & corpore. Nā si panis est in altari
corpus christi est in altari, forte aliter dicendū ꝙ naturæ assumptæ habēt modū accidē-
tis ut dicebāt antiqui theologi inquantū aduenīūt supposito subsistenti in actu & non
cōstituūt suppositū, sed magis cōstituunt̄ in esse ꝑ ip̄m. Sicut ergo in accidētibus inue

Sustētare naturæ creatæ se inuicē. pn̄t

nit̄ vnū esse subiectū alterius; licet nō vltimatū sicut dicimus potentiā aīmæ esse subie
ctum virtutū & habituū inquantū est substētata ꝑ aīam; & similiter sup̄ficies respectu
coloris aliq̄ modo subiectū dicit̄, sic licet vna natura assumpta nō possit ꝑ se; & primo
sustētare aliā naturā; tn̄ inq̄tū est verbo vnita & in ip̄o substentata pōt aliam substētare
in se; & habere modū quasi subiecti respectu illius; & illa quasi modū accidentis respe-
ctu illius; quo ad hoc solū ꝙ vna in alia sustentet̄; ut ip̄a est verbo vnita & ab eo substē-
tata. Si eni suppositū nō substētificat naturā assumptā; nisi rōne sui esse infiniti, ad q̄d
trahit naturā sibi vnitā & associatā cuicunq; naturæ cōicat suū esse infinitū; eidē cōicat
posse aliā naturā sibi vnitā substentare. Sic etiā substātia inquātū trahit vnū accidēs ad
suū esse; eo ꝙ accidens non est ens; nisi quia est entis in tantū dat ei; ut possit aliud acci-
dēs sibi adueniēs ut actus aduenit potētiæ substētare in seipso & in suo esse. Corpus er
go ꝓ parte acceptū ut vnitū & substētatū a verbo in suo esse; quod est esse verbi sibi cō
municatū pōt naturā panis assumptibilē & modū accidētis habentē substentificare in
seipso. Hoc eni supponit̄ ꝙ sicut deus dat accidētibus modū substātiæ; sic paneitati pōt
dare modū accidētis substētādo ip̄sam in alio quod ad eā se habebit quasi subiectū. nec
differt quo ad hoc utrū sit ꝑfectū in specie vel nō, quia q̄nq; subiectū accidētis est imp-

Subiectū accidētis nō p̄t esse ꝑfectum in specie

fectū in specie; sicut caput vel manus. Sicut etiā deus ꝓducit aliquas creaturas īmedia
te; & aliq̄s mediantibus alijs. & sicut in seip̄o terminat ut in fine aliquas creaturas ꝑ ali
as; sic etiā potest verbū in seip̄o terminare ut in supposito substētāte aliquā creaturam
mediāte alia. & sicut creaturæ ꝑ quas deus ꝓducit, dicūtur ꝓducētes & creaturæ ꝑ q̄s
in se terminat; ut in fine dicunt̄ fines siue subfines. sic creatura ꝑ quā verbū in se aliam
substētificat dicet̄ substētificare. ratione ergo talis substētificationis in corpore christi;
ut in quasi subiecto & īmediato substētamēto dicet̄ in cōcreto panis est corpus & ecō
uerso. sicut filius dei est homo & ecōuerso. & cōicabūt sibi idiomata modo prædicto si

Aristoteles Damaicen⁹

cut sup̄ficies & coloratū. Supponit eni panis ꝓ substētante paneitatē sicut albū ꝓ sub-
stētante albedinē. Sicut eni dicit philosophus in primo topicoꝝ; ꝙ albū est corpus ta-
lem colorē sic habēs. dicit Dam̄. li. iij. c. xi. deus est qui habet diuinā naturā. & homo q
habet humanā naturā; & sic de cæteris; & sicut nō differt ad hoc ꝙ aliquid sit album q
ip̄m in quo substētat̄ albedo sit ꝑfectū in specie vel nō. sic nō differt ad hoc ꝙ aliqd di-

Contra

cat̄ panis ꝙ ip̄m quod est paneitas quasi subiectū. in quo. s. īmediate substentificat̄ pa
neitas sit ꝑfectū in specie vel impfectū; siue natura vel pars naturæ. Contra; quia natura
assumpta vel pars naturæ assumptæ nō habet rationem suppositi; nec habet esse subsi
stentiæ in se; quia licet cōmunicet̄ ei esse verbi; tamē ut eius est nō est esse subsistentiæ;
sed existentiæ in alio. Non ergo natura assumpta ut vnita est potest substentare aliam

Rn̄sio

naturam in se. nec trahere eam ad suppositum cum nō habeat ip̄a rationem suppositi.
Sed si hoc cōcludit nūqd etiā cōcludet ꝙ sup̄ficies nō potest in se substentificare colorē
cū esse q̄d est subsistētiæ respectu substātiæ ut cōmunicatū accidēti sit existētiæ. & ita
nō poterit esse subiectū coloris; eo ꝙ ip̄a superficies sit accidens. nūquid dicendū ꝙ esse
verbi ut est humanitatis assumptæ in habitudine ad verbum est existentiæ. sed ut est
eiusdē humanitatis in habitudīe ad paneitatē est subsistētiæ. ut aūt est vltimo assumptæ

naturæ est existentiæ simpliciter sicut de superficie posset dici. Sed adhuc contra præ- Cōtra iterum
dicta sic arguit̄ natura immediate vnitur supposito: non ergo est possibile ꝙ paneitas
supposito verbi vniatur mediante alia natura: cū inter naturam & suppositū nō possit
cadere mediū. Sed forte natura ꝓprio supposito immediate vnitur. sed de supposito Rn̄sio
extraneo respectu cuius habet modum aliquē accidētis nō oportet. sed vna potest vni Contra
ri supposito mediāte altera modo prædicto. Cōtra si tenet similitudo de supficie seq̄ret̄
ꝙ sicut supficies sepata a substātia est subiectū coloris & est colorata. sic si corpus sepa-
ret a supposito verbo ipm esse posset q̄si subiectū paneitatis & adhuc diceret̄ panis q̄d
est absurdū. Hoc nō erit si dicamus ꝙ sicut dicit Hilarius supficiei sūpatæ a substātia pt
cōferri esse & modus eēndi substātię rōe cuius subiectū erat accidētibus. sed nō sic hūa
nitati sepatæ cōferri pōt esse suppositi verbi infinitū rōne cuius poterat substētare natu
rā substātialē aliā. Et tu nota ꝙ in his oībus inq̄sitionibus semp fuit p̄suppositū ꝙ sup-
positare alienā naturā sit ꝓpriū esse infiniti. Sed adhuc cōtra arguit̄ sic. Verbū assum- Suppositare ꝓpriū entis infiniti
psit carnē mediāte aīa. nec tn̄ ꝓpter hoc aīa dicit̄ de carne vel ecōtrario. ergo dato ꝙ ver
bū assumpsisset paneitatē mediāte corpore: nō ꝓpter hoc vnū dicet̄ de alio. Sed forte
nō est simile. qa verbū dicit̄ assumpsisse carnē mediāte aīa tanq̄ aīa existēte media quo
ad esse naturæ. Itē mediāte aīa quo ad fieri assumptionis: sed nō assumpsit carnē medi-
ante aīa: quasi aīa primo substētata. & aīa deinde substēter carnē sicut dicit̄ de hūanita
te & paneitate. sed ideo qa non assumpsit carnē nisi in ordine ad naturā humanā cuius
est pars ꝑ aīam sibi vnitā. Rursus ꝓ parte falsa arguit̄ ꝙ cōuenientius sit ponere: etiā de Rursus ꝓ parte falsa arguitur.
facto corpus christi esse in altari ꝑ hypostatizationē paneitatis in supposito christi dei
q̄ ꝑ cōuersionē. Quia si illud reputat incōueniēs est: quia est cōtra determinata ab ec- Primo
clesia: sed ꝓbat̄ ꝙ hoc nō est. Nā si in aliquo videret̄ ista positio esse cōtra determinata
ab ecclesia: hoc maxime videret̄ in duobus ꝙ videlicet panis remaneat: & ꝙ accidētia
nō sint ibi sine subiecto: sed neutrū dicit ista positio. Cōcedit enim ꝙ panis nō remanet:
quia suppositū panis nō remanet. & pōt etiā dicere ꝙ accidentia sunt ibi sine subiecto.
Accidēs enī dependet a substātia q̄ntū ad existentiā tm̄ saltē secūdū cōmunē viā nō se- Accidens q̄modo pēdet a substantia
cūdū essentiā. Quare licet remaneat essentia panis: cū tamē desinat ibi esse subsistētia
panis ꝑ quā subsistebāt accidētia. relinquit̄ ꝙ accidētia ꝑ se subsistāt: nisi ponamus ea
migrare de subiecto in subiectū. Secūdo arguit̄ quia hæc positio sit cōuenietior: quia
plures difficultates tollunt̄ ꝑ hāc positionē. Solū enī difficultas de vnione est hic. pau- Secundo
ciora aūt sunt ponēda in articulis fidei: nisi fides cogat & assumptio est specialis articu-
lus: ergo nō oportet multiplicare miracula & credibilia supra rōnē nostrā sine euidenti
& cogēte necessitate. Tertio quia ꝑ istū modū melius saluat̄ apparentia: qa apparet in Tertio
hoc sacramēto esse panis & vinū q̄d saluat assumptio & nō cōuersio. videmus enī ali-
quē nutriri ex hostijs sicut ex vero pane & putrefieri hostias. & eis deniq̄ oīa accidere
q̄ accidūt substātiæ panis. Quare si ista oīa pn̄t saluari cū hoc nō veraciter corpus chri-
sti sit in altari: & q̄d ille panis q ut dicit Berēgarius fideliū dentibus atterat̄ sit verū cor-
pus christi melius est isto modo adhærere q̄ modo de cōuersione: per quē ista nō saluā
tur sine multiplicatione miraculorū. Quarto quia dicit paulus primo corinth. x. Panis Quarto
quē frāgimus nōne participatio corporis dn̄i est. Quinto: quia ibi est christus sacra- Quinto
mentaliter vbi est virtute sacramenti directe. sed directius fit christus in altari per assum
ptionē q̄ per cōuersionē: quia forma huius sacramēti quæ efficit significando directius
efficit illud quod magis ꝓprie significat. & hoc est vnio ꝑ assumptionē qua cōmuni-
cātur idiomata: ita ut hoc sit illud quod sonāt verba formalia hoc est corpus meū. non
autē vnio cōuersionis: quia per illā panis nō est christus: nec ecōuerso. sed panis fit chri
stus vel cōuertit̄ in christū. Sexto: quia ille modus de cōuersione est intricatus: & mul Sexto
tas habet difficultates: hic autē est clarus & expeditus. Assumptionē enim credimus
iam per aliū articulū. quæcunq̄ autē sunt idē supposito limitata vbicūq̄ est vnū: ibi est
reliquū. sicut vbicūq̄ est musica fortis ibi est eius albedo. Dico aūt limitata: quia si vnū

esset limitatū & aliud illimitatū: vbi esset limitatū ibi esset illimitatū: nō tamen ecōuer-
so. Sed pane assumpto corpus christi humanum: & corpus panis esset vnū supposito
& utrunq; esset limitatū. ergo cū in altari esset panis. assumptus ibi esset per consequēs
corpus christi. Item mediū est ꝓpinquius q̄ extremū. Sed si christus assumeret panem
vel paneitatem: hoc faceret mediante sua corporeitate: quia indignius assumptibile est
mediante digniori secūdum cōgruitatem assumptionis. igitur cū suppositum christi
assumēs eēt in altari cū pane assumpto: multomagis ibi esset corpus christi: quod esset
Vltimo mediū assumptionis. Vltimo videt̄ q̄ nihilominus possint saluari auctoritates sancto-
rum de cōuersione tenendo assumptionē: cum enim esse differat ab essentia: vnum po-
test assumi alio nō assumpto: unde non sic est verbum incarnatū sicut in paneatū: quia
in illa assumptiōe præuēta fuit essentia assumpta anteq̄ haberet esse. Vnde nūq̄ habu-
it esse aliud ab esse diuino sibi cōmunicato: ꝓpter quod fuit assumptio sine cōuersione
aliqua assumpti in assumens & ecōuerso. Vnde ecclesia dicit nō cōuersione diuinitatis
in carnē nec supple cconuerso. sed assumptione humanitatis in deū: Panis præexistēs
habet esse & essentiā & assumptio ad humanitatem suppositi cōsumit ipsum subsiste-
re nō per annihilationē; sed ꝑ assumptionem essentiæ substātialis ꝑficit̄ hoc mysteriū.
& sic oēs auctoritates de trāssubstāriatione loquētes & cōuersione possunt referri ad
esse & nō ad essentiā: & auctoritates dicētes q̄ post cōsecrationē non manet panis sed
fuit, verū est secūdū esse; quia remanet solum secūdū essentiā. Ex quibus videt̄ q̄ ita ve-
raciter potest esse sacramētaliter in altari corpus christi sine cōuersione ꝑ assumptionē
paneitatis sicut modo ponit̄ cōmuniter ꝑ cōuersionē imo istoꝝ triū terminoꝝ assum-
ptio, cōuersio, annihilatio, nō potest intelligi bona distinctio: nisi præsupponēdo mo-
Assumptio annihilatio & cōuersio differunt dū opinionis istius dicēdo q̄ illud assumit̄ q̄ ante aliquod ab ipso ꝑhabitū esse suppos-
tabile ad nouū suppositi esse assumūtur illud annihilat̄ quod simpliciter desinit esse. ita
q̄ sua reproductio esset creatio & impertinēs est omnino ad hoc siue ponatur q̄ ei ali-
quid succedat siue nihil succedat; quia hoc a re quæ desinit esse est omnino extrinsecū.
illud vero conuertit̄ quod remanēs secundū essentiā amisso ꝓprio esse suppositi tran-
sit ad esse alterius suppositi; & vere fit illud suppositū. & hæc est vera ratio cōuersionis
in qua duo intelligūtur in conuerso: quod. s. remaneat ꝑ essentiam: & ꝑ hoc differt ab
annihilato & fiat aliud ꝑ rationem suppositi per quod differt a non cōuerso. & dum fit
aliud rationem ꝓprij suppositi dimittat & per hoc differt ab assumpto. Tenēdo autem
cōmunem modū conuersionis non conuertitur panis sed annihilatur. & qui volunt
saluare q̄ sit cōuersio ita q̄ non annihilatio videtur potius verbis q̄ re satisfacere. Vn-
de & multi de illa via concesserunt q̄ sit annihilatio &c̄. Ad oppositū pro parte vera ar-
guitur q̄ opinio ponens sacramētum eucharistiæ de facto cōfici per assumptionem pa-
Ad oppositū ꝓ pte vera arguit̄. neitatis sit incōueniens & irrationabilis. Primo autē arguit sic Durādus q̄ ridiculū est
q̄ omni die assumatur vna natura; immo multæ a supposito diuino & omni die depo-
nant̄: quod esset si substantia panis in hoc sacramēto de nouo assumeret̄: quia q̄t sunt
cōsecrationes tot assumerent̄. & quot fiunt assumptiones sacramēti tot deponerent̄.
Sed hæc forte ridiculositas nō demōstrat falsitatē suppositi. Secūdo arguit̄: quia videt̄
impossibile q̄ talis assumptio fiat mediāte aliquo creato: sicut ponit prædicta opinio:
quia illud mediū vel se habet in rōne efficiētis talē assumptionē vel in rōne terminantis
sed nihil creatū potest se habere ad assumptionē aliquo istoꝝ modoꝝ ergo &c̄. Minor
ꝓbat̄ q̄ enim nihil creatū possit esse causa efficiēs talis assumptionis patet; quia talis as-
sumptio fit ꝑ hoc q̄ res amittit suū ꝓpriū & naturalē modū essendi & alienum induit.
quod nō videt̄ posse facere nisi auctor naturæ: qui solus naturas rerum instituit. sic so-
Rn̄sio lus eas mutare posse videt̄. Hoc argumētū Durandi forte ostendit q̄ illud creatum nō
potest esse causa efficiēs principalis ꝑ idē videt̄ q̄ nihil creatū potest terminare ad talē as-
sumptionē: quia nō potest tribui alicui naturæ: quod est supra naturā & totū cursum
naturæ, hoc aūt est subsistentificare aliā naturā quæ nata est in se subsistere. & hæc forte

erronea opinio ſupra poſita crederet ſe euitare per quædam ſupradicta. Non enĩ de fa
cili ſemp falſum de ſua falſitate p euidẽtes rationes cõuincit: ita eſt debile lumen noſtri Intellect⁹ humanus vltimus i ſua natura
intellectus utpote eius qui vltimus eſt in natura intellectuali. Praeterea arguit ſic Du
randus quicquid ſit de poſitione talis aſſumptionis: omino tamẽ incõueniẽs eſt q fiat
mediante corpore parte. Nunq̃ enĩ corpus ut accipit ut pars humanæ naturæ ponen
do vnam formã tm̃ in hoĩe: cũ nõ poteſt noĩare ſolam materiã, ſed neceſſario noĩet cõ
poſitũ ex materia & forma dante eſſe corporeũ, neceſſe eſt ut corpus humanum dicat Corpus ps & corpus totum
realiter totũ & non partẽ. licet ſecũdũ rationẽ poſſit noĩare partẽ: eo q aĩa dat omnes p
fectiones quas dant formæ inferiores. Et ideo ſi cõſideret compoſitũ ex materia & for
ma: quæ eſt anima, put dat eſſe corporeũ tantũ & cõparet ad idem cõpoſitũ prout per
animã habet non ſolum eſſe corporeũ: ſed ſenſum & vitã & rationẽ, ſic corpus primo
modo ſumit ut pars. & ſecũdo modo ut totum. ſed cũ hæc differẽtia ſit ſolum ratiõis
nõ eſt ad ppoſitũ eorũ cũ dicãt realem aſſumptionẽ panis fieri mediãte corpore parte.
Differentia enĩ rationis nihil facit ad differentiã realis aſſumptionis. Quicquid aũt ſit Rñſio
de efficacia iſtius rationis cõtra ponentes vnã formã. Patet q contra nõ tenentes vnam Quartum
formã nõ pcedit. Item arguit ſic. Deficit hæc poſitio in hoc q ponit q p talẽ aſſumptio
nẽ corpus chriſti ſumptũ de virgine ſit in hoc ſacramẽto p cõmunicationẽ idiomatũ:
quia vnũ prædicat de altero: quia qua rõne corpus chriſti eſſet in ſacramẽto altaris p aſ
ſumptionẽ ſubſtãtiæ panis: eadẽ rõne ſanguis eſſet in hoc ſacramẽto p aſſumptionem
ſubſtãtiæ vini. ſed hoc nõ eſt verũ ut pbabit ergo &c. Aſſumptũ pbat: quia ſi ſanguis
chriſti eſſet in hoc ſacramẽto p aſſumptionẽ ſubſtãtiæ vini: ſicut ponit de corpore chri
ſti p aſſumptionẽ ſubſtãtiæ panis: tũc oporteret q ſicut panis aſſumit mediãte corpo
re quod ptinet ad vnitatẽ ſuppoſiti aſſumẽtis: ſic vinũ aſſumeret mediãte ſanguine p
tinẽte ad vnitatẽ ſuppoſiti aſſumẽtis. modo cõſtat q ſanguis chriſti nõ ptinet ad idẽti
tatẽ ſuppoſiti chriſti. cũ ſanguis nõdum ſit ſub forma humana. ſed ſit humor in via ad
cõuerſionem ut fiat ſub forma humana: ergo ipm nõ poteſt aſſumi a ſuppoſito chriſti
mediãte ſanguine: niſi forte diceret q in q̃libet cõfectione huius ſacramẽti eſſet aſſum
ptio ſanguinis chriſti imediate: & mediãte ſanguine aſſumptio vini. & ſic oĩ die eſſet aſ
ſumptio nouæ naturæ. ſ. ſanguis abſq; oĩ ordine ad naturã panis aſſumptã q̃d alij ne
gant: & mediãte iſta eſſet aſſumptio vini. Sed in hoc forte multi nõ ſolum nõ accepta
rent rõnẽ Durãdi. ſed nõ minus eũ reprehẽderet quã ſupradictã opinionẽ. ſ. de nõ aſ Rñſio
ſumptione & nõ hypoſtatica vnione ſanguinis chriſti effuſi in cruce & exhibiti in ſa
cramento ad ſuppoſitum filij: quia videt q ſecũdum hoc ille ſanguis nõ fuiſſet ſuffici
ens preciũ redemptionis humani generis. Cum nõ eſſet vnitus hipoſtatice diuinitati.
Vnde ſanctus Thomas. vi. quolibet. q. vi. ſic dicit: Sanguis chriſti in paſſione effuſus
humanũ genus ſanctificauit. ſecundũ illud hebræorũ vltimo. Ieſus ut ſanctificaret per
ſanguinem ſuum populum extra portam pa us eſt. humanitas etiam chriſti virtutẽ
ſaluiferã habuit ex virtute verbi ſibi vniti: ut dicit Damaſce. iij. lib. unde manifeſtũ eſt
q ſanguis in paſſione effuſus q maxime fuit ſalus fuit diuinitati vnitus. & ideo opor
tuit q in reſurrectione iungeret alijs humanitatis partibus &c. hæc ille. Sequitur Du
rãdus cõtra prædictam poſitionẽ: quia corpus chriſti eſt in altari vel ſacramento altaris Sãguis xp̃i effuſus & aſſumptus
p verã exiſtẽtiã ſuæ naturæ. & nõ ppter ſolam cõicationẽ idiomatum. ſicut ponit hæc
opinio quod patet: quia hoc ſemp refert idẽ numero quod præceſſit. Sed chriſtus inſti
tuendo hoc ſacramentũ dixit hæc verba Lucæ. xxij. Hoc eſt corpus meum quod p vo
bis tradetur &c. Et hic calix in meo ſanguine qui p vobis effundetur. ergo illud idem
corpus numero quod poſtea fuit traditũ apoſtolis in ſacramento ad edẽdum: ſed cor
pus quod fuit traditũ ad crucifigẽdum nõ fuit de natura panis: ſed fuit corpus ptinens
ad naturã humanitatis: ergo corpus traditum apoſtolis in ſacramento altaris fuit vere
de natura humanitatis: & pari rõne in ſacramento noſtro eſt corpus chriſti ptinens ad
eius humanitatẽ & nõ eſt ibi ſolum p cõicationẽ idiomatũ ex aſſumptione paneitatis.

Remotio ob iectionis

Quod si quis dicat q relatiuũ refert idẽ secũdũ suppositũ: nõ idẽ secũdũ naturã, & sic
potest vere dici demõstrato pane assumpto; hoc est corpus meũ quod ꝓ vobis tradet
quia idẽ est suppositũ habẽs paneitatẽ assũmptã & corporcitatẽ postea traditam. & sic
idem suppositũ fuit prius demõstratũ & deinde traditũ, licet secũdũ aliã & aliam natu
ram nõ valet. Quia cum dicit hoc est corpus meũ, corpus nõ potest ibi teneri pro sup
posito habẽte corporcitatẽ; sed potius pro natura habita ut notat ꝓnomen possessiuũ
cui additur cũ dicit corpus meũ; hoc est quod habeo. Sed forte hoc haberet maiorẽ effi

Rñsio

Aliud Durãdi argumentum

caciam apud grãmaticos q̃ apud theologos. Vlterius arguit sic q dicta assumptio nõ
sufficit ad hoc q corpus christi sit in altari; neq; realiter neq; secundũ cõmunicationem
idiomatũ, nõ quidẽ realiter: quia assumptio duarũ naturarũ ab vno supposito nõ suffi
cit ad hoc q vbi est vna natura sit alia, quia si suppositũ filij a principio assumpsisset hu
manitatẽ Petri in Roma; & Pauli in Iudæa; nõ ꝓpter hoc vbi esset Petrus ibi esset Pau
lus & ecõuerso; nisi quo ad suppositũ quod de utroq; prædicat: & de quo utrũq; præ
dicat cõcretiue. Similiter dato q suppositum filij assumpserit humanitatem & paneita
tem, nõ oportet q vbi est natura panis; ibi sit natura humanitatis, neq; ratione supposi
ti posset dici q vbi panis est; ibi est corpus christi ꝓpter cõmunicationẽ idiomatũ; quia
secũdum illam opinionẽ nomẽ suppositi nõ recipit prædicationẽ panis assumpti/ nec
corporis partes. Non enim verũ est dicere secũdũ istos q filius dei sit panis vel corpus
quod est pars; ergo tõne cõmunis suppositi, nõ potest vnũ de altero prædicari ut sic di
cat vnũ esse alterũ vel vnum esse vbi est alter; nec est simile de dente ethiopis & eius al
bedine; quia albũ dicitur dens; & dens dicit albus, & vbi est vnũ est alterum; quia hoc
est per hoc q sunt vnũ in subiecto; & per cõsequens indistincta subiecto & loco, nõ sic
aũt potest dici de corpore humano & paneitate assumpta; & quicqd sit de hoc argumẽ

Rñsio

to hoc est verũ q sicut nõ sequit de necessitate; sequit tñ de possibili &c. Petrus autem

Argumentũ primũ Petri de palude

de palude sic arguit. aut assumeret substãtiam panis cũ accidentibus aut sine non sine;
quia hoc est impossibile; quia quod nõ est ꝑ se factibile; nec substentabile quacunq; vir
tute ut relatio vel aliquid huiusmodi nõ est per se assumptibile. Substantia autem cor
poralis sine quãtitate fieri nõ potest; quia est suus terminus & ꝓpria passio magis quã
titas siue figura, hoc autem multi negarẽt. Si aũt cum accidẽtibus; tunc nõ esset in alta
ri sacramentaliter: sed localiter per quãtitatem cum substãtia assumpta in altari, nec in
demora sicut localiter fuit in utero per quantitatem cum humanitate ibi assumpta. Et

Rñsio

Quãtitatis xp̄i in altari

forte hoc cõcludit q nõ eo modo sacramẽtaliter quo dicũt Thomistæ ꝑ cõuersionem
qui dicũt q nõ est ibi ꝑ suam quantitatẽ: sed quãtitatem panis; quã si assumat cũ pane
iam videbitur q sit ibi ꝑ quantitatem quæ sit sua. Modus autẽ Thomistarum a multis

Secundo

nõ tenetur. Secũdo arguit Petrus q nõ potest intelligi de corpore quod est genus; sed
solum de corpore quod est pars: quia genus nõ prædicat possessiue de suo inferiori: si
cut pars de toto. Cũ enĩ dico humanitas mea & manus mea, nõ autẽ aĩal meũ nec ho
mo meus de meipõ. Hoc aũt apparet de cõsecratione sanguinis qua dicit: hic est calix
sanguinis mei. sanguis autem nõ est æquiuocum ad genus & ad partem sicut corpus
sed tantũ sumitur ꝓ parte. Dato ergo q corpus q est christus per assumptionem esset
ex vi sacramẽti in altari; nõ tamen corpus christi quod est pars nisi tñ ex naturali cõco

Respõsio

mitantia; quia per assumptionẽ nõ fieret vnio in naturis; sed in persona tãtum. Vnde p
illam assumptionẽ fieret q panis esset corpus q est christus: nõ aũt corpus christi sicut
nec modo diuinitas est humanitas; & de hoc satis dictũ est supra. s. de corpore parte &

Tertium

de corpore quid est genus. Tertio arguit. quia sicut corpus hoĩs assumptũ non debuit
cõrrũpi nec putrefieri; nec in substãtia nec in quãtitate, sic nec deberet corrumpi panis
si assumeret. Forte autẽ hæc similitudo nõ currit de necessitate. Ad argumẽta ꝓparte
opposita respõdet ad auctoritatẽ Damasceni dicit q sicut constat q aqua baptismatis
nõ assumit in vnitate suppositi diuini: nec grã sancti spiritus vnit ei ita ut faciãt vnum
suppositum; similiter panis & vinũ nõ assumunt ad diuinum suppositum nec eis con

iungitur diuinitas in vnitate suppositi, sed sicut aqua ibi assumitur ut materia sacramē ut permanens: sic panis & vinum ut materia transiens: quia materia sacramēti cōuertit in corpus christi: & per cōsequēs dicit aliquo modo vniri diuinitati nō per assumptionem manente natura panis aut vini. Sed per transsubstantiationē in humanitatē prius assumptam, patet hoc ex sequentibus vbi dicit sic quemadmodū naturaliter per comestionem panis & vinum & aqua per potum in corpus & sanguinē comedentis & bibentis transmutātur: & non fit aliud corpus q̄ prius: ita & propositionis panis & vinū & aqua per mutationē & aduētum spiritus sancti supernaturaliter trāsit in corpus domini & sanguinem: & ideo non sunt duo sed vnū & idem. Ex quibus videtur q̄ nō est intentio Damasceni per substātiam panis & vinum remaneant & assumātur a diuino supposito: sed transeunt in corpus & sanguinem christi: & sic vniuntur diuinitati. Instant autem illi quaerentes quomodo vnitur quod anihilatur. i. vere in se desinit esse & instant de illa similitudine carbonis in qua dicit q̄ sicut carbo lignū simplex nō est: sed vnitum igni: ita panis cōmunionis nō est simplex panis: sed vnitus diuinitati. Et dicit q̄ carbo & ignis nō sunt supposito idem: vnū tamē cum sua corruptione transit in aliud: sic panis cōmunionis nō est cū diuinitate vnū supposito: sed sua desitione transit in corpus christi quod est vnitū diuinitati. Sed cōtra quia tunc panis cōmunionis assimilaret igni in quē videlicet transiuit carbo per sui corruptionē: & nō ipsi carboni in quo cum ipsius naturae ligneae saluatione simul inuenit natura ignis. Quaere respōsionem & forte est haec q̄ similitudo nō currit quo ad omnia: & forte fuisset melius q̄ Damascenus nō posuisset illam similitudinē: & cū dicit idem Dama. q̄ deus cōiugauit diuinitatem pani. Dicēdum est q̄ nō per assumptionem licet sicut cibus coniūgitur cibato quia cōuertit in ipsum. Accipiat autē inter hanc cōuersionē: & illā illa similitudo quae ibi potest cadere. S. Thomas in. iiij li. xi. di. q. i. dicit q̄ verbum Dama. intelligendū est quātum ad species: quibus corpus christi diuinitati vnitū modo ineffabili coniūgitur haec ille. & postq̄ modus iste est ineffabilis nō oportet vlterius quaerere de ipso. In tertia autē parte summae. q. lxxv. dicit: deus cōiugauit diuinitatē suam, idest diuinā virtutem pani & vino: nō ut remaneāt in hoc sacramento: sed ut inde faciant corpus & sanguinem suū. Ad auctoritatē apostoli dicit q̄ illa loquutio est figuratiua: tā ex parte subiecti q̄ ex parte praedicati. Nā panis ex parte subiecti supponit p̄ sacramēto sensibili. s. speciebus panis. Corpus aūt christi etiā sumit figuratiue. Vnde secū'm glosam, per illā locutionē nō datur intelligi q̄ substantia panis aut species panis sit vere & realiter christus aut corpus christi; nec q̄ corpus christi praedicet in recto de substantia panis: aut de specie panis: sed est sensus: panis quē frangimus in sacramēto. i. participatio panis fracti in altari, participatio corporis diuini est. i. facit nos vnum esse cū christo. Meminerint autē magistri qui mea damnabāt: q̄ si verba Damasceni & Pauli in ista materia acciperentur ut prima facie & superficialiter sonare videntur: multis possent facere sensum in fide erroneum. Cum autē dicitur q̄ ad hanc positionem de assumptione minores sequūtur difficultates. Dicēdum q̄ in his quae sunt fidei: nō semper eligendū illud ad quod pauciores sequūtur difficultates: sed id quod est magis consonum traditionibus apostolicis & dogmati ecclesiastico: etiā si plures difficultates occurrant. Oportet enim intellectū captiuare in obsequiū fidei: & traditionibus patrum obediētī se humilitate cōmittere: ut bene & religiosissime dicit etiā Plato in Thimaeo. Item dicet aliquis q̄ licet illa assumptio magis saluaret apparētiam ad sensum: tamen cōuersio magis saluat apparentiam ad intellectū, idest verba euangelij quae melius est saluare: quia non possunt mentiri sicut sensus possunt decipi. Sed contra arguitur adhuc pro parte opposita. Quia si hoc non fit per assumptionē, ita q̄ includatur in articulo incarnationis. eadē enī esset credulitas, oportuit de ista conuersione esse specialem articulū: qui tū non est in symbolo. Dicunt quidā sicut Petrus de palude q̄ articulus de eucharistia forte est specialis sub illo verbo sanctorꝝ cōionē &c. Sanctus Tho. in secunda secūdae

Instantia

Solutio

Contra
Rñsio

Solutio obiectionis
S. Thomas

Ad auctoritatē apli
Glo.

Ad aliud prima solutio

Plato
Secunda

Iterū arguit p̄ p̄te opposita
Primū

Rñsio dicit ꝙ in sacramẽto eucharistiæ duo possunt considerari vnũ. s. quod est sacramẽtum
Ad cõfessio⸗ nẽ Beregarij & hoc habet eandem rationẽ cum alijs effectibus gratiæ sanctificantis. Aliud est ꝙ mi⸗
raculose ibi corpus christi continetur: & sic concluditur sub articulo de omnipotentia:
Glosa sicut & omnia alia miracula quæ omnipotentiæ attribuũtur. In. iij. autem sententiarũ
dicit ꝙ fides de corpore christi & de omnibus sacramentis & clauibus & omnibus hu⸗
iusmodi includitur in articulo qui est de effectu gratiæ: qui est sanctam ecclesiam ca⸗
tholicam &c. Ad confessionem Berengarij dicendum est sicut dicit ibi glosa ꝙ nisi sa⸗
ne intelligas verba Berengarij in maiorem incides errorem ꝗ̃ ipse habuit. Dicit ergo Pe
trus de palude ꝙ cum dicitur corpus christi frangitur exponẽdum est. idest manet sub
speciebus quæ frangũtur ꝗ̃diu manet in quantacũq; parte. Subdit autem Petrus hæc
Nota verba. Sic ergo dico ꝙ deus posset assumere panem & vinum sicut posset conuertere:
& ꝙ posset verba instituere ad quorum ꝓlationem sequeretur assumptio: sicut nunc ad
horum ꝓlationem sequitur cõuersio: nõ tamẽ dedit hanc virtutẽ istis verbis nec posset
saluari sensus modernorum si fieret assumptio & nõ cõuersio: hæc ille. Quæ verba effica
Ad aliud cissima sunt pro veritate cõclusionis meæ quæ tota est de possibili non de sic esse &c.
Ad id quod quotienscũq; sunt duo idem supposito limitata vbicũq; est vnũ ibi est reli
quũ. Dicitur ꝙ ratio tenet solum in his quæ sunt in loco per accidẽs. Secus aũt est de his
Ad vltimũ quæ sunt in loco per se. Cũ aũt dicitur ꝙ ista. videlicet panis est corpus christi: corpus
christi est panis: nõ possunt verificari nisi panis maneret. dicendũ ꝙ exponendũ est: id
est vbi erat panis ibi sit corpus christi. Et hæc sufficiat disputasse de hac quæstione. ex q
bus omibus illa teneo quæ sunt cõsona supra explicatæ declarationi cõclusionis meæ.
Quæ autẽ dissona censeo abijcienda & reprobanda.

Quæstio septima de salute Origenis.

Rationabilius est credere Origenẽ esse saluũ ꝗ̃ credere ipm esse dãnatũ.
Dixerũt isti magistri ꝙ hæc conclusio est temeraria & reprehendenda &
hæresim sapiẽs: & contr. determinationem vniuersalis ecclesiæ. ego au⸗
tẽ ut de eis modestius lo,,uar volo ostendere suũ iudiciũ nõ esse rectum:
& ꝙ hæc conclusio nõ est cõtra determinationẽ ecclesiæ: & ꝙ plus est ꝙ quãdo etiam
ꝗcũq; ipsi cõtra me afferũt essent vera: adhuc nõ potest dici ꝙ hæc cõclusio sit hæretica
vel hæresim sapiat. Erũt aũt ꝓ pleniori huius materiæ declaratiõe: septẽ articuli. In pri⸗
Q uõ in de⸗ claratiõe cõ clusiõis ꝓce dendum sit mo videbitur an Origenes unq; hæreticã aliquã de rebus fidei opinionẽ scripserit & cre⸗
diderit. in scd'o dato ꝙ scripserit an dogmatice vel adhesiue vel inqsitiue tãtũ scripserit.
In tertio dato ꝙ adhæsiue an taliter adhæsiue ꝙ illa scribẽdo mortaliter peccauerit: & hæ
reticus dici possit. In qrto dato ꝙ scripserit: & taliter scripserit ꝙ scribẽdo errauerit: an ꝓ
talibus unq; penituerit. In qnto dato ꝙ de eius nec penitẽtia nec ĩpenitẽtia cõstet. an sit
rationabilius ipsum credere esse damnatũ an saluũ. In sexto quid ex dictis decretorum iu
dicandũ sit ecclesiam determinasse de Origene. In septimo quãtum obliget in ista ma⸗
teria crudelitatẽ nostrã determinatio ecclesiæ. In materia primi articuli amata fuit inter
Roffinum & Hieronymũ cõtentio, quibus (ut dicit Augustinus: qui ortã inter eos dis
sensionem deplorat) dederat deus ut coniunctissimi & familiarissimi mella scriptura⸗
rum sanctarũ pariter lamberent. Opinatur Ruffinus hæretica dogmata: quæ in libris
Origenis ex positio Origenis inueniũtur ab hæreticis falsa fuisse inserta: qui illius deprauerunt libros & ex
Originis mente nõ esse. Hierony. contra sentit. Sed videamus quid utraq; opinio ha⸗
bet ꝓbabilitatis: & apparebit forte ꝙ saluã fide & plenaria satisfactione eorum omniũ quæ
de necessitate salutis tenemur credere: adhuc libere & ꝓbabiliter potest credi ꝙ princi⸗
pales illæ hæreses ex quibus peccatũ cõuincitur Origenis: & cõsequenter dãnatio nõ fu⸗
erint ex Origenis mente: sed ei falso a perfidis hæreticis illius libros deprauantibus im
positæ. Est autẽ ꝓ hac parte primo auctoritas Pamphili martyris cuius liber fertur in de⸗
fensionẽ Origenis in quo gloriosissimus martyr ex verbis ipius Origenis ex eius libris
ibi recitatis ostẽdit ipm catholice sensisse in his in quibus hæreticus accusatur. Hierony

mus aūt hūc librum negans esse Pamphili in apologia sua ad Occeanū & Pāmachium
responsiua sic inquit. Si ab inimicis Origenis libros eius dicitis esse violatos ut infama
retur: quare mihi nō liceat dicere de amicis eius & sectatoribus compositū esse sub no-
mine Pamphili volumen, quod illum testimonio martyris ab infamia vendicaret. Ex
quibus verbis videtur quasi satis notari posse ꝙ Hieronymus utrūq; ponat probabile
inquies sicut cōuinci nō potest Ruffinus ꝙ illi libri non fuerint corrupti: ita nec ipse po
test cōuinci ꝙ ille liber sit Pamphili: & infra subdit Hierony. & ipsum nomen apolo-
geticí ostendit excusationē. Non enī defendit nisi quod in crimine est. Sed diceret for-
te quis ergo & cum hūc ipsum tractatum in quo haec scribit Hiero. apologiae titulo no
tet in quo defendit se ꝙ Origenis doctrinam nō dogma sit sequutus pariter se ostendit
reū esse criminis postꝗ nō defenditur nisi quod est in crimine: & sic nemo iuste poterit
excusari: si excusatio semp iustā praesupponit accusationē. Sed videamus tūc quibus
coiectúris moueat Hieronymus ad credendū librū nō esse Pamphili. Primū quod mō Hieronym⁹
uet Hieronymū est ꝙ eadē legunt in primo li. Eusebij illorum sex quae scripsit ꝑ Ori-
gene Secundū est ꝙ ipse Eusebius scribens vitam Pamphili dixit ipsum nihil proprij
operis scripsisse. Sic enī dicit Hierony. in primo libro cōtra Ruffinū ad Pāmachium & Eusebius ce-
Marcellum. Sex libros Eusebius cesariensis episcopus Arianae quondā signifer factio- sariensis epus
nis ꝑ Origene scripsit latissimū & elaboratum opus: & multis testimonijs approbauit
Origenē iuxta se catholicum .i. iuxta nos Arianū esse. horū tu primū librū vertis sub
nomine martyris & infra. Si iste Pamphili liber est de sex libris quis erit primus Eusebij
& infra. Item Euse. amator & praeco & cōturbernalis Pamphili tres libros scripsit ele-
gantissimos vitā Pamphili cōtinentes in quorꝫ tertio sic dicit de Pamphilo: & ipe qdē
ꝓprij operis nihil oīno scripsit: exceptis epistolis quas ad amicos forte mittebat. In tan
tum se humanitate deiecerat defensor Origenis & laudator Pamphili dicit Pamphi-
lum nihil omnino nec ꝓprij quicq; cōdidisse sermonis: & hoc dixit iā Pamphilo mar-
tyrio coronato ne habeas suffugiū post editos ab Eusebio libros hoc pāphilū scripsis-
se & infra. Quid facient epistolae Theophili episcopi: quid Papae Anastasij in toto or- Theophilus epus
be haereticū ꝑsequētes: Cū liber tuus sub noīe Pamphili editus pugnet cōtra epistolas Papa anasta
eorꝫ & in secūdo libro sic scribit Hiero. Cū ante annos ferme decē. Dexter amicus me sius
us qui praefecturam administrauit praetorij me rogasset ut auctorꝫ nostrae religionis ei
indicē texerē inter caeteros tractatores posui. & hūc librum a Pamphilo editum ita pu
tans esse: ut a te & a tuis discipulis fuerat diuulgatum. Sed cū ipse dicat Eusebius Pam-
philum nihil scripsisse exceptis epistolis &c. Et primus liber sex voluminū Eusebij ea-
dem & hisdem verbis cōtineat: quae sub noīe Pamphili a te ficta sunt; perspicuū est te:
icirco librum hūc disseminare voluisse: ut sub persona martyris haeresim ꝑduceres:
Cum & de ipso quem Pamphili simulas multa puerteris; & aliter in graeco & aliter in
latino sit. In Apologia autē ad Occeanū & Pāmachiū responsiua in qua ostendit se do
ctrinā Origenis & nō dogma sectatū sic inquit de eodē li. Pamphili loquēs videt vel
Didimi vel cuiuslibet alterius fuisse opusculū. Si concedamus ex supfluo ut Pamphi-
li sit, sed necdū martyris; ante enī scripsit ꝗ martyriū ꝑpetrauit. Et quomodo inges mar-
tyrio dignus fuit. s. ut martyrio deleret errorē. haec Hierony. ad verbum diuersis in lo-
cis prout allegatum est de isto libro Pamphili. Ruffinus autē cōprobans librum Pam- Ruffinus
phili martyris esse & ad Origenis facere defensionē in secundo libro inuectiuo contra
Hieronymū postꝗ dixit sic de quolibet opere faciliter dici posse ꝙ eius non sit aucto-
ris cui ascribitur sic deinde inquit. Sed ponamus ꝙ non sit martyris libellus iste; sed cu
iuscunq; vnius de ecclesia, nunquid suis verbis visus est quisquis ille est scriptor ut me
ritis cedēdum videatur auctoris de ipsis. Origenis voluminibus ponit exēpla. Et quid
de singuli. sentiat nō suis defensorijs verbis; sed eius ipsius qui accusatur ostendit. &
ideo superflua est de auctore q̄stio vbi defensio talis est quae assertore nō negat. haec Ruf
finus. Ad ea autē quae dicit Hiero. respōderet forte aliqs sic ꝑ Ruffino. primo cum di-

cit Eusebiũ sex libros scripsisse in quibus Origenẽ probat Arianũ: & horũ primũ con
uersum a Ruffino sub noie Pamphili q̃modo hoc potest stare ꝙ liber Pamphili sit pri-
mus Eusebij cũ diuersa oĩno & pugnãria intendant in illis libris. Nã Eusebius per te o
Hieronyme suis libris conat̃ ꝓbare Originẽ esse Arianum. In libro autem Pamphili ni
hil aliud agitur q̃ ut probet̃ Origenem Arianũ nõ fuisse. Sed quæcunq; hæresim Arij
confirmantia in eius libris inueniũtur ab ipsis Arianis qualis & Eusebius fuit & multi
alij fuisse inserta. Diuersus ergo oĩno sit liber iste ab illo necesse est qui diuersam peni-
tus immo cõtrariam agit causam. Nec sufficit si quis dicat illa quæ ad Arianam specta
bant hæresim de libro Eusebij fuisse cõmutata. Nam & quod pertinet ad alias hæreses
nõ potest dicere Hieronymus Eusebiũ ostẽdisse in illis corruptos esse libros Origenis.
Quia ipsemet in secundo libro cõtra Ruffinũ dicit ꝙ præter id quod attinet ad filium
& spiritũ sanctũ in alijs dogmatibus Euse. & Didimus apertissime in Origenis sectã
concedũt. Quare nõ bene potest intelligi quomodo eadẽ quæ in libro Pamphili legũ-
tur legi poterãt in primo Eusebij: nisi forte aliqua cõmunia de Origene: & ad articulũ
huius conclusionis de quo agit̃ nõ ꝑtinẽtia: nec videtur adeo mirandũ ut miratur Hie
rony. similia aliqua scripsisse Pamphilum & Eusebiũ: qui ut ipse dicit Hieronymus fu
erant cõtubernales quæ potuit Eusebius: vel apud Pamphilũ lecta in suis etiam libris
retulisse vel ut fit quotidie similis mentis motu per se inuenisse & excogitasse. Et hæc
de primo Eusebij. Quod autẽ dicit Hiero. scribere Eusebiũ in vita Pamphili: ꝙ ꝓpter
humilitatem ipse ꝓprij operis nihil scripsit exceptis epistolis. Et subdit ꝙ Eusebius de-
fensor Origenis & laudator Pamphili hoc dicit. Forte responderet Ruffinus hoc non
multũ cõtra se facere. Primo quia & ille tractatulus Pamphili ad epistolæ potius breui
Primo Secundo tatem q̃ ad iusti libri magnitudinem declinat. Secũdo quia illa breuis pro Origene apo
logia nõ recte fortasse dici potest opus ꝓpriũ cũ ibi nihil dogmatizet Pamphilus. imo
nec quæstio ibi de re in vniuersum tractet̃ aliqua. sed de particulari tãtum homine. i. de
Origene breuiter agatur. Fuerint libri eius corrupti necne quod scribere nõ est proprij
operis aliquid condere. nec est ex sua humilitate dogmatistæ: vel auctoris nomen dedi
Tertio tante se subleuare. Tertio possibile est ꝙ & ad notitiã Eusebij iste liber non peruenerit:
tum ob libri exiguitatẽ: tum ob auctoris quam ipse affert humilitatẽ: & nihil magnũ
scribentis & tenuia etiã illa & minutula quæ scripsit occultantis potius q̃ ostentantis.
Quarto Quarto dicit Ruffinus: possibile est etiam ꝙ Eusebius ut Arianæ perfidiæ defensor li-
brum martyris qui suã sectam Origenis testimonio priuabat nõ occultare modo vo-
luerit; sed hac etiã obliqua sua testatione agere: ut nõ esse Pamphili a posteris crederet.
Quare ꝙ Hieronymus quasi ad corroborandũ rationẽ suam dicit defensor Origenis:
dicit Pamphilum nihil scripsisse &c̃. potius cõtra ipsum est q̃ ꝓ ipso. Quia ex quo Eu
sebius Origenẽ nõ ut catholicum: sed ut Arianum defendebat: merito in hoc sicut di-
xi potuit esse suspectus. Sed quid oportet in his laborare: aut quomodo omnino potest
Hieronymus ex Eusebij testimonio ꝓbabare illam pro Origene Apologiam non esse
Apologia phamphili Pamphili: cũ ipse Eusebius in libro sexto historiæ ecclesiasticæ dicat a sancto Pamphi-
lo martyre scriptã esse Apologiã ꝓ Origene. Cum aũt subdit Hiero. quid faciẽt episto
læ Theophili episcopi. Quid papæ Anastasij &c̃. Diceret forte Ruffinus nõ pugnare
librũ Pamphili cõtra primariã illoꝝ intentionẽ. Fuisse enim illoꝝ ꝓpositum hæreses il
las pessimas & venenata dogmata cuiuscũq; essent extirpare de mũdo. quia hoc ad fi-
dem spectabat ad religionis confirmationẽ & stabilimentũ ecclesiæ. Origenis autẽ illa
esse ut credebat̃ a multis: aut nõ esse parum curaturos fuisse religiosissimos pontifices.
Quinimmo optabile forte illis & acceptissimũ fuisse futurũ si certis & validis ꝓbari po
tuisset argumẽtis hæreticas illas opiniones nõ fuisse ab Origene creditas: quia pro fide
hoc faceret non cõtra fidẽ: cõtra hæreticos: & nõ ꝓ hæreticis qui nõ parũ tanti viri & a
catholicis tñ laudari testimonio innitebant̃: & errorẽ suum illius auctoritate defende-
bãt. Quapropter pugnaturũ Pamphili librũ cõtra illas epistolas; si in illo hæreses quas

illi accusabant excusarent. Nō aūt si id totis in eo agit viribus: ut illarū assertores tā bono patrono priuent quē si illae ꝓsequunt epistolae. Certū est q̄ nō nisi ut illarū creditū opinionū haeresiarcham ꝓsequunt. Ad ea autē quae in secundo libro affert Hiero. sic fortasse responderet. Primo cū dicit se etiā aliquādo credidisse & ita scripsisse illum esse Pamphili librum priusq̄ apud Eusebiū legisset Pamphilū nihil scripsisse & caetera. Ex hoc suo dicto forte sic contra eū argumentaret Ruffinus. si lectū o Hieronyme Pamphili librū Pamphili esse aliquando & credidisti & scripsisti. Dic quaeso quae in eo legebas mendacia ne & haereses aut haeresum fauores esse cognoscebas: an potius vera vel verisimilia & catholicam fidē nihil laedentia; si falsa; & haeretica quo pacto adduci poteras: ut crederes auctorē libri esse catholicum martyrē de cuius testimonio & dictis nihil sinistre sine flagitio suspicari quis posset. Si vero & catholica & deniq̄ christiano martyre digna: cur nunc ipsa damnas & commenticia dicis: & ad introducendas haereses disseminata. & breuiter cur indigna martyre nunc iudicas: quae tūc martyre digna iudicasti; cum eadē sint quae nūc legis & quae tunc legebas: quasi dicamus ipm autoris titulū secludentes. ipa quae ibi in defensionem Origenis dicūtur secūdū se consideremus. Si mala sunt cur tunc sancti martyres esse iudicasti. si bona cur etiā nūc cuiusq̄ sint ꝓ bonis nō acceptātur. Praeterea q̄modo potes o Hieronyme dicere ad introducēdas haereses me librū disseminasse: cum in eo libro nihil aliud agatur (ut supra etiā dictū est) nisi ut haeretici Origenis testimonio se corroborare non possint: quod ad euellendam facit nō ad disseminandā haeresim. Praeterea nō solum latinus inuenit iste liber sed graecus. Ego Ruffinus latinū feci ex graeco transferendo. Graecū quis edidit si nō Pamphilus. nō ego utiq̄ Ruffinus secundū te qui me de inscitia arguis graecarū lr̄arum librū tam graece & tā facūde scribere potui ut Eusebij stilum aequaret. Si alius ꝓfecto ratur ille respōdet Hiero. q̄ Dydimi est vel alicuius alterius. Instabit Ruffinus. Quisquis fuit ille alius iā nō ego Ruffinus; sed alter huius criminis reus tenebitur. & si Dydimus est mēdax scd'm te; & deceptor est Dydimus praeceptor tuus o Hieronyme: quē tu & ꝓphetam videntē & oculū habentē spōsae de cātico canticorꝫ & apostolicū virum in tuis libris nominasti mēdax inquā ipse qui ipsum graecū edendo falso Pamphilo adscripsit: nō ego qui inuentū graecum titulo Pamphili sub eiusdem auctoris titulo: transferendo cōmunicaui latinis. nec mirum tibi esse debet q̄ ego Dydimo in hac re credide rim: cui tu in scripturarum explanatione credidisti. Quod autem dicit q̄ aliter in latino sit aliter sit in graeco. Diceret Ruffinus cur locos non ꝓfers o Hieronyme male interpretatos an ideo ne mea culpa asserere possim; sicut & tu cum Augusti. ad te scribat quaedam de tua ex hebraeo interpretatione damnari & locos nō ponit. Dicis ideo factū ne te possis defendere & veritatē tuae interpretationis cōprobare. Quare quod tibi diceret Ruffinus licuit de Augustino. liceat & mihi quoq̄ de te o Hieronyme suspicari. Haec sunt dicta de dissensiōe Hieronymi & Ruffini de libro pamphili: in qua ego sicut & in alijs oībus Hieronymi iudiciū iudicio Ruffini semp antepono.

Cōtra Hieronymū argumenta

Dydim⁹ Hieronymi praeceptor

Nota

Secundū q̄d ad possibilitatē huius affert q̄ Origenis libri sint corrupti hoc est q̄ hoc similiter videmus accidisse multis alijs libris catholicorꝫ doctorū. Nā Clemēs apostolorꝫ discipulus q̄ Romanae ecclesiae post apostolos eṕs & martyr fuit libros edidit q̄ appellant recognitio. In quibus cū ex ꝑsona petri doctrina quasi vere apostolica exponat; in aliquibus ita Eunomij dogma inserit: ut nullus alius q̄ ipse Eunomius disputare credat filiū dei creatum de nihilo dicēs. Itē in Clementis Alexandrinae ecclesiae presbiteri viri catholici inuenit scriptū dei filium esse creatū. & in Dyonysij Alexandrinae vrbis episcopi quatuor libris vbi cōtra Sabellum disputat est Ariani dogmatis cōprobatio. & quid oportet apostolicos ꝓferre viros: cū sciamus ipa euāgelia & ipsorum apostolorum dicta ab haereticis saepe fuisse deprauata; ut maxime ex libro Tertulliani cōtra Marcionē cuilibet cōstare potest. Quod ergo illorꝫ cōtigit libris cur nō & Origenis libris potuit cōtigisse; & omnino in simili causa cur ꝑ oīa similis nō

Clemēs discipulus apostolorꝫ

acceptat excusatio. quæ ideo etiã de Origenis libris videt magis acceptãda: q ipsemet
viuẽs adhuc de hoc in suis epistolis: ut infra patebit cõquæritur: corrũpi. s. & deprauari
ab hæreticis libros suos. Quod si hoc p impossibili habet Hieronymus illud asserẽs q
sic quicqd in libris oim reperit: ab alijs dici possit esse corruptũ. & q difficile est oia ex
emplaria posse viciari. Nescio quo pacto ipe respõdere poterit Eunomianis cõprobã
tibus dogma suũ testimonio Clementis apostolorũ discipuli, in qbus inuenit expresse
scriptũ filiũ dei esse creatũ. Nã si ipe ad hæc recurrerit corruptos libros Clemẽtis ab ipis
hæreticis ipius Hieronymi verbis hoc arguent esse impossibile. illa & ipsi dicẽtes sic. s.
quicqd reperit in libris omniũ ab alijs corruptũ dici posse: & impossibile esse oia exem
plaria esse corrupta. Quare forte cauẽdũ est ne dũ hæreticũ oino facere volumus Ori
genẽ hæreticos apostolos hæreticosq apostolorũ discipulos esse faciamus. Nam cũ ni
hil minus detestandæ & execrãdæ hæreses nõ minus impia dogmata in illorũ inueniã
tur libris: q in libris Origenis nõ video. Cur nõ vel similiter accusent vel excusentur si
militer. Hieronymus autẽ de libris Clemẽtis & aliorũ corruptione his verbis respõdet,
& qmodo inges in libris eorũ viciosa nõ nulla sũt si me causas viciorũ nescire respõde
ro: nõ statim illos hæreticos iudicabo. Fieri enim potest ut vel simpliciter errauerint vel
alio sensu scripserint: vel a librarijs imperitis eorũ paulatim scripta corrupta sint: vel in
nocẽter quædã & minus caute loquuti sint. & quæ nõ possint puersorũ hominũ calũ
niã declinare. Huic aũt Hieronymi respõsioni sic forte respõderet Ruffinus: sic ut non
ppterea q in eorũ libris viciosa nõnulla sũt etiã si causas viciorũ nescias: nõ statim vis il
los hæreticos iudicare. Cur visis aliquibus in Origenis libro viciosis: quibus etiã alibi
Origenis laus ipm legis cõtradicẽtem Origenẽ statim hæreticum iudicas: quæ est causa dissimilitudi
nis maxime cũ & in Origene eã ingenij sublimitatẽ eũ fidei zelum tale ac tm scriptura
rum studiũ: & ut noueris fuisse & scripseris & prædicaueris: ut nõ imerito in codicibus
undecũq potius q in mente eius vitiũ fuisse suspicari possis. Præterea sicut fieri potuit
secũdũ te ut illi vel simpliciter errauerint vel alio sensu scripserint vel innocẽter & minus
Dydimus caute loquuti sint. Cur nõ fieri potuit similiter ut Origenes vel simpliciter errauerit: vel
alio sensu scripserit: ut contendit Dydimus: vel innocẽter & minus caute loquutus sit
quædam quæ nõ possunt peruersorũ hoim calũniam declinare. Et sicut a librarijs im
peritis dicis potuisse illorũ scripta corrũpi: cur nõ similiter vel ab imperitis librarijs vel
Hilarij liber a pfidis hæreticis scripta Origenis potuerũt corrũpi omnino dissimilitudinis causa non
apparet. Refert etiã Ruffinus q liber Hilarij cõfessoris post Ariminẽsem synodum fu
it falsatus ab hæreticis. & q ob hãc causam cũ in cõcilio episcoporũ ei quæstio mouere
tur pferri librũ de domo sua iussit: qui nesciẽte se in scrinijs suis hæreticus tenebat. &
dicit q cum platus fuisset & ab oĩbus hæreticus iudicatus auctor libri Hilarius excõ
municatus discesserit de cõcilio. Hoc esse falsum & fictũ in calũniã Hilarij dicit Hiero
nymus nihil aliud afferẽs. sed verũ fuerit nec ne nõ bene scire potest: nec multũ ad Ori
genis attinet defensionẽ. Hoc est verũ q Ruffinus, hoc de Hilario recitaturus hæc ver
ba præfat. Et ne quid apte credulitati desit res adhuc quæ sunt memoriæ nostræ retexã
quo testimonij veritas neminem lateat. Quare vel verum fuit vel magna fuit Ruffini
impudentia in re tam recẽtis memoriæ apertũ mendaciũ & nouã texere fabellam. Sed
siue verum sit siue falsum nõ videt in Hilarij calumniam vel fictũ vel recitatum: quia
potius illos qui Hilarij librũ deprauauerãt q ipsum Hilariũ calũniat: quẽ innocentem
hæresis fuisse & iniuste excõmunicatũ & subdole deceptum attestat. Post hæc recitat
Ruffinus q Tertulliani liber: cuius est titulus de trinitate sub nomine Cypriani mar
tyris Constantinopoli a Macedonianæ partis hæreticis legebatur. Hieronymus dicit
q nec liber est Tertulliani. nec dicitur Cypriani/sed nouatiani. neuter eorum aliud pro
se affert: nisi q Hierony. dicit q auctoris eloquium stili pprietatẽ damonstrat. Quãq
& in multis sæpe est deprehendere similem stili faciẽ & tenorẽ. Sed hæc nihil ad Orige
nem. Ipe autẽ Ruffinus hoc idẽ ostẽdit accidisse Hieronymo quod & libris Origenis.

refert enim q̃ cum a Damaſo Romanæ vrbis epiſcopo ei traditæ fuiſſent eccleſiaſticæ
epiſtolæ dictandæ Appollinariſtæ Athanaſij librũ vbi dñicus homo ſcriptũ erat ad le-
gendũ acceptũ: ita corruperũt ut in libro id quod eraſerãt rurſus ſcriberẽt. ſ. ut non ab
illis falſatum: ſed a Hieronymo additũ putaretur. Et aduerte q̃ Hieronymus in hac parte
Ruffino reſpõdẽs cũ dicat mihi mea ingenti fabella, verũtñ fuiſſe nõ negat. ſed in fine
ſic dicit. fieri poteſt Ruffine ut etiã ſi a me verũ audiſti alius qui huius rei ignarus eſt di
cat ad te eſſe cõpoſitũ & fictũ. Tertiũ q̃ veriſimile facit libros Origenis fuiſſe corruptos
eſt q̃ de hoc ipſe viuẽs cõqueſtus eſt. Extat enĩ in libro quarto Origenis epiſtola eius ad
quoſdã caros ſuos in Alexandria: in qua cõqueritur his verbis. Sed nihil mirũ mihi vide
tur ſi adulteretur doctrina mea ab inimicis: & tali adulterio corrumpatur quali adulterio
corrupta eſt epiſtola Pauli apoſtoli. Quidã enĩ ſub nomine Pauli falſam epiſtolam cõ
ſcripſerũt ut cõturbarẽt Theſſalonicẽſes quaſi inſtaret dies dñi: & ſeducerẽt eos ,ppter
hãc ergo epiſtolam in ſecũda epiſtola quã ad Theſſalonicẽſes ſcribit hæc dixit. Roga-
mus aũt vos fratres p aduentũ dñi noſtri Ieſu chriſti & noſtræ cõgregationis in ipm ut
nõ cito moueamini a ſenſu veſtro: neq; terreamini neq; p ſpiritũ neq; p verbũ neq; per
epiſtolã tanq̃ p nos miſſam quaſi inſtet dies dñi. nemo vos ſeducat vllo modo: talia er
go quædã video accidere nobis. Nã quidã auctor hæreſeos: cũ ſub præſentia multorũ
habita fuiſſet diſputatio nr̃a accipiẽs ſcripta ab his qui deſcripſerant codicẽ quæ voluit
addidit. & quæ voluit abſtulit: & quæ ei viſum eſt pmutauit: & circũfert tanq̃ nomĩe
noſtro inſultãs & oſtẽdẽs ea quæ ipſe cõſcripſit ,p quibus indignantes fratres qui in pa-
leſtina ſunt miſerũt ad me Athenas hominẽ: qui acciperet a me ipſa auctentica exem-
plaria quod ne relectũ quidẽ vel recenſitũ a me antea fuerat. Sed ita neglectum iacebat
ut vix inueniri potuerit. miſi tñ & ſub deo teſte loquor: quoniã cũ conueniſſem illum
ipſum qui adulterauerat librũ: quare hoc feciſſet velut ſatiſfaciens mihi reſpondit q̃m
magis ornare volui diſputationem atq; purgare ipſam. Videte quali purgatione di-
ſputationẽ noſtrã purgauit tali nempe quali purgatione Marcion purgauit euangelia
vel apoſtolũ vel qualis ſucceſſor eius poſt eũ Appelles. Nam ſicut illi ſubuerterũt ſcri-
pturarũ veritatem: ſic iſte ſublatis quæ vere dicta ſunt ob noſtri criminationẽ inſeruit
quæ falſa ſunt. Hæc ad verbum in Origenis epiſtola leguntur. quod ſi viuente ipſo non
dubitabant hæretici eius libros corrũpere. Quanto magis credendum eſt hoc ipſos au
ſos fuiſſe poſt eius mortẽ. Conqueritur aũt & de alio quodam hæretico in epheſo qui cõ
ferebat multa falſa tanq̃ ſua. & extat etiã in alia eius epiſtola de ſuorũ librorũ falſitate
querimonia. Quartum quod eiuſdẽ rei maxime fidem facit q̃. ſ. hæretica illa Origenis
non ſint: ſed ab hæreticis inſerta eſt: q̃ de illis eiſdem inuenitur alibi Origenes pie & ca-
tholice determinare. Ex quo ſi illa hæretica Origenis ſunt: ſibijpſi contradicet. Locos
autem vbi catholice agit de illis plurimos eſt videre in apologia Pamphili. & hoc eſt
quod dicit Ruffinus q̃ nõ eſt curandũ de noĩe auctoris illius libri: quoniã illa defenſio
cuiuſcũq; ſit p ſe valida eſt cum ex verbis & dictis ,pprijs ipſius Origenis de eius catho
lico & orthdoxo dogmate fidẽ faciat. Et per hoc etiã videtur ſatiſfieri cuidam dicto Hie-
ronymi contra Ruffinum. Nã cum Ruffinus hoc idẽ diceret pie. ſ. & catholice de illis
alibi ab Origene determinatũ ſic inquit cõtra eum. Vbi eſt illa fiducia qua inflatis buc-
cis creberrime pſonabas te quæ in alijs libris Origenis legeras emendaſſe in libris piar-
chon. Et nõ aliena: ſed ſua reddidiſſe ſuis. De tanta librorũ ſilua fruticẽ ac ſurculum ,p-
ferre nõ potes. Reſpõderet enĩ forte Ruffinus nõ oportere ſe de ea ſilua ſurculos ,pfer-
re: de qua iam Pamphilus multas ,ptulerat integras arbores. Locos enim illos copioſiſ
ſime recitat Pamphilus & illo iam præſuppoſito hoc agit Ruffinus in libello ſuo: quẽ
Pamphili libro ſuperaddit: ut oſtẽdat vnde hoc ,puenerit q̃ in libris Origenis contradi
ctoria inueniantur: aſſignatq; illam cauſam de falſatione per hæreticos. Quintũ quod &
multũ facit ad aſſerẽdũ hoc q̃ hæreſes illæ nõ ſunt de mente Origenis eſt q̃ ex teſtimo
nio multorũ q̃bus merito tenemur fidẽ adhibere habemus Origenẽ in principalibus

Damaſus romanæ vrbis eps
Nota
Origenis q̃rimonia
Marcion
Appelles
Apologia Pamphili

opinióibus in quibus errasse dicit̃ catholice sensisse. Duo enĩ sunt principales hæreses
quæ Origeni obijciunt̃. Prima est de trinitate ꝙ male.s. de filio & peius de spiritu scõ
senserit. Secũda est de salute diaboli:q̃d.s. pœna eius & infernale suppliciũ non sit æter
nũ futurũ:sed ab eo sit aliquãdo liberãdus. Ex qua vident̃ multæ aliæ depẽdere eidem
ascriptæ. Illa.s. ꝙ ꝓ salute istorum saluandorũ dæmonũ iterũ in sublimiori elemento
Origenis errores — sit crucifigendus christus. & illa ꝙ omĩa restituenda sunt in vnũ: & illa ꝙ diabolus pœ
nitere possit: & illa ꝙ pœna damnatorũ nõ sit æterna. De istis aũt duabus hæresibus q
nõ fuerũt de mẽte Origenis vident̃ esse euidentia argumẽta. Nã de trinitate nõ solum
Dydimus quo præceptore tm̃ gloriat̃ Hierony. dicit catholice sensisse Origenem. idq
ꝓprijs in periarchon editis cõmentarijs comprobauit. Sed & Athanasius defensor ni
ceni cõcilij libris ꝓprijs contra Arianos voce clara testem fidei suæ hũc virum vocauit:
Origenẽ dãnasse Methodius penituit — & Methodium legimus penituisse ꝙ Origenẽ damnasset, diciq; eũ tandẽ inuentũ ni
hil male credẽtem de sancta trinitate. Quinimmo ipsiusmet Origenis habemus dicta
de trinitate a catholica fide nihil discrepãtia, nam sup illud Pauli ad Romanos: & spiri
tus adiuuat infirmitatẽ nostrã expresse tenet spiritũ sanctũ nõ esse creaturã: & sup illud
qui etiã ꝓprio filio nõ pepercit: sed ꝓ nobis oĩbus tradidit illũ: quo modo nõ etiã cũ il
lo oĩa donauit, hæc Origenes exponẽs dicit. Nihil enĩ est neq; visibilis neq; inuisibilis
creaturæ quod filio possit adequari, nullo enĩ pacto creatori suo potest creatura cõferri
& si creator ipe donatus est nobis: quomodo nõ cũ ipo nobis oĩs creatura donabit̃. &
Origenis verba — infra sup illud Pauli: qui est sup oĩa deus benedictus sic inquit Origenes. Christũ aliud
secundũ carnẽ esse: aliud secundũ spiritũ: iam & in prioribus huius ipius epistolæ par
tibus designauit vbi dicit: qui factus est ex semine Dauid secũdũ carnẽ: qui destinatus
est filius dei in virtute secũdũ spiritũ sanctificationis: & quomodo secũdũ spiritũ filius
dei sit: & secundũ carnẽ filius Dauid: ibi plenius exposuimus ꝓ viribus, quẽ ergo ibi se
cundũ spiritũ filiũ dei dixit: hic ꝓcedẽte doctrina ordine ꝓficientibus utpote auditori
bus deũ: qui est sup oĩa ipm esse ꝓnũciat: & miror quomodo quidã legẽtes ꝙ idẽ apo
stolus in alijs dixit. Vnus deus pater ex q̃ oĩa & vnus dñs Iesus christus ꝑ quẽ omĩa ne
gent filiũ dei deũ debere ꝓfiteri, ne duos deos ꝓfiteri & dicere videant̃: & quid de hoc
loco apostoli facient; in q̃ aperte christus per quẽ oĩa super oĩa deus esse describit̃. Sed
nõ aduertũt qui hoc ita sentiũt; quia sicut dñm iesum christũ nõ ita vnũ esse dñm dixit
ut ex hoc deus pater dñs nõ dicat̃, ita & deũ patrẽ nõ ita dixit esse vnũ deum: ut deus fi
lius nõ credat̃. Vera est enĩ scriptura quæ dicit. Scitote ꝙ dñs ipse est deus. Vnus autẽ
uterq; est deus: quia nõ est aliud filio diuinitatis initiũ q̃ pater: sed ipsius vnius paterni
fontis: sicut sapientia dicit purissima est manatio filius: ergo est christus deus super oĩa
quæ oĩa illa sine dubio: quæ & paulo ante diximus super principatus & potestates &
virtutes & omne nomẽ quod nominat̃: nõ solũ in hoc sæculo/sed etiã in futuro. Qui
autẽ sup oĩa est: super se neminẽ habet. non enĩ post patrẽ est ipse/sed de patre, hoc idẽ
autẽ sapiẽtia dei etiã de spiritu sancto intelligi debet, vbi dicit̃. Spiritus dñi repleuit or
bem terrarũ: & hoc quod cõtinet oĩa scientiã habet vocis, si ergo filius dei sup oĩa dici
Nota — tur: & spiritus sanctus cõtinere oĩa memorat̃. Deus aũt pater est ex quo oĩa. & sic eui
denter ostendit̃ natura trinitatis & substãtia vna quæ est sup oĩa. hæc Origenes ad ver
bum. & alibi sup illud pauli quomodo autem prædicabũt nisi mittant̃ sic inquit. Sunt
enim nõnulli qui annũciãt quidẽ & prædicant de patre & filio & spiritu sancto: sed nõ
sincere non integre ut sunt omnes hæretici qui patrẽ quidem & filium & spiritum san
ctum annũciant: sed nõ bene neq; fideliter annũciant. Aut enim male separãt filium a
patre: ut alterius naturæ patrẽ alterius filiũ dicant: aut male cõfundunt, ut ex tribus cõ
positũ deũ vel trinæ tãtũmodo appellationis faciãt. qui aũt bene bona annũciãt ꝓprie
tates quidẽ pr̃i & filio & spiritui sancto suas cuiq; dabunt, nihil aũt diuersitatis esse cõ
fitebunt̃ in substantia vel natura. hæc Origenes. Quibus verbis quid magis catholicũ
quid magis expressum; necesse est igitur sicubi aliter scriptum inueniatur in libris Ori

genis nõ Origenis esse illud; sed hæreticorꝝ qui ꝑ librorꝝ corruptionẽ patronũ habere
voluerũt Origenẽ erroris sui. De secũda autẽ hæresi tam euidens extat testimonium:
Pro secunda hæresi q̃ eidẽ obijcit defensio
ut meo iudicio male negare possit. Nam in epistola ꝓpria ipse Origenes etiã secũdum
Hieronymi traductionẽ qui illius epistolæ mentionem facit expresse negat diabolum
posse aliqñ saluari, dicitq́ ꝙ nec mẽte quis captus hoc potest dicere. Præterea ꝙ etiã ex
Ipsemet Origenes negat & contrariũ asserit
tat dialogus inter origenẽ & cãdidũ valentiniani dogmatis sectatorẽ; qui cãdidus obij
ciebat eũdem errorem Origeni; & Origenes refutat; negatq́ hoc se sentire. & supra il-
lud Pauli; nunquid sic offenderũt ut caderent; sic dicit Origenes; hunc casum respiciẽs
Paulus; de quo dixit christus; quia videbam sathanã sicut fulgur cecidisse de cælo negat
cecidisse israel. Illorum enim vel in fine sæculi cõuersio erit tũc cum plenitudo subintra
uerit oĩs israel saluus fiet. Istius aũt qui de cælo cecidisse dicit̃ nec in fine sæculi erit vlla
cõuersio. hæc Origenes. Quod etiã illa quæ ei imponit̃ hæresis ꝙ spũs nõ intelligit fi-
liũ; & filius nõ intelligit patrẽ falso ei imponat̃, patet ex his quæ ipse dicit sup illud Pau
li. O altitudo diuitiarũ sapiẽtiæ & scientiæ dei. Sic enĩ inquit hãc altitudinẽ dei inscruta
bilem dicit oĩ creaturæ; de filio vero & spiritu sancto dicere ista nõ poterat; quia filius in
euãgelio dicit ad patrem. Pater omĩa mea tua sunt/ & tua mea. & de spiritu sancto ipse
Paulus ꝓnũciat dicens. Nemo scit hominũ quæ sunt hoĩs nisi spũs hoĩs qui in ipo est:
ita & quæ in deo sunt nemo cognouit nisi spiritus dei. Quin ergo dicit Paulus, quis
nouit sensum dñi de creaturis dicit naturam vero trinitatis excepit. hæc Origenes. Re-
stare videt̃ vna hæresis Origeni attributa. s. in opinionibus de anima ꝙ fuerint ab æter
no creatæ & de cælo delabant̃ in corpora; & de anima scribit quidem ipse Origenes in
cõmentarijs super epistolam Pauli ad Titum se nihil posse determinati ex ecclesiastico
dogmate accipere; nisi ꝙ omnes animæ sunt eiusdẽ speciei ꝙ sunt liberæ voluntatis ꝙ
sunt rationabiles ꝙ sunt immortales ꝙ a deo creatæ; & ꝙ pœnas habituræ pro malis &
Aĩarꝝ conditio
præmia pro nobis. hæc tñ dicit se affirmare de anima. Quia de his in scripturis euidẽ-
tia habeãtur testimonia. In cæteris autẽ de anima quæstionibus dicere se ꝙ magis sibi ꝓ
babile videt̃. & inquisitiue non determinatiue ꝓcedere; quia determinatũ nihil de illis
in ecclesiastico habeat̃ dogmate. Id aũt q̃d magis visum est Origeni fuisse; ꝙ essent aĩæ
corpora creatæ in cælis viuẽtes cõsentiũt cõcorditer omẽs. & Ruffinus in apologia ad
Ruffinus
Anastasiũ Romanæ vrbis epm postq́ tres retulit opiniões de aĩa in fine sic inquit. Ego
vero cũ hæc singula legerim deo teste dico ꝙ usq́ ad p̃sens certi vel definiti aliqd de hac
q̃stiõe nõ teneo; sed deo relinquo scire quid sit in vero. & si cui ipse reuelare dignabitur.
ego tñ hæc singula legisse me nõ nego. & adhuc ignorare cõfiteor. præter hoc q̃d mani
feste tradit ecclesia deũ esse & animarꝝ & corporꝝ cõditorẽ. In libro etiã Pamphili nõ ne
Pamphili liber
gat Origenẽ illi adhæsisse opinioni; sed sic in eius scribit̃ defensionẽ. Nũc vero cum di
uersitas sit apud ecclesiasticos & alij alia de aĩa sentiũt; & oẽs diuersa q̃modo hic magis
q̃ cæteri incusandus est. Tũ post hæc verba recitant̃ opiniões de aĩa quæ tũc erãt; inter
quas & illa quæ nũc tenet̃ a catholicis; & cũ ostensum est manifestas ꝓ illis ꝓbationes
ex scripturis sacris adhiberi nõ posse; accideretq́ & illarũ auctoribus magnas difficulta-
tes in fine sic cõcludit̃. Quod aũt ex his oĩbus ostẽdi volumus illud est ꝙ sicut eos qui
vnã quãlibet de his quas supra exposuimus opinionẽ verã putãt; nõ recta rõne hære-
ticos quis vocat ꝓ eo ꝙ neq́ ex diuinis scripturis certi aliquid de his vel manifesti dictũ
esse videat̃: neq́ in prædicatione ecclesiastica putat̃ contineri. Ita neq́ hunc virũ culpari
iustũ est differẽtẽ quod sibi magis est visum. hæc ibi. Ego aũt ex oĩbus supradictis du-
as infero ꝓpositiones. Prima est ꝙ si Origenes & de trinitate; & de dæmonũ salute ca-
Prima ꝓpositio
tholice sentit; ut magis videt̃ cõprobatũ testimonijs ob erroneã de aĩa opinionẽ eius
cõuincere nõ possumus damnationẽ. Quia Origenes nõ oĩa tenebat̃ suo tẽpore expli
cite de aĩa credere quæ nos nũc tenemur; quia nec in scriptura habebant̃ manifesta; nec
p ecclesiã ut postea fuit tũc fuerat determinatũ. Immo nõ solũ tpe Origenis sed etiã tpe
Augustini; qui ꝑ. cc. annos post Origenẽ adhuc fuerat ꝑ catholicos. i. ꝑ vniuersalẽ ec-

clesiã de aĩa aliquid determinatũ. Nã ipse Augu. dubius erat in opinione de aĩa: ut patet ex eius epistola ad Hieronymũ: an. s. singulæ singulis creentur: ut nunc tenet orthodoxa traditio. Ex qua opinione videbatur Augustino sequi q deus esset iniustus: an ex illa vna quæ facta est in Adam a deo. Aliæ deinde sicut corpus ex corpore: ita animæ ex anima fuerint ꝓpagatæ. nec credas solum in iuuentute de hac re dubitasse Augustinũ:

Animæ qñ creenť

Quia & in primo libro retractationum qui fuit de vltimis de hac quæstione dubitat. Sic enim scribit in primo sine cõtrouersia: ergo quædam originalis regia beatitudinis animi deus est. qui eũ quidẽ nõ de seipo genuit. sed de nulla re alia cõdidit/ sicut cõdidit corpus de terra. Nam quod attinet ad eius originẽ qua sit in corpore: utrum de illo vno sit qui primũ creatus qñ factus est homo in animã viuentem an similiter fiant singulis singulæ: nec tũc sciebam nec adhuc scio. hæc Augusti. ad verbum. Ex quo patet euidẽter ꝓpter erroneã opinionẽ de aĩa prædictam hæreticũ nullo modo posse dici origenẽ. Secũda ꝓpositio quã dico est hæc. quod si vere est quod Thomas in quodlibetis

Ecclesiẽ quõ credendum.

dicit ut in. vij. arti. defensionis Origenis parebit latius. & bona dicit theologia nõ obligari nos de necessitate salutis credere non solum ecclesiæ doctoribus sicut Hiero. sicut Augusti. & similes: sed neq ipsi ecclesiæ nisi in his quæ ad substãtiam fidei pertinẽt: adiunxerimusq; ista ad substãtiam fidei nihil pertinere: utrũ illarum hæresum auctor fuerit Origenes: aut aliquis alius modo hæreses illas hæreses esse. idest impia fateamur dogmata. Videť sequi q nõ teneať homo fidelis & vere christianus de necessitate salutis in hac quæstione potius Hieronymo etiã quod ad ipm magis decliner ecclesia q̃ athanasio dydimo. Methodio: Ruffino. Cuius & fides etiam ꝑsecutionis hæreticorꝫ tpe in sancta Alexãdrina ecclesia carceribus & exilijs dicit ꝓbata: imo ipiusmet Origenis dictis credere eo maxime q in multis alijs quæ etiã ad fidei substantiam magis pertinent Hieronymũ nõ approbamus. Sicut in materia de cerimonialibus: & sicut etiã Hiero-

Hieronymi de Ambrosio sñia

nymo pium est nõ credere vbi Ambrosij cõmentaria in lucam nugas vocat. & ipsum Ambrosium nũc coruũ nunc corniculam appellat. Et vbi eiusdem de spiritu sancto librum damnãs dicit se de græcis bonis vidisse latina nõ bona. & vbi Basiliũ magnum de superbia taxat: & vbi in epistolis Augustini dicit se quædam hæretica legisse: ita forte. & in hoc q potius velit illa quæ Origenem demõstrat catholicum esse ficta & adulterata q̃ illa quæ eum cõprobant hæreticum ei penitus nõ adhærere. nec impium est nec fidei apparet perniciosum ad quã videť potius cõfirmãdam facere Origenis patrocinium: & testimoniũ adimere hæreticis q̃ ad infirmandã iuxta illud quod in Pamphili libro his verbis scribiť. illud cõtẽplari debuerãt qutãtã ridẽdi materiam quantãq hæreticis præheãt: cum eos quos assertores christiani dogmatis & defensores putant: cõfutari nũc videant & refelli a ꝓprijs: & velut ciuili bello gaudeant impugnatam quem ipsi hostiliter impugnare nõ poterãt. Fuerũt autẽ & ex ꝓbatis doctoribus ecclesiæ: etiã

Aymonis verba in testimonium Origenis

Hieronymo posterioribus qui in hac fuerũt sentẽtia q hæreses illæ nõ fuerint de mente Origenis. sed ei falso ascriptæ ab hæreticis. Vnde Aymo vnus ex nobilibus & antiquis doctoribus ecclesiæ in libro de christianarum rerũ memoria sic dicit. Ego sane de Origene viro tam illustri abstinentissimæ vitæ & castissimæ præclaræ doctrinæ puri & lucidi sermonis salua fide patrum dixerim q hæc omnino nõ scripserit: sed ab hæreticis ob præclarum nomẽ eius obfuscandum maligne conficta sunt & conscripta & nomini suo prætitulata. hæc ille ad verbum. hæc dicta sunt de primo articulo examinando & inquirẽdo utrum fuerint hæreticæ illæ duæ opiniones Origenis: nec ne qua in re sicut in alijs omnibus ecclesiæ iudiciũ aliorꝫ omniũ iudicio & rõnibus semper antepono. Pro secundo articulo videť rationabilius ideo excusandus Origenes q si quid scri-

Pro secũdo articulo Augustino

psit quod a catholicis nõ accepteť in illis scribendis: neq dogmatice neq asseritiue. sed dubitatiue semper & inquisitiue procedit. quare sicut licet in Augustini libris super genesim multa sint quæ non acceptãtur: tamen propterea excusantur a nobis q ut ipsemet dicit in libro retractationum plura in eo libro sunt quæsita q̃ inuenta; ita & mul-

ta esse possunt in libris Origenis reprobanda & damnanda: quae quia ipse nõ determi/
nando: sed inquirẽdo dixit: nõ ꝓpterea haereticus est dicẽdus quãdo haeresis assertũ ꝓ Heresis q̃ñ dicitur
p̃ie dicit dogma contra expressam vel scripturae veritatẽ vel ecclesiae determinationẽ.
ꝙ autẽ sic semper locutus sit Origenes ex multis patet locis. Nam & post disputatio/
nem de anima inquit: haec iuxta nostrã sententiã nõ sint dogmata: sed quaesita tantum
atqꝫ proiecta ne penitus intractata viderent. & alibi loquẽs de resurrectione inquit. Si
haec nõ sunt cõtraria fidei & caetera: & infra triplex ergo suspicio nobis de fine suggerit
e quibus quae vera & melior sit lector inquirat: tum tres subiũgit opiniones de resurre
ctione: & in praefatione librorũ in genere sim inquit. Si ꝓfundum aliquid occurrerit de
hoc dicendũ quidẽ est: sed nõ tñ affirmatiue: & infra. nos de rebus magnis quae supra
nos sunt ignorãtiã nostri nõ ignoramus: & sup epistola ad Romanos li. ij. haec ea lege
dicta sint a nobis: ut si qui melius & rõnabilius dixerint illa magis ꝙ̃ haec nr̃a teneant.
Et li. iiij. haec ꝓut potuimus in locis tam arduis & tã difficilibus ꝓlata: si quis forte ani/
mi nr̃i studiũ cõsideret amplecti poterit, si vero infirmitatẽ sensus nr̃i notare velit veni
am petimus: & ei qui melius de his differere vel explanare potuerit libenter cedimus:
& alibi. Probet autem qui legit quid horũ magis sensui cõueniat apostolico & illud te
neat: & libro quinto haec interim nobis in p̃senti loco occurrere potuerũt. Si quis autẽ
melius aliquid senserit nõ pigeat his obmissis illa respicere. & quid plura legat liber pe
riarchon, videbimus illũ hoc ordine ꝓcedere: ꝙ primo ponit illa quae sibi expraesse vide Liber periarchon
bant in scripturis esse determinata: & in illis nihil aberrat ab ecclesia. Alia dicit sibi esse
dubia: & de illis velle ingrere de oĩbus asserẽs illã solũ recipiẽdã esse veritatẽ q̃ in nullo
apostolicis & ecclesiasticis dogmatis aduersef. Pro tertio articulo qui est q̃si cõfirmatio
secũdi dico istã ꝓpositionẽ ꝙ si sit aliquis habẽs erroneã opinionẽ de rebus fidei adhuc
p ecclesiã nõ determinatis modo in volũtate eius nulla sit macula: sed firmũ ꝓpositum
de illis credere semp cõsonae scripturae & ecclesiae. ille nec peccat mortaliter nec haereti/
cus ꝓpriae est dicẽdus Ex qua ꝓpositione sequit corelarie possibile esse ꝙ opinari ali/
quã opinionẽ aliquo tẽpore sit peccatũ mortale q̃d nõ erit alio tẽpe. & hoc est quia põt
quis sine ptinacia credere aliquid vno tpe: quod alio tpe nõ crederet sine ptinacia: utpu
ta post determinationẽ ecclesiae: aut sacrae scripturae dilucidationẽ, de opposito crediti
attestaĩ sentẽtia omniũ doctorũ dicentiũ: ꝙ nõ praecise error intellectus facit hoĩem hae
reticũ: sed oportet ꝙ sit malicia & ꝑuersitas in voluntate. Ideo dicebat Augusti. errare
possum/haereticus esse nõ possum. Confirmaĩ hoc ex determinatione vniuersalis ec/ Hereticũ q̃d faciat
clesiae: quae multos canonizauit qui tñ usqꝫ ad mortẽ perseuerauerunt in erroneis opi/
nionibus de fide. & deinde p ecclesiã ꝓ haereticis reprobatis quas opiniones nusqꝫ legi
tur ab illis fuisse retractatas. Tales fuerunt Papias episcopus hieropolitanus. Victori/
nus pictauẽsis. Hireneus lugdunensis. Beatus Cyprianus & multi alij quos scimus er/ Heretici nõ nulli sancti
rasse in fide: & eorũ opiniones ꝓ haereticis condẽnatas: & tamẽ ipsi habẽtur in canone
sanctorũ: ex quo sequit ut necessario dicẽdum sit: ꝙ vel illi etiã ꝙ decesserint in illis opi
nionibus erroneis in fide: nõ tñ decesserint in peccato mortali. vel ꝙ ecclesia errauerit in
eorũ canonizatione quod si dixerint: ut etiã dixit quidã ex his qui me impugnabãt: re
spõdens ꝙ illi forte nõ erant bene canonizati: iã nõ ego: sed ipsi sentiũt contra determi
natione vniuersalis ecclesiae. Ex hac aũt ꝓpositione infero ad ꝓpositũ Origenis sic. ꝙ
dato etiã ꝙ Origenes multas & plurimas habuerit opiniones erroneas in fide: hoc prae
cise si in volũtate eius nulla fuit macula aliquo modo nõ põt esse argumẽtũ ꝙ aĩa eius
sit dãnata. Vt sic arguaĩ aut quãtũcũqꝫ magnus error de q̃buscũqꝫ rebus fidei sit in in/
tellectu alicuius modo in volũtate nulla sit macula nõ ĩpedit salutẽ eius: aut quãtũcũqꝫ
paruus: & de quacũqꝫ re sit ĩpedit: aut aliqs ĩpedit & aliqs nõ impedit. si quãtũcũqꝫ ma
gnus sit nõ ĩpedit. ergo etiã ꝙ Origenes & in multis errauerit & in principalioribus il/
la tñ si fuit volũtas eius bene disposita & nullo modo maculata nihil impedit eius sa
lutẽ. & ita qui volunt cõuincere dãnationẽ eius nõ sufficit ꝙ ostendãt errores eius & ꝓ

ſeuerantiā in eis. Sed oportet ꝙ oſtendant ꝑſeuerantiā, cū ꝑtinacia aut negligentia vel
alia malicia voluntatis, ſi quātūcūq; paruus ſufficit, ergo error de rebaptizandis hæreti
Chiliaſtæ hæreici — cis debuit impedire ſalutē Cypriani; & hæreſis illoꝝ qui dicūt chiliaſtæ debuit īpedire
ſalutē Papiæ; qui fuit auctor illius hæreſis & cū illa deceſſit, & ſi ſic ergo male ab eccle
ſia fuerūt canonizati. ſi aliquis īpedit & aliquis nō, dicant oportet qui ſunt illi errores q
impediūt & qui nō, & vbi unq; inuenit facta iſta diſtinctio ab eccleſia; ut verbi gr̄a dica
tur habere errorē in his quæ ꝑtinēt ad talē vel talē articulū etiā ſi ſit præciſe debilitas &
defectus intellectus & nō ſit aliqua ꝑuerſitas negligētia; nec ꝑtinacia nec quæcūq; alia
malicia in volūtate eſt pctm̄ mortale, habere aūt errorē in his quæ ad talē vel ad talē ma
Obiectio — teriā pertinēt nō eſt peccatū mortale; niſi ſit in volūtate defectus: & ſi nō inueniat facta
talis diſtinctio aut ab eccleſia aut a doctoribus; nec videant fieri poſſe rōnabiliter appa
ret nō valere dictū quorūdā dicētium aliā eſſe rōnē de Cypriano & Papia & ſimilibus
& alia de Origene; quia Origenes errauit in principalibus, nam quātūcūq; magnus ſit
error; modo ſit ſolū error in intellectu & in voluntate nulla ſit malicia; nō videtur ꝙ ta
liter errās peccet mortaliter. quapꝛopter cū talē maliciā in voluntate Origenis nō lega
mus fuiſſe, dato ꝙ etiam in principalibus fidei myſterijs errauerit grauiſſimo errore &
merito ꝑ eccleſiā dānato nō pōt cōuinci ipſum eſſe dānatū in ſe & in aīa ſua, quod ſiqs
dicat multos eſſe gradus ꝓpoſitionū credendaꝝ præter iſtū gradū ꝓpoſitionum, ſ. de
terminatarū ꝑ eccleſiā & ꝙ etiā ſi nō ſit ꝑtinacia, ſignū tamē eſt ꝑtinaciæ aſſerere aliqua
quoꝝ oppoſita tenetur aſſerens explicita fide tenere & credere; & ꝙ nō ſolum culpabi
lis eſt mortaliter error ꝓpter pertinaciā; ſed etiā qñq; culpat ꝓpter negligētiā inquirēdi
Prima rñſio obiectionis — veritatē quæ negligētia nō eſt pertinacia ſaltem ꝓprie dicta, videtur ad hoc rōnabiliter
Secunda — poſſe reſpōderi. Primo ꝙ Origenes de negligētia inquirēdi in hoc veritatē culpari nō
pōt; quia ut bene dicit Hiero. in ꝑſcrutatiōe ſcripturarū diebus ſudauit & noctibus. Se
cundo ꝙ in nullo errauit Origenes quod ipſe tūc ſic teneretur explicita fide credere; ꝙ
oppoſitum aſſerēs nō dogmatice; ſed ut ſibi probabilius viſum eſt hæreticus dici poſ
ſit. & hoc euidētur probo ex dicto quodam ipſius Hieronymi ſupra allegato. Vbi eni
Hiero. dicit ꝙ etiam ſi in Clemētis apoſtolorū diſcipuli & aliorū talium inueniātur ali
qua vicioſe, nō tamē ꝓpterea iſtos ſtatim hæreticos iudicaret. Subiūgit quadruplicem
cauſam. Primo ꝙ poterūt libri eſſe corrupti. Secundo ꝙ alio ſenſu ſcripſerint. Tertio ꝙ
Clemētis error — ſimpliciter errauerint. Quarto ꝙ minus caute locuti ſint. in quibus verbis debemus ad
uertere ꝙ dato ꝙ liber Clemētis in quo dicit filium dei eſſe creaturam non ſit deprauā
tus, & dato ꝙ auctor alium ſenſum nō intenderit; adhuc ſtatim Clemens non eſt iudi
candus hæreticus, quia potuit ſimpliciter erraſſe. Quid eſt ergo ſimpliciter erraſſe ni
ſi erraſſe ex intellectus defectu & erroneo rationis iudicio & nō ex malicia vel peruerſi
tate voluntatis, ꝙ ſi in illa hæreſi ꝙ filius ſit creatura; quæ eſt maxima etiā quæ obijcia
tur Origeni pōt quis ſimpliciter errare; quia nō ſiet de ipſa adhuc alia eccleſiæ determi
natio vel per maiorē ſcripturarum dilucidationē certior verificatio; in qua hoc demū
fieri nō poterit & ſi tunc illud Clemens nō tenebatur ſub pena peccati mortalis expli
cita fide credere quid poſſumus dicere obligatū fuiſſe Origenem credere explicite de
Nota — his in quibus dicitur erraſſe. Notādum eſt autem ꝙ quia hæreſis eſſe poteſt & in verbis
male & inordinate prolatis ut dicit Augu. & in ſenſu. Ideo dñs Hieronymus modū ex
cuſandi qui in utroq; errauerit cōiunctim vel diuiſim ex ſolo intellectus & non volun
tatis defectu dicit vel minus caute locutum fuiſſe; & hoc ſi in verbis appareat hære
ſis vel ſimpliciter erraſſe; & hoc ſi ſenſus hæreticus ſit a ſimplici & recta voluntate; ſed
Pro q̄rto articulo — a debili & errante intellectu ꝓlatus; & bene notanda & penſitanda ſunt illa verba Hie
ronymi; quia in eis utile & ſanū de hæretica pertinacia dogma recte fundat. Pro quar
Liber apocriphus — to articulo quidam dicētes Origenem penituiſſe allegant planctū Origenis. ſed iſte li
ber apocriphus reputat; ut habet de grericis. xv. di. Ego autē teſtimoniū allego ipſius
Hieronymi ꝙ pro apocripho haberi nō poteſt qui expreſſe Origenē de erroribus ſuis

penituisse testat̃; quod nõ ideo affero; quia hoc sit necessariũ rationabiliter ad creden-
dam Origenis salutẽ; ut patebit sequẽti articulo, sed quia isti magistri nunq̃ clamare de
sisterũt ostendo tibi Origenẽ errasse, ostẽdas tu mihi eũ penituisse; nunquã hoc osten-
des nunquã inuenies scriptũ Origenẽ penituisse de his quæ scripsit. Audiãt ergo reue-
rendi patres Hieronymũ ipm cuius auctoritate Origenẽ fulminant in apologia sua ad
Pãmachiũ & Occeanũ; in qua se ostendit doctrinã Origenis non dogma sectatũ. Post
q̃ Origenis recitauit errores hæc verba subiungẽte ipe Origenes in epistola quam scri
bit ad Fabianũ Romanæ vrbis episcopũ pœnitẽtiam agit; cur talia scripsit & causas te Fabianus papa.
meritatis in Ambro. refert q̃ secreto edita in publicũ ꝓtulerit. hæc Hieronymus adver
bũ. Quid clarius quid expressius; quomodo iã aut qua fronte dicere possunt nusquã
inueniri q̃ Origenes penituerit. Dicã autẽ & quia incurrit quid mihi his diebus cũ duo
bus ex his qui hanc conclusionem damnabant in simili ꝓposito cõtigerit. Cum enim Nota facetiã
ego ut Origenẽ de pertinacia defenderẽ cuidã multũ insistenti determinatũ ab ecclesia
Origenẽ ꝓ pertinacia in anima damnatũ, dicerem ex græcis habere historijs Origenis
dogmata post mortẽ eius post multos annos fuisse damnata; remisissemq̃ illũ si libros
dominõ habebat ad episcopum traguriensem virũ nõ minus doctrina & moribus q̃ Epus traguriensis
sua dignitate præstantem; apud quẽ ego græcum librũ viderã in quo de concilijs mul
ta erant aggregata; dixit ille bonus pater quid me ad græcos remittis quem scis græcas
litteras penitus ignorare; petamus inquit latinas, nonne habemus fasciculum tempo-
rum qui de his rebus elegantissime tractat; afferatur dixi ego iste fasciculus q̃ q̃ subiũ-
xi. Si mihi quasi hoc fasciculo supposito ignẽ ut hæretico pares abigam ego protinus
& tuũ fasciculum in malam crucem, neq̃ enim illi vlla fides, excãduit ille ac si trinitatẽ
blasphemassem ne excandescas inquã, afferatur fasciculus, nec me quasi solutis fasci-
bus iã velis cedere, allatus est & in de eo Origene hæc legimus Origenes doctor egre-
gius ac sanctitate vitæ incõparabilis clarissimus in ecclesia dei; & post pauca in fine di-
cit Grandis labyrinthus a diuersis texit̃ de Sans[illegible]ne, Salamone traiano & isto Origene
an videlicet saluati sint an nõ; quæ quia sine periculo nesciũtur nec etiam ecclesia certi-
ficata est de his domino totaliter cõmittẽda sunt, hæc bonus fasciculus. Quibus lectis
cum audisset ille de damnatione Origenis non esse certificatam ecclesiã mirũ ut expal Nota aliã
luit; & apud quem ꝓbatissimorum fasces nihil poterant; potuit tãtum iste fasciculus
ut sentẽtiam illico cõmutarit, Sequenti die cõpellans me acrius quidam alius manu sa
tis grãdem gestans librum. Quomodo inquit aut qua omnino via audes tu ab æterno
ignis supplicio Origenem defendere; ecce ego tibi ostẽdam cui nõ poteris testimonio
contradicere; qui dicit Origenem nõ posse defendi. Producas dixi ego venerabilis ho-
mo; si habes tuos testes, tum inquit ille. hic est testis quidam magnus & nomen subiũ-
xit. ego vero nomẽ volo subticere. Cuius hi sunt sermones & prædicationes, tunc ego
quos mihi affers sermones quas nugas; nugas ille respõdit iam excandescẽs totus. nu
gas inquã in quibus etiã in ista materia si de ea habet sermonẽ (absit enim ut ego simi
lia unq̃ legerim) nisi expressissimus aliquis inueniat̃ error, Iam volo tecũ Origenis ca
put Ixionis tota perfringere. Impariẽs & iam ille & bili exæstuans aperit librũ & legere
incipit furens voce altissima. Feria quarta sermo. xi. de origenistis. tum in ꝓsequutione
eorum quæ scripta erãt ad singula verba exclamabat. Hic ne error. & ecce dũ sic ad Stẽ
toris inuidiam vociferat̃ hæc legit in libro scripta denique Hieronymus sex milia librorũ
Origenis legisse se fatet̃. & dum statim plecto hoc iterũ clamat; hic ne error; hic inquã
error; & quidẽ magnus. hic apertũ mẽdacium hic falsitas expressa; & ut cõpescerẽ illi-
co hominẽ iubeo afferri epistolas Hieronymi. & statim accurrẽs ad secũdum librũ in-
uectiuũ contra Ruffinũ, ostẽdo ei Hieronymũ Ruffino dicẽti Epiphaniũ papã iactare Epiphaniũ papam
se legisse sex milia librorũ Origenis his verbis respondẽtẽ. De sex milibus aũt libris q̃s Librorũ Origenis numerus
ab eo lectos esse cõfingis; qs credet aut te verũ dicere aut illũ potuisse mẽtiri. Si enĩ Ori-
genes sex milia scripsisset libros poterat fieri ut vir eruditus & ab infantia sacris litteris

institutus pro curiositate & scientia legisset aliena. Quod vero ille nõ scripsit quomo
do legere potuit, numera indicẽ librorũ eius; qui in tertio volumine Eusebij in quo scri
psit vitã Pamphili cõtinentur & nõ dico sex milia: sed tertiã partem nõ reperies; hæc ad
Epilogus verbum Hiero. Erubuit ille & salua fuit res mea. Sed redeamus iam ad ꝓpositum con-
cludendo vel cum Ruffino & alijs quos supra in primo articulo recitauimus debemus
concedere Origenẽ nunq̃ peccasse, vel si cũ Hieronymo ipsum peccasse omnino cõ-
tendimus sciamus; & cum ipõ nobis cõcedẽdum Orignem peccati sui ꝓprio ad Ro-
manũ episcopũ libello dato penituisse. Ego autẽ postq̃ mecum diligenter perpendi &
examinaui ea præcipue quæ ab Eusebio & Ruffino & Hieronymo de Origene dicun-
tur: cõiecto Origenem diu in præscrutatione scripturarum elaborantem; de multis ar-
duis & principalibus theologiæ quæstiõibus ambiguũ fuisse cũ nõ certe & indubitate
sibi ipse videretur de illis ex scripturarum testimonio posse aliquid asserere. & propter
hoc de multis fidei mysterijs forte multa dixisse inquirendo & disputãdo in prioribus
suæ ætatis annis quæ catholica fides nõ reciperet, propterea Origenem qui ut ipse dicit
suam ignorantiam nõ ignotabat & veritatẽ illarum quæstionũ se nondũ cõsequutum
plane cognoscebat ante suæ ætatis .lx. annum nunquã a notarijs excipi publice voluis-
Eusebius se: quæ in ecclesijs prædicabat ut refert Eusebius. Aduertamus ergo ꝙ Eusebius .xxvi.
capite .vi. libri ecclesiasticæ historiæ scribit Origenem tertio anno Imperij Philippi im-
peratoris: & sub Fabiano pontifice: cum iam ipse .lx. annũ ageret cepisse dicta sua etiã
litteris publice cõmittere. Et aduertamus ꝙ supra .xvij. capite dicit ꝙ sub Vrbano põ-
tifice cui successit Pontianus: iam ante tẽpora Fabiani Origenes cõscribendi cõmenta
rios in scripturas sanctas initiũ sumit cõpellente se Ambrosio, & multa vi precum ob-
secrationũq̃ cogente. Qui inquit Eusebius maxime dignus videbatur: cui istud impen
deret officij, & cui quicq̃d archanũ & absconditũ in sacris litteris tectũ est pãderet. Ex
quibus duobus locis Eusebij in q̃bus apparet quasi cõtradictio colligitur euidẽter: quod
vrgẽte Ambrosio dictauerit quædã in prioribus annis anteq̃ veri adhuc aliquid cõpo-
suisset ipsi tm̃ Ambrosio priuatim cõmunicanda: & nõ in publicũ edenda, ut quæ bñ tu
ta & veritati apostolicæ cõsona nõ cognoscebat. Ambro. autẽ illa secreto edita in publi
cum ꝓtulit. Cõperta deinde ꝑ Origenẽ iam sexagenariũ catholica veritate cepit iã au-
dacter; quia & catholice publice scribere. & ea quæ ad priuatũ Ambrosij vsum scripse
rat iam ꝑ illum edita fuisse vehementer indoluit: ad quæ sui purgationem ut ex verbis
Hiero. & Eusebij coniecto rei totius seriẽ Fabiano Ro. episcopo scribẽs de sua catholi
ca fide testimoniũ ꝓhibuit narrans. s. quæ antea ab eo inueniũtur scripta se nõ scripsisse
ut ederentur. de quibus & ipẽ dubius erat catholica ne essent an non catholica. Sed Am-
Hiero. brosium illa edidisse. hoc est enĩ quod dicit Hiero. ipse Origenes in epistola quã scribit
ad Fabianũ Ro. vrbis ep̃m penitentiam agit cur talia scripserit & causas temeritatis in
ambrosiũ refert ꝙ secreto edita in publicũ ꝓtulerit. Euse. aũt narrãs quæ scripserit post
lx. annũ postq̃ librũ contra celsum; & libros .xxv. cõmentariorũ in Mattheum & .xx.
in ꝓphetas cõmmerauit: subiũgit. scripsit & ad Fabianũ Ro. vr. episcopũ: & ad alios
q̃plurimos ecclesiarũ principes de catholica fide sua. hæc ille. Sit ergo verum ꝙ ante se-
xagesimũ annũ fuerit de multis fidei mysterijs dubius Origenes. Et sit verum ꝙ secre
to in scriptis multa cõmunicauerit Ambrosio: quæ tũc nõ firmiter adhærendo: sed du
bitatiue inquirẽdo opinabatur nũc a catholicis nõ recipiẽda. & ita verum dicat Hiero. ꝙ
quæ in multis Origenis libris inueniũtur etiã nõ catholica Origenis sint: quia vere ab
ipso fuerũt dictata, licet non ut credita: & ut quæsita potius q̃ inuenta: & cõsequenter
Origeni cui catholica fuit postea veritas comperta culpabiliter nõ adscribenda in qui-
bus & multa ab hæreticis fuisse adinuenta iuxta Ruffinũ. Pro vero etiam accipere pos-
sumus maxime de hoc ipõ conquerẽte Origene dũ viuebat. Sit ergo verum iuxta Eu-
sebiũ in ecclesiastica historia a Hieronymo tanq̃ vera approbata Origenẽ non habere
ꝓ suis operibus. i. in quibus diffinitiue aliquid & adhæsiue dicat nisi quæ post sexage-

ſimũ annũ ſcripſit. Sitq; verum etiam ſcd'm Hiero. de prius ſcriptis temere ab Ambro
ſio editis ipſum penituiſſe & conſequenter catholicũ mortuũ eſſe: ut nõ ſolum ſecũdũ
Ruffinũ Pamphilum & Euſebiũ: ſed etiã ſcd'm Hiero. rationabilius ſit credere ipſum
eſſe ſaluum q̃ credere ipſum eſſe dãnatum. Pro quinto articulo dico hãc ꝓpoſitionẽ
quantũcunq; aliquis grauiter in vita mortaliter peccet & cõſtet ipſum mortaliter pec⸗
caſſe; niſi cõſtet de eius finali impœnitẽtia temerariũ eſt vere aſſerere ipſum eſſe dãna⸗
tum. patet veritas huius ꝓpoſitionis ex cõmuni ſentẽtia oĩm doctoꝝ in dicta ꝓpoſiti⸗
one cõſentiẽtiũ. Ex qua ꝓpoſione infero duas ꝓpoſitiones correlarias. Prima eſt hæc.
Nõ ꝓpterea quia aliquis in vita mortaliter peccauerit: & nobis nõ cõſtet ꝙ nõ penitue
rit iudicãdum eſt firmiter a nobis eſſe illũ in inferno. patet quia poſito peccato mortali
nõ tãtum nõ ponit̃ totũ illud ad quod ſequit̃ damnatio æterna. Sed oportet vltra pecca⸗
tum ponere & certificari de finali impœnitẽtia. Nec ego qui nego firmiter eſſe creden
dũ illũ eſſe in inferno. habeo oſtẽdere tibi pnĩam illius. Sed tu qui aſſeris illũ eſſe dãna⸗
tũ habes certificare de ĩpœnitẽtia: & ꝓ hoc multũ facit dictũ Henrici de aſſia qui in ex⸗
poſitione. iij. c. libri geneſis dicit hæc verba formalia. Si ergo argumentũ quorũdã eſſet
efficax quo aliquẽ dãnatũ eſſe ſicut de Salamone pſuadent ꝑ hoc ꝙ ſcriptura eius pec⸗
catũ cõmemorat; & nullã de iuſticia aut pœnitẽtia eius mẽtionẽ facit. tũc ita primũ ho⸗
minẽ ex peccato ſuo dãnatũ conuinceret: ſicut primũ angelum: hæc Henricus. Nuſq̃
enĩ habet̃ mentio de pœnitẽtia. Adã ſed ſolum de peccato. Similiter iudicũ. viij. legit̃
de pctõ Gedeon & nõ de pœnitentia: & tñ a doctoribus bene credit̃ de eius ſalute dice
re: & tu potes ꝙ per hoc etiã argumẽtum quidam decepti erronee dicebant ꝙ Moyſes
erat damnatus: quia legebat̃ peccatũ eius in aquis cõtradictionis & de eius pœnitentia
nihil habebat̃ expreſſum: & tamẽ dixit deus Ioſue. Moyſes ſeruus meus mortuus eſt.
Secũda ꝓpoſitio correlaria eſt hæc: nemo poteſt eſſe certus ꝙ aliquis ſit dãnatus ad in⸗
fernũ: niſi hoc habeat ex ſpeciali reuelatione dei vel ab his quibus credit̃ deus reuelaſſe
patet veritas huius ex premiſſis ꝓpoſitionibus: quia nemo poteſt eſſe certus de finali
pœnitẽtia vel de impœnitẽtia: niſi ille qui nouit ſecreta cordis & cui ille voluit reuelare
cũ enĩ nullus de ſtatu alicuius ita ſit certus ſicut ipſemet de ſe: quia quæ ſunt hoĩs ne
mo nouit niſi ſpiritus hoĩs qui in ipſo eſt. ut dicit̃ ad Cor. ij. & de ſeipo homo non po⸗
teſt eſſe certus utrũ ſit dignus odio vel amore: ut dicit̃ eccleſiaſtes. ix. quãto magis nõ
poterit eſſe certus de alio: niſi de hoc habeat ſpecialẽ reuelationẽ. Ex hac aũt ꝓpoſitio⸗
ne principali cũ ſuis correlarijs infero ad ꝓpoſitũ meæ cõcluſionis ꝙ dato etiã ꝙ Orige
nes in illis erroribus errãdo peccauerit mortaliter: tñ cũ incerti ſumus de eius finali im⸗
pœnitẽtia vel pœnitẽtia aſſerere ipm eſſe dãnatũ: temerariũ eſt omino iudiciũ & reijci⸗
endũ. Cũ ergo nec de ſalute poſſumus eſſe certi: nec de dãnatione. piũ eſt tñ & valde ra
tionabile credere ut dixi ego ꝙ deus eũ ſaluauerit hoĩem talis ac tantæ ſcientiæ. de quo
Hiero. in præfatiõe cãtici cãticoꝝ. cũ in cæteris oẽs alios ſuperauerit in hoc ſeipm ſupe
rauit & de ipo illud verificat̃. Introduxit me rex in cubiculũ ſuũ. & alibi imitari volens
ex parte Origenẽ. quẽ poſt apoſtolos eccleſiarũ magiſtrũ nemo niſi imperitus negat.
& alibi Origenes tanto ſcripturarum labore ſudauit: ut iuſte adamantij nomẽ accepe⸗
rit: & poſt quædã hæc ſubiungit. Quis vnq̃ tãta legere poteſt quanta ipſe cõſcripſerit
& ꝓ hoc ſudore quid accepit premij damnat̃ a Demetrio epiſcopo: exceptis Paleſtinæ
& Arabiæ & phenicis atq; Achaiæ ſacerdotibus in dãnationẽ eius. Conſentit vrbs Ro⸗
ma ipſa cõtra hunc ſenatum cogit nõ ꝓpter dogmatũ nouitatẽ: nõ propter hæreſim:
ut nunc aduerſus eum rabidi canes falſo ſimulant. Sed quia gloriam eloquẽtiæ eius &
ſcientiæ ferre non poterant hoc: quare ſcripſerim & ad pauperis lucernæ igniculum
cito: ſed non cauto ſermone dictauerim poteſtis intelligere ſi Epicuros & Ariſtippos
cogitetis. hæc Hieronymus ad verbum. Quæ verba ſingula quæſo o ingenioſe le⸗
ctor diligenter attende: & ex eis ea per te intelligas quæ ego non exprimo. In præfatio
ne autem hebraicarũ quæſtionũ de eodẽ loquẽs Origene: ſic inquit hoc vnum dico ꝙ

Pro q̃nto articulo.

Prima ꝓpoſitio

Prima ꝓpoſitio correlaria

Henricus de aſſia

Secũda ꝓpoſitio correlaria.

Hiero.

Origenes cõparat̃ Adamanti

vellem cũ inuidia nõis eius habere etiã sciẽtiã scripturarũ: floccipẽdens imagines vm-
brasq́ laruarũ; quarũ naturæ esse dicit̃ terrere paruulos & in angulis garrire tenebrosis.
Præterea quæ de eodẽ Hierony. prædicat ꝙ auariciã calcauit; ꝙ castrauit se zelo dei: li-
cet nõ secũdum sciẽtiã ꝙ in explanatione scripturæ diebus sudauit & noctibus quam
qui dilucidãt vitam æternã habebũt; ut inquit sapiẽs. & ut scribit̃ ad Vigilantiũ: ꝓphe-
tarum obscura disseruit. & tam noui q̃ veteris testamẽti reuelauit maxima sacramẽta.
Origenes Leonidis martyris filius Prætereo ꝙ nõ solum martyris fuit filius; sed & ipse parũ a martyrij merito abfuit. Nã
dicit Eusebius ꝙ & adhuc puerulus in tantum ardorẽ capessendi martyrij exarserat: ut
spõte se periculis ingereret: & tẽpore deinde decianæ ꝑsequutionis nouas cruces: no-
ua pœnarũ genera ac sæculis omibus inaudita tormẽta ꝑtulit; ita ut mille mortibus (in-
quit Eusebius) vexatus sit: ne tñ vna ei quã exoptabat accideret ꝑsecutore summo stu-
dio hoc agẽte: ut nec interitus præstaret: nec pœna cessaret. Videte q̃ parꝝ absit a laude
martyrij quã plurimi eius discipuli ipo duce & cohortatore sunt cõsequuti; parũ dico
iterũ ꝓfecto abfuit a laude martyrij: immo meritũ quasi æquale meritus est. Nã dicit &
Augu. in libro de bono cõiugali: nõ est impar meritũ martyrij in Ioanne qui passus nõ
est: & in Petro qui passus est. Nota bene hæc verba Augu. unde sicut Ioãnes licet non
trãsiret ꝑ gladiũ: tñ paratus fuit sustinere martyriũ: quãdo fuit missus in feruentis olei
doliũ. Ita & Origenes licet mortẽ martyrio nõ subierit: tñ paratus fuit: immo auidissi-
mus illã subire. & tot passus est tormẽta: ut dicit Eusebius ut mille mortes ꝓ vna subie-
rit. & hoc est quod dicit Bernardus in sermõe sanctorꝝ martyrũ ꝙ est triplex martyriũ:
martyriũ volũtatis tñ: martyriũ operis tñ: martyriũ operis & volũtatis. Martyriũ vo-
Martyrium triplex luntatis tñ passus est Ioãnes euãgelista: cui dictũ est & germano eius. M. xx. calicem
meũ bibetis. unde Cyprianus in seruis dei apud quos cogitat̃ martyriũ & mẽte cõcipi-
tur aĩmus ad bonũ deditus iudice deo coronat̃. Aliud est enĩ martyriũ deesse aĩo; aliud
animũ deesse martyrio. Si ergo martyrio Origenis animus nũq̃ defuit & mille mortes
ꝓ vna subijt: quomodo a iudice deo coronatũ nõ credamus si nõ metit̃ martyr Cypri-
anus. & si dãnatus est quis quæso ad gehẽnæ mortẽ eũ dãnauit. An christus Iesus ꝓ q̃
totiẽs ipe mori voluit. Quin potius sicut dicit de ipo Cypriano Augu. ꝙ sanguis mar-
Augustinus tyrij in eo omnẽ hæreseos maculã abluit. Ita & de Origene effusum ab eo nõ tã supra
terrã extrinsecus q̃ sup zelo dei & charitate ardẽtem cælestẽ aĩam suã intrinsecus mar-
tyrij sanguinẽ oẽm hæreseos maculã abluisse pie credamus; dicẽtes cũ Dauid btũs Ori-
genes: qui & si aliqñ in cõcilio errãtiũ abijt in via: tñ peccatorꝝ ꝑ impœnitẽtiã nõ stetit
& in cathedra pestilentiæ ꝑ ꝑtinaciã nunq̃ sedit: sed in lege dñi fuit volũtas eius: & in le-
ge eius meditatus est die ac nocte. Beatus Origenes cui remissæ sunt iniquitates ꝑ bapti-
smũ & eius tecta sunt peccata ꝑ pœnitẽtiam: & cui nõ imputauit dñs peccatum ꝓpter
martyriũ. denicq́ talem ac tñ virũ etiã si aliqñ ex ingenij defectu & nõ ex aliqua volun-
tatis malicia in fidei mysterijs errauerit. credamus a dño in suis nouissimis nõ fuisse de-
relictũ. sed potius visitatione suæ clemẽtissimæ misericordiæ & de secretis fidei si in ali-
quibus errabat illuminatũ ab erronea ad salutarẽ viã reuocatũ fuisse. & hoc ego intelle-
xi in breui respõsione mea cũ alias dixi. ex quo nõ inuenit̃ fuisse ꝑtinax. verisimile est
credere ꝙ deus eũ saluauerit. i. visitãdo eũ visitatione quã dixi in statu salutis digno de-
mẽtissime collocarit: & de secretis fidei in quibus errabat ipsum illuminans ad salutarẽ
de illis pœnitẽtiã aduocauerit. quod utrũ fuerit an nõ fuerit scire certitudinaliter nemo
potest: nisi fuerit ei desup reuelatũ. Sed ita fuisse potius q̃ nõ fuisse credere cõsideranti
acta: & vitã Origenis magis cõsonũ videt̃ & sic rõnabilius. Nã & rationabiliter in du-
bijs fauorabiliori parti semp est adhærendũ. & hæc sint dicta ut quæ valere possint: qñ
Pro sexto articulo de ipa Origenis pœnitẽtia nõ cõstaret: de qua tñ cõstare ex beatissimi Hieronymi testi-
monio supra in p̃cedẽtibus apertissime ostẽdimus. Pro sexto articulo dico ꝙ nõ videtur
Prima rõ credendũ ꝙ ecclesia unq̃ determinauerit aĩam Origenis ad inferos esse dãnatã. Verita-
tem huius ꝓpõsitionis ꝓbo duabus rõnibus. Prima rõ est hæc de illo cuius altera vel a-

tera pars determinari certitudinaliter nisi temerarie nõ potest. Nõ debet credi factã esse
determinationẽ ab ecclesia. Sed de hoc quæsito utrũ Origenes saluus sit an dãnatus de
terminari altera pars nisi temere nõ potest saltẽ absq; reuelatione speciali dei, ergo cum   Origenẽ nõ
de tali reuelatione non cõstet non debet credi de hoc factam esse ab ecclesia determina   esse dãnatũ
tionem. maior est nota; & oppositum eius esset iniuriosum ecclesiæ credere. s. q̧ ali-   ab ecclesia
quid ab ea possit incõsulte & temere iudicari. Minor patet ex supradictis articulis. Cõ-   Cõfirmatio
firmat̃ quia certificari nõ poterat ecclesia de dãnatione Origenis; nisi p specialẽ reuela-   Secunda rõ
tionẽ deo factã, sed de tali reuelatiõe q̧ fuerit facta nusq; habet̃ mẽtio ergo &c. Secũda
ratio est hæc; quia si quid est quod psuadeat ecclesiã determinasse de dãnatione Orige-
nis sunt qdã textus decretorũ qui hoc vident̃ sonare grosso eos modo interpretãtibus.
qui tñ cũ recte examinant̃ cõtra eos potius q̃ p ipsis faciũt. Sũt aũt textus quos afferũt
ferme isti. Primo q̧ di. xv. c. sctã Ro. ecclesia, sicut scribit̃ p Gelasiũ papã. Itẽ Origenis
nõnulla opuscula q̃ vir beatus Hiero. nõ repudiat legenda suscipimus, reliq̃ aũt oĩa cũ
auctore suo dicimus esse renuẽda. &. xxiiij. q. iij. c. sane. Itẽ si ad tẽpora Theophili san
ctæ memoriæ vel superius aliquis recurrerit & Origenẽ inueniet post mortẽ anathema   Ephesina
tizatũ; quod etiã in eo facit & vestra sanctitas. & Iulius religiosissimus antiquioris Ro   synodus
mæ & glo. ibi. Cũ iste dãnatus fuerit nõne & eius scripta utiq; extra, de hæreticis. ca. fra
ternitatis. ibi autẽ sic scribit̃. Cum Celestinus atq; pelagius in ephesina synodo sint dã-
nati: quomodo poterũt illorũ capitula recipi quorũ dãnant̃ auctores. Ex istis auctorita
tibus credũt aliqui cõuinci damnationẽ animæ Origenis ad inferos. Ego autẽ dico ni-
hil plus haberi per præmissa: nisi q̧ ecclesia & opiniones & dogmata Origeni attribu-   Primo
ta; ut hæretica damnat & ipsum sicut dogmatizantem damnat & detestatur de damna
tione animæ eius aut salute nihil penitus intendens. & q̧ hoc sit verum patet multis ra
tionibus. Primo quia ad ecclesiã nõ pertinet damnare aĩmas hominũ aut saluare. quia
ad illum attinet solummodo qui iudex est viuorũ & mortuorũ: quare ridiculum est si in   Gelasius
decretis legit̃. Damnamus Origenẽ; exponere. i. animã eius damnamus dãnatione in
fernali. Et patet etiam euidenter ex modo loquendi ipsius Gelasij qui dicit reliqua opu
scula eius cum auctore suo dicimus renuẽda. hoc enim verbum renuere nullo modo
importare põt id quod ipsi intendũt, sed nihil aliud intendit Papa nisi hoc quod. s. non
acceptantur opuscula eius ut autẽtica in ecclesia, nec ipse similiter ut pbatus doctor &
cuius dictis sit credendum in ecclesia recipit̃. Quod si etiã Papa non solum dixisset re-
nuimus; sed etiã dãnamus nihil esset p eis; quia sic etiam solemus dicere in hoc Scotus
dãnat Thomã. Herueus Scotũ. & sic de reliquis in quibus semp loqutionibus de dã-   Secundo ar-
natione doctrinæ & nõ aĩæ ex ipõ usitato & pprio loq̃ndi modo debemus intelligere.   guit contra
Secũdo arguo cõtra eos ex glosa quam ipsi allegãt quæ dicit si ipse damnatus nõne &   eos
eius scripta. Quæro ergo ab istis si fiet hæc cõsequẽtia, Ipse Origenes est damnatus: er
go & eius scripta damnata, quomodo in antecedẽte capit̃ ly damnatus si sic capit̃. i. in
sua doctrina nõ approbatus, & ut dogmatistes nõ acceptatus, habeo ppositũ. Si autẽ
intelligat̃ damnatus in aĩma sua infernali damnatione tũc nihil valet cõsequentia. pos
sibile enim est multos doctores quorum scripta catholica sunt & pro catholicis quoti-
die leguntur esse in inferno; quia stat aliquem in fide nihil errare; sed recte sentire de om
nibus articulis; & tñ esse in alio peccato mortali & in illo decedere. & omnino imperti-
nens est damnatio animæ ad damnationẽ doctrinæ, quia illa attendit̃ penes maliciã vo
luntatis. Ista autem penes defectum intellectus. Quare nec valet iste est in paradiso
ergo dicta eius sunt catholica. Nam & Papias est in paradiso & Hireneus & Victori-
nus & Cyprianus & multi alij; quorum tñ dicta in multis quæ nũq; reuocasse legunt̃   Cõfirmatio
ut hæretica reprobantur. Confirmo hoc ex dicto illo ad quem se refert glosa de hæreti
cis extra, c. fraternitatis, vbi dicitur: si Celestinus atq; pelagius in ephesina synodo sunt
dãnati quomodo poterũt illa capitula recipi quorũ dãnant̃ auctores. Certũ est autẽ q̧
in illa synodo Celestinus & pelagius nõ fuerũt damnati in se. i. in aĩa sua; sed in sua do

ctrina. tum quia aliter ut dictū est supra damnare homines ecclesia nec cōsueuit nec potest. tum quia de eo debemus intelligere sentētiatum de quo prius est quæsitum & disputatum. Sed in illa synodo ut ex actis concilij patet nō fuit quæstio utrū animæ Celestini & pelagij essent in paradiso vel in inferno. Sed an dicta eorum & dogmata essent catholica an nō catholica. Quare & de hoc. i. de eorum dogmatū veritate & de auctorum ipsorū: ut sic dogmatizantiū approbatione vel reprobatione debemus intelligere sententiatum.

Tertio

Tertio stultum est dicere ꝙ ecclesia determinauerit Origenis animā esse dānatā: quia nō sicut cōsueuit ecclesia canonizare aliquos: ita etiā cōsueuit damnare. i. sentētialiter decernere ꝙ sint in inferno. & ratio quare hoc cōsueuerit & nō illud est: quia ad decernēdū ꝙ aliquis sit saluus oportet nos certificari ꝙ ille decesserit in grā cuius rei indicia: licet tamē nō certa habere possumus nō ex his quæ egit in vita: quia illa nō sufficiūt: ex quo dum est in via semper merendi & demerēdi est locus: & mutandi se de vno ꝓposito ad aliud. Sed habemus signa post mortem ut sunt miracula vel aliquid simile. Tale autē aliquod signū ex quo damnationem alicuius cōuincamus post mortē alicuius habere ꝙ possumus nō est facile inuenire: immo sine dubio haberi aliud signū nō potest: nisi specialis de hoc reuelatio: quæ si cōtingeret vel contigisset ꝓfecto sicut ecclesia cum aliquē canonizat de miraculis suis testatur & de alijs ꝓpter quæ mota est ad canonizationem. Ita etiam cū aliquem damnaret specialis reuelationis de hoc factæ mētionē faceret: ne temere aut incōsulte sic videret̄ decreuisse. Quod tamen de Origene nusq̄ narrat ecclesia. Debemus ergo intelligere dānatū Origenem ab ecclesia eo modo quo ex his quæ de eo narrat & testat̄ videt̄ venisse dānandus. Sed de eo nihil aliud narrat̄ nisi ꝙ errauerit in mysterijs fidei. & ad hūc errorē nō sequit̄ absoluta dānatio Origenis in se: sed solū in scriptis & in doctrina sua ut patet ex præcedētibus. & sic debemus ipm iudicare dānatū ab ecclesia & nō aliter. Postq̄ & ꝑtinacē nō fuisse eū cōtra ecclesiæ determinationē in illis opinionibus scimus: quia cōcilia in quibus dānatæ fuerūt illæ opiniones fuerūt multo post mortē Origenis: ut patet ex historijs græcis & latinis. Et an impœnitēs etiā illarū fuerit scire nullo modo possumus immo vel nō scripsit se illa: vel si scripsit pœnituisse ex Hieronymo supra ꝓbauimus. Pro septimo articulo dico istā ꝓpositionē ꝙ non tenet̄ secundū doctrinā sancti Thomæ quilibet fidelis de necessitate fidei credere illū esse in inferno: quē ecclesia iudicauit & sententiauit esse in inferno. Veritas ꝓpositionis sic deducit̄: quia tāta est fides adhibenda ecclesiæ in dānatione alicuius: quāta est adhibēda in canonizatione sanctorū. Sed dicit Thomas ultimo articulo quolibeti noni ꝙ sāctos canonizatos ab ecclesia nō tenemur de necessitate fidei credere esse in glīa. sed solū de pietate fidei: ergo & dānatos ab ecclesia nō tenemur necessario credere esse in inferno. sed solū pie sic est credendū. Fundamētū aūt Thomæ est: quia in his tm̄ tenemur de necessitate salutis ecclesiæ credere quæ ad substantiam fidei pertinēt. Quia in illis spiritus aduenīēs docet eā omnē veritatē. Vtrū autē aīa huius vel illius sit in inferno vel in paradiso nihil attinet ad substantiā fidei. sed tm̄ quia honor quē sanctis exhibemus quædā ꝓfessio fidei est qua sanctorū gloriā credimus. Ideo licet de necessitate salutis ad hoc non teneamur. Pie tamē sic est credēdum. Ex hac ꝓpositione infero ad ꝓpositū meæ cōclusionis ꝙ etiā si ecclesia determinasset Origenem esse damnatū adhuc de necessitate fidei catholicæ nō tenemur assentire ꝙ ita sit. Ex quo patet ꝙ etiam si verū esset quod ipsi contra me adducunt: ꝙ. s. ecclesia oppositum conclusionis meæ determinasset: adhuc male ab eis iudicatum fuisset ꝙ cōclusio mea hæresim saperet. Videant ergo isti magistri ꝙ nō recte adhuc si etiam sint vera quæ ipsi cōtra me adducunt est determinatū ab eis cōtra meam cōclusionem: & caueant ne noua credenda fidelibus pro sua auctoritate instituant: & ea esse de fide determinent. Audiant ergo illam ꝓhibitionē dñi deuteronomij quarto. Non addetis ad verbū quod ego loquor vobis. quod dictū nō solum damnat istos qui auctoritate sua noua credēda prioribus superaddāt. sed quia etiā catholicā veritatē ꝓ hæretica refellunt.

Canonizatis & dānatis ab ecclesia quō credendū est

Quæstio octaua de libertate credendi

ſ Icut nullus præcise sic opinatur quia vult sic opinari: Ita nullus credit sic esse verum præcise quia vult sic credere.

Ex hac cōclusiōe correlarie infero istā. Nō est in libera ptāte hoīs credere articulū fidei esse verū quādo sibi placet: & credere eū nō esse verū quando sibi placet. Iudicauerūt isti magistri ꝙ ꝓpositio cū suo correlario esset erronea & hæresim sapiens. Ego autē reputo cōclusionē principalem esse nō solum catholicā: sed verissimā & longe veriorē sua opposita. Et idem dico de correlario sane intellecto: cuius sensus si secūdum mentē meā accipitur nō est aliter accipiendus ꝙ̄ ut sequit̄ ex principali cōclusione: cuius ponitur esse correlariū. Quod autē cōclusio nō solum sit catholica sed etiam sit verissima. Patet. nam pro prima eius parte quæ est ꝙ nullus opinatur aliquid sic esse præcise: quia vult sic opinari: est Aristoteles secūdo de aīa textu cōmenti cdiiij. vbi Aristoteles ponit differētiam inter imaginationē & opinionem. & hæc Aristotelis sentētia nō solum nō est reprobata: sed īmo ab oīnibus nostris theologis vnanimiter approbata. Secūda autē pars cōclusionis quæ est ꝙ nullus credit aliquid esse ꝑcise verū: quia vult credere id esse verū est Augustini in pluribus locis qui hoc sæpius dicit ꝙ nō potest aliquis credere ex libero arbitrio. i. ex mero imperio volūtatis sine rōnis ꝑsuasione aut motiuo. & totam conclusionē meā in qua summarie tenet̄ ista opinio ꝙ ꝓposita aliqua ꝓpositione dubia ad hoc ꝙ aliquis eā credat vel discredat nō sufficit mera apprehensio terminorum & merum imperiū voluntatis. Tenent Petrus de alliaco: Henricus oeta: & Henricus de assia. Et quando ego fui Parisius tenebat fere tota vniuersitas Pariensis: cū pluresq̄ etiam catholici doctores ita habent pro vera ut suam oppositam habeant ꝓ impossibili. immo ego adhuc nō legi doctorē cōtradicentem huic opinioni. Correlaria autē ꝓpositio nō aliter est intelligenda & accipienda ꝙ̄ cum restrictione vel determinatione posita in antecedēte: sic videlicet ꝙ nō est in libera potestate volūtatis credere articulū fidei esse verū qñcūq; placet & credere eū esse falsum quādo placet. Ita ꝙ nō præcise ex eo ꝙ voluntati placet ut intellectus credat ipse credit nec talis intellectus vnius ꝓpositionis per aliā ei cōcatenatā est inusitatus: immo in scriptura sacra sæpe sumit̄ intellectus litteræ ꝑ præcedētia vel sequētia: quod maxime in casu nr̄o debet fieri: qa ergo hoc dictū nō est in potestate nr̄a &c̄. Nō pono tanq̄ dictū ꝑ se & cōclusionē separatā: sed pono tāq̄ correlariā ex præcedēti. Quod si nō placet eis accipere intellectū præsentis correlarie ex sua principali cui ipa annectitur & concatenatur attēdāt ꝙ dupliciter dicit̄ aliquid esse in libertate vel in libera potestate volūtatis. Vno modo: quia posita apꝑhēsione in intellectu: nullo alio actu intellectus requisito in potestate imperatiua volūtatis sit ponere actū illum. & sic negat̄ in hac cōclusione ꝙ actus credendi in libera est potestate hoīs. nec oportet oēm actū præcepti aut meritorium vel demeritoriū taliter esse in potestate hoīs. ad credēdū enī nō sufficit apprehēsio terminorꝫ articuli. sed vltra requirit̄ ꝑsuasio aut aliq̄ ratio ꝓbabilis ut allegatū est ex Augustino. Alio modo aliqd dicit̄ esse in libera potestate volūtatis: quia oībus alijs positis quæ requirunt̄ ad hoc ꝙ ille actus sit potest voluntas illum ponere in esse & nō ponere: nec ad illū actū necessitat̄ voluntas etiā quibuscūq; alijs positis. & hoc modo actus credendi articulū est in libera potestate volūtatis: iste est intellectus correlarie ꝓpositiōis. & ex dictis potest quilibet qui habet intellectū cognoscere ꝙ nō bene isti magistri absolute dixerūt illā esse erroneā & hæresim sapere. Quod aūt ꝓbabilis rōnabilisq; sit opinio illorū doctorꝫ quos ego sequor: qui. s. dicunt ad causandū assensum fidei non sufficit sola apprehēsio terminorꝫ cū mero imperio volūtatis potest euidēter patere: nō solū auctoritate Augustini multis ut dixi hoc in locis affirmantis: sed etiam efficacissimis rationibus. Et primo arguit̄ sic. Nō est in libera potestate hoīs opinari sic vel sic esse cū vult. ergo nō est in libera potestate hoīs credere sic vel sic esse cū vult. Patet cōseqntia. Quia si de quo magis videt̄ inesse & non inest ergo &c̄. Sed minus est adhærere alicui cū for-

Volūtas nō sufficit ad credendum

Vniuersitas Pariensis

Declaratio correlarie ꝓpositionis

Volūtatis libera ptās

Arguit̄ primo

midine ad oppositum q̃ sine formidine. ergo antecedens est expressum ab Aristotele
in. ij. de anima textu cõmenti. clxij. & patet p experientiã. quia quilibet in se experit̃ q
oblata ei ꝑpositione dubia; si est ei mere dubia ad neutrã partẽ opinandã per assensum
inclinat̃: donec ei noua superuenerit apparentia vel per sillogisticã rationem vel per in
tuitiuã noticiam; vel p testimoniũ multorꝝ; vel per auctoritatẽ dicentis; vel aliud simi-
Secũdo le. Secũdo sic arguit̃: nõ est in potestate homĩs libera facere apparere aliquid suo intel-
lectui esse verũ; & facere apparere nõ esse verum. ergo nõ est in potestate homĩs sic vel
sic credere esse vel nõ esse verũ. Tenet consequẽtia; quia est cõtradictio aliquẽ credere
aliquid & assentiri illi & illud ei non apparere esse verũ. Assumptũ ꝓbat̃; quia hoc vel
hoc apparere tale vel tale intellectui; est hoc vel hoc taliter vel taliter repraesentari intel-
lectui. & hoc nõ potest depẽdere ex imperio volũtatis; quia hoc praecedit actum volun
tatis. Cõfirmat̃ quia hoc apparere tale intellectui est; quia obiectũ q̃d repsentat̃ est tale
Cõfirmatur & euidẽtia vel aliud quicq̃d sit illud quod id facit credibile vel nõ credibile est tale & in
tellectus est talis. Sed facere obiectũ esse tale vel intellectũ esse talẽ nõ est in arbitrio vo-
luntatis. ergo rem talem vel talem apparere intellectui non est in imperio voluntatis.
Tertio Tertio sic arguit̃. Quotienscũq; est aliqua potẽtia mere neutra & indifferens ad duos
actus secũdos oppositos nõ potest exire in aliquẽ illorꝝ nisi determinet̃ prius p aliquid
quod sit actus primus. vel se habeat loco actus primi respectu alterius illorꝝ actuum se
cũdorum. Sed ita est q intellectus est potẽtia mere neutra & indifferens ad specificatio
nem alicuius actus sui secundi. Ergo ad nullam talem specificationẽ poterit determina
ri nisi adueniente aliquo alio; quod sit vel actus primus vel se habens loco actus primi
respectu talis determinationis. Tũc sub ista ratione assumo istã consequẽtiam. merus
actus volũtatis nõ potest se habere ut actus primus respectu specificationis actuũ intel-
lectus; ergo p imperiũ solũ volũtatatis nõ poterit intellectus determinari ad talẽ speci-
ficationẽ. nota est cõsequẽtia ex praeassumpta ratione. & antecedens patet ex cõmuni
sentẽtia oĩm doctorꝝ in hoc cõsentiẽtiũ. q licet actus intellectus quo ad exercitiũ depẽ
Intellectus q̃ modo ad exercitiũ depẽdet deat a volũtate; nõ tamẽ quo ad specificationẽ. His sic praeacceptis arguo sic ad propo-
sitũ. Actus qui est assentire & actus qui est dissentire; sunt actus habentes rõnes specifi
cas oppositas. ergo ad assensum vel nõ assensum nõ poterit determinari intellectus per
imperiũ volũtatis. ergo ad hoc q aliquis p intellectũ credat articulum fidei esse verum
vel nõ credat nõ est per hoc praecise; quia sic vult vel non vult credere; sed ex aliquo alio
intellectum ex se neutrum ad talis actus specificationem determinante. Quarto sic ar-
guitur ad illud credẽdum nõ determinat̃ homo praecise per actum volũtatis; de quo in
terrogatus cur illud crediderit non assignabit praecisum actum voluntatis. sed ita est q
interrogatus aliquis cur credat potius christianae fidei q̃ fidei maumethensium: nõ as-
signabit praecise actum voluntatis; ergo nõ per praecisum actum voluntatis inclinatus
est ille ad credendum. Quod autem nõ assignetur merus actus voluntatis; patet ex ex
perientia & ex dictis nostrorum theologorũ a quibus cõmuniter illa octo allegantur.
Credendi rationes Cur euãgelio debeamus credere. s. ꝓnũciatio ꝓphetica. scripturarũ concordia; auctori
tas scribẽtiũ; rationabilitas cõtentorꝝ; irrationabilitas cõtẽtorꝝ; irrationabilitas singulo
rum errorꝝ; ecclesiae stabilitas; miraculorꝝ claritas. Quinto sic arguitur. Quotienscũq;
aliqui duo determinant̃ ad credendũ opposita; & quilibet illorꝝ praecise p hoc determi
natur; quia vult sic determinari indifferente ad hoc oĩno iudicio vel suasione rationis
nõ potest dici q rõnabilius iste moueat̃ ad credendũ q̃ ecõtra. Sed datis duobus quorꝝ
alter vult credere. a. esse verum. & alter nõ vult credere. est dicere hũc vel illum velle ra
tionibilius & aliũ irrationabilius. ergo illi ad sic vel sic velle nõ determinant̃; quia prae-
Voluntas sine rõne tyrãnus cise sic volunt. maior huius rõnis est nota. quia ut inquit Albertus in. iij. de aĩa. cũ volũ
tas sic agit praecise; quia vult sic agere assimilat̃ tyrãno in cuius actiõe nõ quaerit̃ ratio
acti; quia ipsius agere nõ est secũdum rationẽ agere; sed agere pro libito. Minor est ma-
nifesta; quia quotidie dicimus maumethistas vel iudaeos irrationabiliter in hoc agere

q̄d nō credūt & nos rōnabiliter agere/quia credimus. ꝙ si causa præcisa quare ego cre-
derē ille nō crederet esse præcise/quia ego vellē ille nō vellet uterqꝫ esset actus tyranni-
cus volūtatis & in neutro appareret maior vel minor rōnabilitas, imo & in neutro rō-
nabilitas/sed mera potestas & imperiū tyrānicū voluntatis. Et ex dictis in isto argumē
to patebit istis magistris intellectus breuiū verborꝫ quæ dixi in respōsione mea de actu
tyrānico volūtatis. Multæ aliæ possent & ꝓ ista opinione rōnes adduci. Sed nō est ꝓ-
positi mei hic tractare istas materias & ꝓpositas quæstiōes discutere: sed solū ostēdere
determinationē cōclusiones meas nō esse hæreticas. Et licet ꝓ defensione conclusionis
meæ ista sufficiāt: volo tñ & hoc dicere: ꝙ fuit etiā aliqs doctor cuius ego ut de me fate-
ar dānationē in hoc articulo adhuc nusqꝫ legi qui simpliciter tenuit ꝙ actus credēdi nō Fides quō sit
esset liber. hoc enī assertiue tenuit Robertus olchoth subtilissimus doctor ordinis p̄dica meritoria
torꝫ in suo primo sentētiarū. Et cū arguit ꝙ sequeret̃ actū credēdi vel nō credēdi nō es-
se meritoriū aut demeritoriū dicit hāc obiectionē nullā esse & friuolā: q̄a nō ideo aliqs
actus est meritorius q̄a liber/sed q̄a cōformis est alicui legi pollicēti p̄miū ꝓ eodē actu
ipi facientī vel alteri. & cōsequēter dicit actū credēdi non ideo esse meritoriū q̄a liber: sed
q̄a cōformis est legi diuinę q̄ pollicet̃ tale p̄miū. s. vitā æternā cuilibet credēti. posse aūt
deū hāc legē mutare & statuere ꝙ q̄cūqꝫ cras ceciderit sup lapidē angularē ex īprouiso
sit saluus: & tūc casus ille esset meritorius vitæ æternæ: q̄a actus nr̄i nō ideo sunt merito
rij/q̄a liberi: sed q̄a a deo acceptant̃ ad vitā æternā q̄ deus ita potest acceptare actus na-
turales sicut actus volūtarios. & sic videt̃ acceptasse mortē innocentiū ad vitā æternā
in q̄bus nullus fuit usus liberi arbitrij, nec sic faciēdo deus irrōnabiliter facit/q̄a sua vo-
lūtas est sufficiēs ratio eorum oīm quæ statuit vel ordinat. Vnde cōcludit Olchoth ꝙ si
capiamus credere ꝓ eo quod est cū assensu firmo adhærere his de quorū veritate nō cō
stat nobis/nisi ex testimonio aliorum, iuxta quē modū definit Augu. in omelia super
Ioannem dicens, quid est fides nisi credere quod nō vides: ꝙ talis actus credendi nō est
in libera potestate homīs. Si aūt capiat̃ credere ꝓ eo quod est assentiri quibuscūqꝫ reue-
latis a deo & testificatis per miracula & velle viuere & opari scd'm ea; tum quia hoc cre-
dere includit tam actū intellectus q̄ voluntatis cōcedit de eo quod est liberū: iuxta quē
modū definiens Augu. in omelia sup Ioannē dicit credere in deū est credendo amare.
credendo in eū ire credendo ei adhærere & suis mēbris incorporari: & de hac credulita
te dictū est. credidit Abraam deo & reputatū est ei ad iusticiam. De prima autē dicitur
dæmones credunt & cōtremiscunt: prima est meritoria, secūda nō est meritoria. Et cū
dicit̃: ꝙ fides nō est nisi in volentibus dicit Olchoth: quod est intelligendū de fide for-
mata iuxta hunc secūdū modū quæ est fides operans per dilectionē: nō autē de fide pri
mo modo accepta, quia per miracula visa vult ipse posse fidelem necessitari ad creden-
dum, quā opinionē ego nō credo esse verā & post quæsitū suū idē doctor reexaminan
do nōnullas suas opiniones dicit ꝙ licet stante euidētia in rōne ꝙ aliquid nō sit credēdū
volūtas necessitet̃ ad credēdū, tñ quia sic necessitatus fuit sibi ip̄i causa talis necessitatis. Negligentię pc̄m
Ideo īputat̃ ei ad peccatū. Dicit aūt fuisse sibi causam q̄a obmisit cōsiderare & ꝑscruta-
ri diligēter & discutere illa quæ sibi falsam fecerūt euidentiā quod si fecisset nō sic appa
ruisset esse intellectui, sed aliter. & ideo cōcludit ꝙ cū qs male credit aut discredit suū pri
mū pc̄m est negligētiæ. hæc est opinio Roberti Olchoth de libertate credendi quæ nūq̄
quā mihi apparuit bona vel ꝓbabilis. Cōsiderēt aūt isti p̄res an & istum doctorē simul
cū Durando Henrico & alijs ꝓ hæretico ab ecclesia anathematizent.

Quæstio nona de accidentibus in sacramento.

q Vi dixerit accidens existere nō posse nisi inexistat eucharistiæ poterit sa-
cramentū tenere: etiā tenendo panis substantiā nō remanere. Hanc qui-
dē cōclusionē nō dixerūt isti magistri esse hæreticā vel hæresim sapere.
sed solū esse erroneā. cuius opinionis suæ si rōnes aliquas attulissent: pos-
sem ego illis aut credere aut rñdere, sed ip̄i nec in huius nec in aliarꝫ cōclusionū dānati-

one vllas adduxerũt rõnes quas ego viderim. Dico autẽ ꝓ declaratione cõclusionis ꝙ
Pro declaratione conclusionis
ꝓ hanc cõclusionẽ nõ intẽdo cathegorice & absolute dicere accidens nõ posse esse sine
subiecto aut in sacramẽto de facto esse in subiecto imo cũ ecclesia firmiter teneo ꝙ acci
dentia sacramẽtalia de facto sint sine subiecto. Sed dico ꝙ ille qui diceret accidentia nõ
posse esse sine subiecto & tenere cũ Thoma distinctionẽ realẽ existẽtie panis ab essen
Thomas
tia posset dicere nõ repugnare diuinæ omnipotẽtiæ saluare existentiã panis sine essen
tia eius, sicut actum tam substantialem ꝙ̃ accidentalem conseruat deus sine sua poten
tia; & consequẽter in isto esse panis subiectare accidentia non manente substantia pa
nis, ad quæ quidẽ accidentia habere posset corpus christi præsentiã realem; sicut & nũc
habet ad accidentia quæ in nullo subiectata sunt. & quicquid sit de sacramento eucha
ristiæ de facto instituto a christo & ab ecclesia credito; in quo cõcorditer tenetur ꝙ nihil
panis remanet adeo ꝙ sua reproductio esset creatio. tamẽ tenẽdo prædictam opinionẽ
Thomæ de distinctione reali essentiæ ab existentia, & capiẽdo sacramentũ euchanstiæ
ampliatiue ad id quod est vel potest esse ut capit̃ in cõclusione mea quæ est modalis di
uisa non solum presens cõclusio est ꝓbabilis & nõ erronea. immo erroneũ est dicere ꝙ
nõ possit esse aliquod eucharistiæ sacramentũ in quo accidentia essent in subiecto. nec
scio per quã logicã viderunt isti magistri damnati vnã diuisam de possibili ꝓpter falsi
tatẽ vnius de inesse ex eisdẽ terminis constitute. miror ꝙ̃ ꝙ nesciãt ꝙ est fallacia conse
quentis; arguendo a minus amplo ad magis amplũ cũ destructione magis ampli. ac si
quis diceret nullus homo est in domo ergo nullus homo potest esse in domo. Similiter
enĩ arguũt ipsi in dãnatione huius ꝓpositionis in nullo sacramẽto eucharistiæ quod de
facto existit vel de facto est institutũ a christo accidentia sunt in subiecto igit̃ in nullo sa
cramento q̃d est vel potest esse aut institui a christo accidẽtia possunt esse sine subiecto.
Ex dictis patet ꝙ̃ male cõclusio p̃sens de possibili dãnata sit ꝓ erronea ab istis patribus
qui debẽt meminisse. Quod fuerint etiã ex catholicis doctoribus qui tenerẽt de facto
accidẽtia in sacramẽto altaris subiectari in existentia substãtiæ remanentis. Est enĩ vna
via theologorũ ut refert Petrus de palude in. iiij. di. xij. q. iij. qui dicunt ꝙ sicut qualitas
Accidentium duplex subiectum
hic remanet naturaliter; quia remanet suũ ĩmediatũ subiectũ quod est quãtitas. licet tol
latur suũ remotum / quod est substãtia: & sic ip̃a qualitas non subsistit / sed inhæret: sic
etiã quãtitas caret quidẽ suo subiecto remoto quod est eẽntia substãtiæ; sed habet suũ
subiectũ ꝓpriũ & ꝓpinquũ quod est esse substãtiæ quo mediãte inest substãtiæ; quia id
esse possibile est remanere essentia nõ remanẽte; ĩmo dicũt ipsi necesse est ipsum rema
nere cõsiderato modo quo desinit hic esse; & quidẽ ꝙ hoc sit possibile dicũt patere; q̃a
licet essentia sit prior esse; ex quo videretur cum sit prius posse separari esse a posterio
ri; quod magis potest separari & fieri essentia sine esse / ꝙ̃ econtra, tamen considerando
ex alia parte ꝙ essentia se habet ad esse sicut potentia ad actum; & sicut materia ad for
mam; quia actus minus dependet a potentia / ꝙ̃ ecõtra. sicut videtur magis factibile es
se sine essentia / ꝙ̃ econtra. sed deus in incarnatione verbi fecit essentiã humanitatis sine
esse suo; ut dicit̃ a multis doctoribus. ergo multo magis potest hic facere esse substãtiæ
panis sine essentia; ut sicut est ibi assumpta essentia & manet; nõ aũt esse & nõ manet.
ita hic cõuersa potest esse essentia & nõ manere & nõ cõuersum esse / & manebit. Secũ
do ostẽdũt ꝙ nõ solũ istud sit possibile / sed necesse; quia nihil creatũ potest conuerti in
increatũ; sed vnũ creatũ potest cõuerti in aliud quãdo cõmunicãt in materia & in gene
re aliter; nõ sicut accidens nõ cõuertit̃ in substãtiã nec in accidẽs alterius prædicamenti
secũdum cõmunem opinionẽ. essentia autem panis cum essentia corporis christi con
uenit in materia & genere. unde vna potest cõuerti in aliã; etiã per naturam si corpus es
set mortale; sed esse panis nõ cõmunicat in materia / nec in genere cũ esse corporis chri
sti substãtiali cũ illud sit increatũ diuinũ q̃d est suppositi diuini cũ in christo nõ sit / nisi
Opinio auctoris
vnũ esse actualis existẽtiæ substãtialis. ergo est impossibile est esse panis cõuerti & ne
cesse est ipsum remanere. Ego sum in opinione ꝙ nõ sit necesse ip̃m remanere; tũ quia

si nō potest cōuerti/potest tñ anihilari vel potest corrūpi cedēdo in potētiam materiæ. Ita ꝙ sicut humanitas potuit assumi nō assumpto esse/ sed manēte in potentia materiæ: Sic essentia potest cōuerti nō cōuerso esse; sed redacto in potētia essentiæ: licet ut verū fateamur istæ redactiones facilius dicātur ꝙ intelligantur. Item licet esse panis nō possit cōuerti in esse increatū; potest tñ cōuerti in essentiā creatā: qa quæ cōmunicāt in materia sunt inuicē trāsmutabilia dato ꝙ nō cōmunicēt in materia ꝓpinqua; sed solū in remota sicut elemētum potest cōuerti in aiatū & ecōtra, esse autē panis & essentia corporis christi cōueniūt in materia prima quæ est utriusq; potētia remota licet non cōueniāt in ꝓpinqua, quia materia est pura potētia, essentia aūt est potētia cū actu: imo si illa ratio valeret cōcluderet ꝙ de oī cibo quē christus ante passionē sumpsit sola essentia in ipsum cōuersa fuerit & nō esse, sed remāsit vel aliter ꝙ per cōuersionē corruptū fuit, quia esse substātiale christi erat increatū ante resurrectionē sicut post. Item dicūt aliqui ꝙ sicut aqua quæ de potētia ordinata nō potest cōuerti in sanguinē christi prius cōuertitur in vinū/ & postea totū in sanguinē sic esse si nō potest de potentia absoluta cōuerti in aliquid christi prius natura cōuertit in suā essentiam trāsiēs in eā/ sicut forma quæ cedit in potētiam materiæ, & post illa essentia tota cōuertit in essentiā; & sic nō necesse est esse remanere. Sicut aūt mihi videt erroneū dicere ꝙ necesse sit esse remanere; ita nihil minus erroneū dicere ꝙ nō potest remanere.

Quæstio decima de verbis consecrationis.

Lla verba hoc est corpus: quæ in cōsecratione dicūtur materialiter tenen
i tur & non significatiue.

Dixerūt isti magistri ꝙ hæc cōclusio est scādalosa & cōtra cōmunē opinionē sanctorū doctorū: & ꝙ opinio glosatoris in hoc nō tenetur. Ego aūt dico ꝙ sua determinatio est scādalosa & cōtra cōmunē opinionē multorū doctorū & ꝙ glosatoris potius ꝙ eorū opinio in hoc est tenēda: & ꝙ ita sit patebit euidēter habito intellectu cōclusiōis. Est ergo primo aduertēdum ꝙ nō intēdo illa verba fuisse materialiter accipiēda cū ꝓferebātur a christo: sed solum quādo ꝓferūtur a sacerdote euangelico consecrante. & ideo dixi in conclusione verba quæ in consecratione dicūtur .i. quæ nūc a consecrātibus ꝓferunt. Certū est autē ꝙ sacerdos in consecrādo recitat prædicta verba christi ita ꝙ oratio prolata a tali sacerdote supponit pro oratione ꝓlata a christo significatiue sumpta. & talis opinio nō solū non est erronea vel scandalosa, sed potius videt opinio prædicto sensui opposita esse cōtraria formæ cōsecrationis in qua sacerdos dicit illa verba recitatiue. Recitat enim sacerdos consecrās christū dixisse apostolis. Accipite & manducate &c̄. Sacerdos autē consecrās nec loquit apostolis/nec dicit eis accipite &c̄, nisi recitatiue. Ipse enim solus recipit sacramentū neq; etiā assistētibus loquēdo dicit accipite & mādu cate &c̄. Similiter cum dicit hoc est corpus meum id quod recitatur a sacerdote est illa oratio: hoc est corpus meū materialiter sumpta ꝓ simili oratione & ex similibus vocibus composita a christo significatiue ꝓlata; quod etiam patet per illa verba quæ dicūtur ante vel post consecrationē sanguinis .s. qui pro vobis & ꝓ multis effundet &c̄. Essent enim falsa si significatiue sumerent eo ꝙ sanguis christi amodo non effundet; ergo illa verba solum recitatiue sumūtur. Quid autem recitatur/ nisi vox ꝓlata ab alio ꝓ qua supponit vox ipsius recitantis. & ꝓpterea vox ista alterius vocis recitatoria est materialiter sumēda. Item etiam si non recitatiue/sed significatiue caperent ista verba denotaret sanguis christi effundi ꝓ alijs & non ꝓ consecrāte. Cum dicit qui ꝓ vobis & ꝓ multis effundet. Deberet enim dici potius qui ꝓ nobis &c̄. quæ non ideo dico ꝙ credam oppositā etiā opinionē non posse defendi, sed ut pateat meā conclusionē non solū esse catholicā; sed etiā sua opposita ꝓbabiliorē. Ex quibus patet ꝙ præsens conclusio non est scandalosa/sed probabilis & opinio solennis glosatoris de consecratione di. ij. c. timorē, in hoc non est reijciēda/sed approbanda, sicut nec ꝑ ecclesiā usq; ad hæc tēpora unquā fuit reiecta.

Cōsecratōis verba quō accipiant

Quæstio vndecima de miraculis Christi.

m

Iracula Christi non ratione rei factæ/sed ratione modi faciendi suæ diuini-
tatis argumentum sunt certissimum.

Quam conclusionẽ declarando ego dixi/ꝙ quia est firma scientia theo-
logorum/ꝙ ea miracula quæ christus fecit possent a puro homine in vir-
Miracula christi tute dei fieri. Dicit enim christus. Ioannis. xiiij. Amen dico vobis qui credit in me ope-
ra quæ ego facio ipse faciet/& maiora horum faciet. Ideo etiã ab ipsimet theologis vna
nimiter concluditur ꝙ id ex quo possumus concludere christũ fuisse deum non est ipa
res facta/sed modus faciendi: quia taliter agebat qualiter agũt qui virtute ꝓpria & non
aliunde accepta agunt: quod est propriũ dei independenter. s. & nõ aliena virtute age-
re qui modus agendi creaturæ cõmunicari nõ potest: quia ergo taliter multa egit chri-
stus nõ orando. s. nec petendo/sed præcipiendo & imperando tanquã potestatẽ habẽs
patet/ꝙ ut ipse existens deus & nõ in dei virtute existens homo operabatᷣ. Hac visa de-
claratione mea dixerũt conclusio potest trahi ad malũ sensum: quia continetᷣ inter ma-
gicas dato/ꝙ sua declaratio sit vera: de quo eorum iudicio ita miror ut mirari magis nõ
possim. Primo ipsi mihi dicant an apud aliquem recte mea verba & ex recto usitatoq;
modo loquẽdi interpretantem alium habere possit sensum cõclusio mea præter eũ quẽ
dixi. Quid enim his verbis clarius quid expressius: miracula christi nõ ratione rei factæ
sed ratione modi faciendi suæ diuinitatis argumẽtum sunt certissimũ. Secundo dicant
mihi an hæc sit recti iudicis sententia/hæc cõclusio licet sit vera & catholica / damnan-
Arrij hæresis da est tamẽ. quia ad malum sensum trahi potest: ergo & damnanda. ista: christus ejicie
bat dæmonia ꝓpter hoc ꝙ iudæi eam trahebãt ad malum sensum dicentes/ꝙ in belze-
bu principe dæmoniorũ ejiciebat dæmonia illa. & damnanda ista pater maior me est:
quia Arrius ex ea inæqualitatẽ filij ad patrem cogitauit. & damnãda ista nõ cognouit
Eluidij hæresis eam donec peperit primogenitũ filium suũ: quia Eluidius ex ea cõtra virginitatem per
petuam Mariæ hæresim est opinatus: & damnãda ista. illam diẽ neq; filius nouit: quia
ex ea aliqui plura scire volunt patrem ꝙ sciat filius. quid plura damnãdæ fere omnes ꝓ
positiones euangelicæ: quia ab hæreticis ad malũ sensum trahi potuerũt. quando & ꝓ
positionẽ meam in hisdẽ terminis positam in quibus a multis ponitᷣ catholicis docto-
ribus: ideo damnare debemus etiã ꝙ sit vera: quia aliqui ad malum eã sensum trahere
possunt. Profecto si qui eam male interpretãtur illorum sensus qui malus est damnan
dus est nõ meus qui sanctus atq; catholicus. Tertio dicant mihi quis est iste malus sen
sus quem posset facere. dicãt si sciunt: certe etiam nõ est dicere si quis velit aut cogitare
ex illa ꝓpositione malum sensum. Si quis enim esset is esset forte ꝙ aliquis suspicaretur
me velle dicere ꝙ eadẽ miracula quæ fecit christus quantũ ad rem factã per magiã pos-
sent fieri. sed hoc nõ licet suspicari de cõclusione mea/quia immediate ante ipsum ego
pono aliam cõclusionẽ ꝙ miracula christi nõ potuerunt fieri per viam magiæ vel caba
læ. Alius malus sensus qui possit inueniri vel excogitari ego nõ video: dicant ipsi si pos
sunt. Quarto dicant mihi quæ est hæc cõsequentia an teneat de materia an de forma:
est inter magicas ergo damnanda. ꝓfecto similis est forma argumentandi illa qua ute-
banᷣ, etiam cũ a principio damnare conabanᷣ cõclusiones magicas. sic enim arguebãt
istæ conclusiones sunt intricatæ & nõ intellectæ a nobis ergo damnandæ: o mirã & in-
auditam redarguẽdi formã. Iam taceant qui dicũt de incognitis non posse fieri iudiciũ
cum iam sit decretũ ea maxime esse damnanda quæ maxime sunt incognita. Sed rede
amus ad propositum est inquiunt inter magicas/ ergo est damnanda. Dicant mihi ipsi
utrum magicæ cõclusiones bonæ sint an malæ. Si malæ adhuc male per eos est iudica-
tum. Christus enim innuit in parabola de zizanijs nõ solum nõ esse respuendum triti
cum propter admixtas zizanias: immo ad saluandũ triticum innuit non esse eradican
das zizanias ante messem. Si bonæ/cur bonam cõclusionem inter bonas positam ipsi
(si boni sunt viri) ipsos damnare debuerunt:

Quæstio duodecima an deus intelligat.

m Agis improprie dicitur de deo quod sit intelligens vel intellectus q̃ de angelo quod sit anima rationalis.

Quam cõclusionem ego declarando dixi q̃ cõclusio intitebatur modo loquendi Dionysij: qui sæpe dicit de deo q̃ nõ est intellectus neq̃ intelligibile: & similiter dixi mea verba eo modo esse accipiẽda quo accipiebant̃ verba Dionysij. Dixerunt illi q̃ cõclusio erat falsa. & ad hæreticũ sensum poterat transferri. & q̃ non sanitati acciebat eis mea declaratio, de qua sua determinatione nõ parum miror. miror inq̃ si sint sapientes q̃ dicant cõclusionem esse falsam: quæ sit nõ mea: sed Dionysij conclusio. Et ut clarius mẽtem meã intelligant declarabo breuiter fundamentũ & conclusionis & loquutionis ipsius Dionysij. Est ergo aduertẽdum q̃ sicut ratio dicit noticiam discursiuã hominibus ꝓpriam quæ quidẽ ratio improprie diceret̃ esse in deo: ita similiter dicit Diony. intelligere esse noticiã appropriatã angelo causatã ab angelo & intellectu angelico & ipsum informantẽ & in taliter immutantẽ: & tale intelligere dicit nõ esse in deo. nec sic capiendo intelligere potest trahi cõclusio ad malũ sensum: quia nõ ꝓpterea negat Diony. in deo esse cognitionẽ omniũ. Sed ista magis distat ab intellectione proprie captam modo prædicto q̃ homo ab angelo. Cũ autẽ dicit̃ deus intelligit capit̃ intelligere generaliter ꝓ oĩ cognitione: & breuiter hoc sciãt q̃ ꝑ hãc cõclusionẽ nõ intẽdo negare de deo cognitionem oĩm ꝑfectissimã: sicut nec quãcũq̃ ꝑfectionem simpliciter: immo nec intẽdo negare deũ intelligere capiẽdo intelligere cõmuniter. Sed nẽgo istud intelligere quod dicit iuxta modũ loquendi dionysij noticiã angelo appropriatã: sicut & ratio dicit noticiã hoĩ appropriatã iuxta quod etiã improprie dicet̃ esse ratio in deo. at inquiũt tu dicis q̃ magis improprie dicit̃ de deo q̃ sit intellectus q̃ de angelo q̃ sit anima rationalis. hoc aũt est falsum q̃ de angelo nullus unq̃ diceret q̃ esset aĩa. de deo aũt dicit̃ sæpissime q̃ est intellectus. quare illa est magis impropria loquutio. Miror de doctrina istorum patrũ & multiplici lectione sacrarum rerum qui dicũt q̃ nunq̃ de angelo nec ꝓprie nec improprie dicat̃ q̃ sit rationalis. Sed legant Augustinũ in lib. de musica in libro de vera religione: & in actis cõtra fortunatũ: & in libro de cathetizandis rudibus. Nã in istis oĩbus locis memini ego angelos ab Augustino animarũ noĩe nũcupatos. qui tñ nec oĩa vidi nec oĩm posse meminisse locorũ: in quibus forte legi apud sacros doctores: angelos hoc noĩe vocatos. Nã etiã res est quæ cũ legit̃ nõ sit digna multa attẽtione. Cũ autẽ ego dixi magis improprie dicit̃ de deo q̃ sit intellectus nihil aliud intẽdebã nisi q̃ noticia angelica quæ intellectualis noticię nomẽ sibi appropriat magis distat ab infinita noticia dei: quæ oĩa ꝑ essentiã cognoscit q̃ distet a noticia rõcinatiua a rationali vel hoĩ appropriata. Si vero ex præsenti cõclusione inferat̃ q̃ deus improprie dicit intelligere sicut cõparatiuus infert positiuũ accipiat̃ consequẽs illatũ solum in hoc sensu. deus non secundũ ꝓpriam vel appropriatam acceptionẽ huius dictionis intelligere dicitur intellectus &c̃. Sed secũdum cõmunẽ viam minus ꝓpriam: ut patuit ex modo loquendi Dionysij.

Intellectus diuinus angelicus & humanus quõ differunt

Augustinus

Quæstio decimatertia de abdita animæ intelligentia.

Nima nihil actu & distincte intelligit nisi seipsam.

a Hãc declarãdo dixi q̃ intelligebã de intelligere abdito: cuius meminerat Augustinus in libro de trinitate: & Henricus in quolibetis. Dixerunt isti magistri q̃ cõclusio nõ erat ad intellectũ doctorũ q̃s ego adducebã in responsione: q̃ nescio qualiter dicere possint si doctores illos viderunt. Et quia ista materia de intelligere abdito est subtilis & ꝓfunda nolo hic eã latius explicare. Posteaq̃ isti cõclusionẽ nõ damnant: sed tãtũ duo volo dicere. Primo q̃ ego nõ intendo vniuersaliter negare de aĩa & ꝓ quocũq̃ statu quãcũq̃ distinctam cognitionẽ aliorũ a se. cũ credo enĩ aĩam christi intelligere actu & distinere alia. & similiter aĩas beatorũ ꝑ reuelationes aut species infusas. Secundo dico q̃ intelligo de illo intelligere abdito: quod

August.
Henricus

est sine fantasmate vel adminiculo sensus aut fantasiæ: & non adhuc de quocunq; tali; sed intelligere abdito directo & pmanenti. De quo ꝓximã huic posui cõclusionem dicentẽ; aĩa semp seipsam intelligit; & se intelligẽdo quodãmodo oĩa entia intelligit. Et sic in oĩbus meis cõclusionibus semp occulta quædam est cõcatenatio; quã forte ipi nõ aduertunt. Sed redeũdo ad ꝓpositũ dico ꝙ aĩa p tale intelligere abditũ directum & permanẽs nihil actu & distincte intelligit nisi seipsam. Ex quo patet ꝙ præsens conclusio sic intellecta nõ fuit indistincte dãnanda ꝓ erronea; si etiã in aliquo sensu nõ esset vera. Sic enĩ multæ ꝓpositiones tã philosophoꝝ ꝗ̃ theologoꝝ & scripturæ sacræ dãnarentᷣ

Abachuh sicut ista Abacuch primo; mũdi sunt oculi tui ne videas malũ & ne despicias iniqtates.

Matth Et similiter ista Matth. xxv. de fatuis virgĩbus nescio vos; licet enĩ visio dei aut eius sciẽtia sit vnica & simplicissima; & talem visionem aut scientiã vniuersaliter etiã de deo negare videanᷣ dictæ ꝓpositiones respectu mali ꝓpter negationẽ præpositam verbo videndi vel scientiæ. Exponũtur tamen a doctoribus specialiter de visione vel sciẽtia dei approbatiua & non accipitur ut negatio in eis negat omnẽ modum visionis aut scien-

Psal. tiæ dei. Quia verum est illud etiam psalmistæ. Delicta mea a te non sunt abscondita. Si igitur multæ tales ab expositoribus & doctoribus potius distinguũtur; & ad verum sensum trahuntur ꝗ̃ condẽnentur. Nescio in quo ista demeruit ut ita simpliciter damnata sit; etiam postq̃ damnatoribus modo prædicto fuerat exposita & declarata. Hæc ut nunc est properanti stilo mihi dictata sint scripturo alias maiore ocio & cura ut plura ita fortasse meliora. hoc ipsum qualecunq; est opus viginti est noctibus elucubratum; in quo edendo celeritas optanda mihi magis fuit ꝗ̃ diligentia. Oportuit enim habere amicos quod inimicis latrantibus quasi cerbero offam obijcerent. atq; ita venienti me statim iniustæ infamiæ morbo occurrere. Quæcunq; autem & scripsimus &

Nota scribemus in posterum cũ ea semper præfatione sint dicta; ut id solum ratũ sanctumq;

Protestatio theologica habeatur; quod & pontifex summus & hi omnes quorũ iudicium ille approbauerit ratum sanctũq; decernerent. Atq; utinã iam ille aliquid de his quæ in dubium reuocatæ sunt opinionibus nostris pro sua & sapientia & auctoritate decreuisset. Non hoc mihi susceptum operis quando & quæ ille dãnasset temerarium; & quæ ꝓbasset superuacaneum erat defendere. Dum igitᷣ tanti adhuc iudicis sententia uti nõ possumus hæc scripsimus; ne sit unde de propositis a me disputandis quæstionibus habeant quod sinistri possint vel dicere obtrectatores; vel suspicari rudes & simplices. Potest enim accidere ut cum quis indoctior illas attigerit; legens hanc ꝓpositionem christus non veraciter & quãtum ad realem præsentiam; ut ponit communis via descendit ad inferos; actutum illa dictione nõ veraciter offensus. Credat sensum esse ꝓpositionis articulum fidei de descensu christi nõ esse verum. Itidem cũ legerit. peccato mortali finiti temporis nõ deberi pœnam infinitam. In illa me dubiter hæresi præstare ꝙ pœna gehẽnę nõ sit æterna. & cũ intellexerit me de Origenis salute bene opinari; nõ tam vitam; mores; doctrinam; & pœnitẽtiam Origenis ꝗ̃ credita Origenis dogmata a me amari suspicetur. Simile est de alijs ꝓpositionibus multis quæ forte habere possint in primori fronte ꝙ sanctã rusticitatẽ. idest ut pias ita indoctas aures offendãt. Ea ꝓpter sicut hæc scripsimus; ideo legenda ut nec de nobis nec de orthodoxo dogmate sanctæ religionis quisꝗ̃ male cogitet ita ꝓpositiones ipas crudas; ut sic dixerim; & inexplicitas hæc nisi prius attigerit legi nollẽ a nostris hoĩbus qñ ex illis multa ut a fide catholica; ita a nostra mente aliena possunt cõiectare; præsertim hebetiores & doctrinarum remotiorum rudes & insolentes. Oro igitᷣ obsecro & obtestor amicos & inimicos; pios & impios; doctos

Nota & indoctos per viscera Iesu Christi dñi nostri; per mirabile descẽsus eius ad inferos mysterium; per æternũ damnatorũ ignẽ qui nõ extinguitur hæreticis præcipuæ; & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ hostibus dei. itũ; per veri & mystici corporis sanguinisq; sacramẽtum; per dei omnipotẽtiam; per exhibẽdam merito filij eius & cohæredum imaginibus reuerentiam; legant sine liuore; sine inuidia quæ nunc scribimus; priora idest

.. ppositiones nõ enarratas: nõ explicitas nõ legant. quãdo inter doctos eas ppositas disputãdas nõ passim legẽdas oibus publicauimus. Nam & ibi plurima sunt impia dogmata veterũ philosophorũ Auerrois & Alexãdri & aliorũ q̃plurimũ: quæ nos ... sẽp pfessi sumus: asseruimus: prædicauimus publice & priuatim non minus a veritate q̃ philosophia: q̃ a fide esse aliena. Scolasticã tñ exercitationẽ meditantes: de more academiarum inter paucos & doctos secreto cõgressu disputanda suscepimus; Qui vero ipsum leget libellum ppositionum disputandarum: ut ex ipso poterit titulo admoneri dũ quæ ex nostra dicunt sententia: quæ itẽ ex aliorũ discerno nõ pponi illas a me ut meas ut veras opiniones: sed ut creditas ab illis: ita & suspicari poterit & si aliorũ dicantur dogmata & inuenta: visa tñ mihi & hæc & illa vera & probabilia. Qui ergo me oderũt ideo illa nõ legãt: quia nostra sunt. Qui me amãt ideo nõ legãt: quia ex illis quæ mea sunt cogitare plurima possent quæ non sunt nostra. Auerrois Alexander

CONCLVSIONES: QVAS IN HOC APOLOGETICO OPERE TANquã catholicas defendo: sunt infrascriptæ.

Prima conclusio

Anima christi vero & reali descensu descendit ad inferos. & ita christus secundum veram & realem animæ suæ præsentiam in triduo fuit in inferno.

Correlarium. Opinionem Durandi de descensu christi ad inferos ego non probo.

Secunda conclusio

Licet ita sit, ratio tñ veri & realis descensus & vere ac realis locationis in inferno animæ christi nõ fuit essentia vel substantia, ut tenet cõmunis via Scotistarũ & nominalium. quæ cõmuniter tenetur Parisius, cui videtur adhærere sanctus Thomas in tertia parte summæ: sed solum effectus vel operatio.

Tertia conclusio

Sensus per suprascriptas conclusiones explicatas est sensus quem ego per hanc propositionem intendebam. Christus non veraciter & quãtum ad realem præsentiam: ut ponit Thomas & communis via descendit ad inferos: sed solum quo ad effectum.

Quarta conclusio

Quæstio. Vtrum prædicta propositio de rigore logicæ & ex vi verborum permittat illum sensum non est quæstio de fide.

Quinta conclusio

Credens illam propositionem de virtute sermonis permittere illum sensum non errat in fide.

Sexta conclusio

Qui credit aliquid esse de fide; quod non est de fide: de fide non recte sentit.

Septima conclusio

Ponens ppositionem habentem duplicem sensum si illam asseruit & asserit in sensu catholico non tenetur reuocare propositionem sed declarare.

Octaua conclusio

Stãte prædicto casu & ipsa multiplicitate sensuum debemus iudicare de propositionẽ potius secundum sensum intẽtum proponente q̃ secũdum sensum quem magis verba sonant.

Nona conclusio

Peccatum mortale est demeritorie dignum poena æterna.

Decima conclusio

Quilibet decedens in peccato mortali: etiã si in vno tantum decedat punietur in æternũ.

Vndecima conclusio

Nisi reatus peccati mortalis æternaliter perseueraret in anima peccatoris poena peccatoris non perseueraret in æternum.

Duodecima conclusio

Sicut hæc dictio peccatum mortale quandoq̃ capitur pro actu peccãdi omissionis vel cõmissionis: ita etiam & sæpe & proprie apud catholicos doctores pro reatu accipitur.

XIII. conclusio.

Cum dicimus poenam alicubi deberi vel premiũ dupliciter possumus intelligere vel il

lum esse demeritorie vel meritorie dignũ tali pœna vel premio. vel ei actualiter persol/
ui talem pœnam vel tale premium. XIIII.conclusio.

Distinctio huius dictionis deberi posita in cõclusione præcedẽti nõ est erronea in fide.
XV.conclusio.

Crux christi & imagines sunt adorande eo modo quo eas adorat ecclesia.
XVI.conclusio.

Modus adorationis imaginũ & crucis quẽ ponũt Petrus de Aquila: Henricus de Gan
dauo. Ioãnes Guarra. Durandus. Robertus. Olchoth & cõmuniter oẽs Scotistæ est ꝓ
babilior modo quẽ ponit Thomas. XVII.conclusio.

Nõ propterea ꝙ aliquis neget imagines esse adorandas eo modo quo ponit Thomas
negat & consequenter eas esse adorandas eo modo quo ponit ecclesia.
XVIII.conclusio.

Cum in deo sit plenitudo totius esse potest deus quantum est ex se omnem naturam
hipostatizare. XIX.conclusio.

De hac quæstione utrũ naturæ irrationali ex defectu naturæ suæ repugnet assumptibi
litas ad diuinã naturã in vnitate suppositi ut credidit Henricus. an nõ repugnet: ut te/
net cõmunis via. potest catholicus ita esse dubius ut nõ habeat actũ positiuũ contradi/
cendi opinioni Henrici. XX.conclusio.

Positio negans assensum alicuius dicti non infert de virtute sermonis positiuum assen
sum dicti oppositi. XXI.conclusio

Tota magia quæ cõmuniter dicitur necromantia. & omnino quæcunq; ars vel scien/
tia si modo talia artes vel sciẽtiæ sunt dicẽdæ quæ vel pactum vel cõmunionẽ quoquo
modo habet cũ dæmonibus explicitũ vel implicitũ ex principali vel ex annexo antece
denter cõcomitanter aut consequẽter aut omnino quocũq; modo id fit est res prohibi
bita superstitiosa & merito ꝑ ecclesiam cõdẽnata. XXII.conclusio

Sciẽtia illa quæ merito dicit esse practica naturalis philosophiæ & quæ a Guilielmo Pa/
riensi & a Bacone & a græcis oĩbus auctoribus dicit magiã naturalis nihil cõtinet in
se quod catholicæ & orthodoxæ fidei repugnet. XXIII.conclusio

Nulla est scientia extendendo nomen scientiæ ad reuelatas & nõ reuelatas quæ nos cer
tificet de diuinitate christi alia ab euangelica doctrina & scientia christianæ theologiæ.
XXIIII.conclusio

Inter scientias nõ reuelatas: sed quo ad omnes sui partes humanitus inuentas & aquisi
tas nulla est quæ nos magis adiuuet in cognoscenda diuinitate christi ꝙ illa per quam
cognoscimus quid virtute agentium naturaliũ tam sublunariũ ꝙ cælestium fieri possit
ut comprehendamus deinde ex operibus christi fuisse eum veræ naturæ dñm & aucto
rem qui ea fecit virtute ꝓpria quæ omnis naturalis potentiæ & cælestis & terrenæ ter/
minos excedunt. XXV.conclusio

Non obligatur fidelis ad utendum semper & in omni sua loquutione hoc termino sci
entia ut est cõmunis ad scientias reuelatas & nõ reuelatas. XXVI.conclusio

Inter multas partes scientiæ cabalisticæ vna est quæ est de virtutibus corporum cæle/
stium XXVII.conclusio

Hæreses Origeni attributæ impiæ sunt & detestandæ & merito per ecclesiam condẽ/
natæ XXVIII.conclusio

Cum ita sit ꝙ vel Origenes illas opiniones nunq; credidit: sed et ab hæreticis falso fue/
runt attributæ ut volunt Ruffinus Pamphilus Methodius Dydimus & Aymon: vel
si eas credidit aliquando de eis in fine penituit. ut vult Hieronymus de salute animæ
eius rationabiliter est bene credendum & oppositum credere non tenemur de necessi/
tate salutis. XXIX conclusio

Actus credendi est actus liber. XXX.conclusio

Actus credendi nõ sic est in potestate hominis ꝙ ꝓposita propositione mere dubia per

merum & solum imperium voluntatis potest intellectus adhærere vni parti potius ꝙ alteri.

XXXI.conclusio

Qui credit hãc propositionẽ nõ est in libera potestate voluntatis. credere articulum fidei esse verum quando sibi placet: & credere eum esse falsum quãdo sibi placet permittere sensum explicitum per præcedentem conclusionem nõ errat in fide.

XXXII.conclusio

Accidentia in sacramento altaris in nullo sunt subiecto.

XXXIII.conclusio

Possibile est de potentia dei absoluta existentiam panis remanere sine essentia: & in illa subiectari accidentia panis: & hoc supposita distinctione reali inter essentiam & existentiam.

XXXIIII.conclusio

Qui credit istam propositionem: qui dixerit accidens existere non posse nisi inexistat eucharistiæ poterit sacramentum tenere: etiam tenendo panis substantiam non remanere posse verificari per id quod est dictum in precedenti conclusione non errat in fide.

XXXV.conclusio

Paneitas nõ remanet in sacramento eucharistiæ supposita a christo deo homine: sed ꝑ cõuersionẽ transit in essentiã corporis christi.

XXXVI.conclusio

Si teneatur cum communi via ꝙ deus possit suppositare quamlibet naturam possibile est ꝙ christus assumit paneitatem in vnitate diuini suppositi: & possibile est ꝙ per talẽ suppositationem christus sit præsens in altari vbi est panis: & ita ꝙ sine cõuersione aut annihilatione paneitatis christus sit in altari secũdum possibilem veritatem sacramenti eucharistiæ nõ quidem instituti a christo/sed possibilis instituti.

XXXVII.conclusio

Qui credit istam propositionem videlicet. si teneatur cõmunis via de possibilitate suppositationis a deo respectu cuiuscunq; creaturæ. dico ꝙ sine conuersione substãtiæ panis in corpus christi vel paneitatis annihilatione fieri potest ut in altari sit corpus christi secundum veritatem sacramenti quod sit dictum loquendo de possibili non de sic esse permittere sensum explicatum in præcedente cõclusione nõ errat in fide.

XXXVIII.conclusio

Ista verba hoc est corpus meum & cætera. Cum a christo prolata sunt significatiue tenebantur nõ materialiter.

XXXIX.conclusio

Ista eadem verba cum ab euangelico sacerdote cõsecrante ꝓferuntur materialiter. i. recitatiue tenẽtur non significatiue.

XL.conclusio

Miracula christi quantum ad rem factam sunt argumentum ꝙ fuerunt facta in virtute diuina.

XLI.conclusio

Miracula christi quãtum ad modum faciẽdi sunt argumẽtum ꝙ ipse christus faciẽs virtutem diuinã a se habebat nõ aliunde.

XLII.conclusio

Deus perfectissimo modo cognitionis cognoscit & se & omnia alia a se.

XLIII.conclusio

Ideo est omnis perfectio simpliciter.

XLIIII.conclusio

Si utamur hoc nomine intellectualis secundum modũ Dionysij ut dicit noticiam appropriatam naturæ angelicæ sicut rationale dicit noticiam appropriatã naturæ humanæ: tunc improprie dicimus ꝙ deus sit intellectualis aut ꝙ intelligat.

XLV.conclusio

Anima per illud intelligere abditũ quod est directũ & ꝑmanẽs sine adminiculo sensus aut fantasiæ se ipsam tãtũ actu & distincte intelligit.

XLVI.conclusio

Anima per multiplices & varios alios actus suos varia & multiplicia alia a se intelligit.

FINIS.

¶ Breue Alexandri. vi. pon. Maximi ad Io. Picũ Mirandulam: Concordiæ Comitem
Dilecto filio: nobili viro Ioanni Pico: Comiti Mirandulæ.

ALEXANDER PAPA. VI.

Dilecte fili salutẽ & apostolicã bñdictionẽ: omniũ catholicoꝝ quieti & famæ consi: præ
sertim quos generis nobilitas litterarũ disciplina vitæ fideiq; orthodoxæ integritas cõ
mendat: quãtũ cũ deo licet cõsulimus. Dudũ siquidẽ cũ primũ ad fe. re. Innocentium
papã octauũ prædecessorẽ nostrũ: & Romanã curiã te contulisses: & nõningẽtas in the
ologia: & alijs facultatibus cõclusiones ex ꝑmissione præfati prædecessoris publice (ut
moris est) disputandas affixisses: quas sub apostolicæ sedis correctione te sustentare of
ferebas. Et dictus prædecessor inter illas aliquas fidei & religioni nostræ cõtrarias erro
neas: scandalosas: & male sonantes: ac de nõ sana doctrina suspectas ab aliquibus intel
lexisset: nũc integritati fidei cõsulere volens: ne fidelium mentes: & præsertim simplici
um: qui ad huiusmodi publicas disputationes confluere solent: corrumperent. Non
nullis venerabilibus fratribus. tunc suis: nũc nostris episcopis: & alijs sacræ theologiæ
ac utriusq; iuris ꝓfessoribus ꝑ eũ nominatis: ꝑ litteras suas in forma breuis cõmisit. Et
mãdauit ut cõtenta in dictis cõclusionibus examinarent: an aliquæ ex illis ex vi verbo
rum a fide catholica dissonarent: aut hæresim saperent: seu dubiæ & ancipites ad erro
neum sensum trahi possent: & ipsi predecessori referrent: sicuti plenius in dicto breui
cõtinet: ut habita fideli relatione eoꝝ oportune ꝓuideret. Qui quidẽ episcopi & ꝓfes
sores eidẽ prædecessori retulerũt quasdã sibi videri cõclusiones suspectas; & ut assere
bant hæresim sapiẽtes. Quas tñ conclusiones gratia tantũ scholasticæ disputationis ac
sub apostolicæ sedis correctione disputandas publicaueras; & tales demũ eas te habi
turum ꝓfessus es: quales ꝑ eundẽ prædecessorẽ nostrũ iudicarent; iureiurando ꝓmit
tens cuicũq; declarationi quã ipm prædecessorẽ sup hoc facere contingeret assensurũ.
Deinde vero per dictũ prædecessorẽ accepto te quẽdam aliũ librũ apologeticum edi
disse: in quo easdẽ cõclusiões in meliorẽ & catholicũ sensum declarãs interpretabaris:
& circa eas intellectũ sinceræ fidei explicabas. Idem prædecessor ne præmissæ ꝓpositio
nes corda fideliũ ꝗquomodo corrũperẽt: interdixit lectionẽ libelli prædictaꝝ nõningẽ
tarũ cõclusionũ. te tamẽ nulla ob præmissa incurrisse extimationis notã; declarauit: ut
in eisdẽ lrĩs quaꝝ tenorẽ hic pro expresso haberi volumus latius cõtinet. Veꝝ eidẽ ꝑ
decessori postea aliquibus suggerentibus prætextu dicti apologetice. te præmisso iura
mento tuo cõtrauenisse: te in galijs agẽtẽ ad curiam citari mandauit: cuius mãdatis re
uerenter acceptis ad Romanã curiã regressurus iter arripuisti. Cunq; in Italiam perue
nisses ex beneplacito ipsius prædecessoris in partibus florentiæ substitisti. Interim vero
præmissis ad nostrã noticiã deductis: inquisitaq; ꝑ nos totius negocij veritate. Cõpto
q; & præsertim referẽtibus Veñ. frẽ nr̃o Geor. epo albanẽ. & Vlixboneñ. ac dilectis fi
lijs Io. baptista de vrsinis tituli sanctoꝝ. Io. & Pauli presbytero: & Francisco sancti Eu
stachij diacono. Sã. Ro. ec. cardinalibus. Quibus specialiter cõmiseramus ut adhibito
secũ dilecto filio Paulo Genuẽ. theologiæ ac ordinis sancti Dñici ꝓfessore; & sacri pa
latij apostolici magistro: se accurate informarẽt & nobis referrẽt. Nihil aliud postea cõ
tra te actũ ꝓcessum seu attẽtatũ fuisse. Quodq; in eodẽ apologetico; ꝗd in orthodoxã
fidem a cuiusuis suspitionis nota mentẽ tuam apud oẽs releuandã scripseras iudicium:
& determinationẽ ipsius prædecessoris ac sedis apostolicæ cui te humiliter submisisti
cõtinue expectare affirmabas: & in præmissa ꝓmissione & iuramento tuo perstiteris ꝑ
ut etiã ꝑsistere intẽdis & denuo etiã ꝓmittis: ideo nos bonã & integrã mentẽ & sinceri
tatem fidei: ac in nos & sedẽ apostolicã deuotionẽ & obediẽtiã tuã paterno affectu cõ
plectentes: ac te quẽ etiã diuina largitas varijs virtutibus illustrauit; pro potiori cautela
tua ab oĩ reatu ꝑiurij: siquẽ etiã forsan indirecte dicto iuramẽto tuo; cuius formã hic ha
beri volumus ꝓ expresso; aliquo modo cõtrauenicẽdo incurrisses absoluẽtes & absolu
tum forte censentes causam cõmissionis huiusmodi aduersus te; & illius statũ indiui

duralem ꝓ expresso etiã habẽtes & quãtus pẽdeat corã qbuscũq; iudicibus etiã sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus ad nos aduocãtes; motu ꝓprio & ex certa sciẽtia exrin gimus: teq; in eodẽ iuramẽto tuo ꝓsistentẽ iuxta formã lrarũ ipius prædecessoris nul lã omnino ꝓpter præmissa incurrisse extimationis notã: & ꝓpter editionem declaratio num & apologetici huiusmodi aut alias nullam hæresis speciẽ vel suspitionẽ aut notã sinistrã incurrisse seu in crimen veri vel ficti relapsi incidisse; aut poenas vel censuras in iure: vel alias: contra hæreticos vel de hæresi suspectos cõtentas siue latas quomodoli betincurrisse; similibus motu & scientia auctoritate præfata ꝑ presentes decernimus & declaramus inhibẽtes; districtiusq; in vim sanctæ obediẽtiæ mandantes ordinarijs loco rum & cõmissarijs ac officialibus quibuscũq; etiã hæreticæ prauitatis inquisitoribus ne te præmissorũ occasione quomodolibet molestare; seu inquirere præsumãt decernẽ tes irritũ & inane; si secus sup his a quoq; quãuis auctoritate sciẽter vel ignoranter cõti gerit attentari; præmissis necnõ cõstitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisq; in cõtrariũ facientibus nõ obstantibus quibuscũq;. De quibus etiã hic expresse faciẽ da esset mentio specialis. Datum Romæ apud sanctũ Petrũ sub annulo piscatoris die xviij. Iunij. M.cccclxxxxiij. pon. nostri anno primo. L. podocatharus.

Ioannes Picus Mirandula. de ente & vno ad angelum politianũ.

PROHEMIVUM.

n Arrabas mihi superioribus diebus. Quæ tecũ de ente & vno Laurentius Medices egerat. Cum aduersus Aristo. cuius tu ethica hoc anno publice enarras Platonicorũ innixus rationibus disputaret; efficaci adeo vir inge nio & multiformi; ut videat factus ad omnia. In quo illud præcipue admi ror; q cum sit semper in re. pu. occupatissimus litterarũ semper aliquid aut loquit aut meditat. Et quoniã qui Ari. dissentire a Platone existimant a me ipsi dissentiunt. qui cõ cordẽ utriusq; facio philosophiã. Rogabas quomodo & defenderet in ea re Aristote les & Platoni magistro cõsentiret. Dixi quæ tũc mihi in mentẽ venerunt cõfirmans po tius quæ tu Laurentio inter disputandũ respõderas; q nouũ aliquid afferens. Sed nõ ti bi hoc satis; efflagitas enĩ ut q̃cq; de his fusius in ipsa quã adhuc parturio Platonis Ari stotelisq; concordia sim scripturus; breui tamen ad te cõmentariolo perstringã ea quæ tũc tibi coram de hac quæstione sum locutus. Cum forte & Dñicus beniuenius adesse utriq; nostrũ ꝓ sua & doctrina & integritate carissimus. Ego vero negare tibi quid pos sum: in re præsertim litteraria; socio pene dixerim indiuiduo. Liceat aũt mihi per te lin guæ politiõis vindicẽ verbis uti quibusdã nõdũ fortasse latij iure donatis. Quæ tamẽ ipsa rerum nouitas & quædam ꝓpe necessitas expressit nec elegãtioris stili lenocinium quæras: ut enim Malius inquit. Ornari res ipsa negat contenta doceri. Fuerunt igitur hæc si recte memini: de quibus sermonem habebamus.

Tractatus de ente & vno

Malius

¶ Caput primum in quo platonicorum rationes narrat: Quibus volunt astruere vnũ esse superius.

a Rristoteles multis in locis respõdere hæc sibijnuicem & æquali esse am bitu dicit. vnum. s. & ens: verum itẽ & bonum sed de his postea. Resistit academia cui placet vnũ esse prius ente: prius autẽ cũ dicũt & simplicius intelligi volunt & cõmunius. Quare & deũ (cuius summa simplicitas) esse quidẽ vnũ dicũt nõ tamẽ esse ens. Intra terminos itẽ vnius concludi primo omniũ materiã: rudẽ. s. illam & informẽ. Quæ tñ extra ut volunt entis limites est. Tum illud afferunt nõ idem esse quod vni opponatur & quod enti. opponi autẽ enti quidẽ nihil: vni autẽ multitudinẽ: eadem igitur lege qua & opposita censeri duo illa. Ens & vnum ut nõ cõuerti: nec respondere inuicem existimentur.

Cõtrouersia Aristotelis & Platõis de ente & vno

¶ Caput secũdũ in quo quærit vbi Plato de ente & vno sit locutus: õndiq; illius verba vere potius suæ dicẽti vnũ & ens æqualia q his q volũt vnũ esse ente superius.

Vnū a Platōe nusq̄; supra ens positum

h Is illi rationibus innitunť; quas priusq̄; dissoluamus nō ab re fuerit quid de
hac quæstione a Platone expressum inueniať in medium attulisse de ente &
vno duobus locis inuenio Platonē disputantē in parmenide. s. & sophiste:
cōtendūt academici utrobiq̄; a Platone vnum supra ens poni. Ego vero hoc de parme
nide primū dixero: neq̄; toto illo dialogo quicq̄; asseuerari: nec si maxime asseueretur
quicq̄: tñ ad liquidū inueniri unde Platoni dogma istius modi ascribamus: certe liber
inter dogmaticos non est cēsendus quippe qui totus nihil aliud est q̄ dialectica quædā
exercitatio: cui nr̄æ sentētiæ tñ abest ut ipa dialogi verba refragentur; ut nullæ extent
magis & arbitrariæ & violentæ enarrationes: q̄ quæ ab his allatæ sunt qui alio sensu in
terpretari parmenidē platonis voluerunt: sed omittamus omnes interpretes. Ipam in
spiciamus dialogi seriē quid ordiať quo tendat: quid ꝓmittat: quid exequať. Porro ita
se habet: cū ab ea disputatione vnū ne sint oīa an sint multa quæ sunt: Socrates ad ide
as diuertisset multaq̄; super his a parmenide sciscitareť; Respōdet parmenides placere
sibi impetū illum: ꝓpensionēq̄; animi ad res altissimas definiēdas: ceterū collige inqt te
ipsum diligentiusq̄; te dū iuuenis es in ea facultate exerce: quæ inutilis multis videtur

Logicæ necessitas

unde ab illis nugacitas siue garrulitas nūcupata: alioquin veritas te fugiet. Confessum
autē apud oēs quod & sequētia manifestāt: p hæc verba ab illo dialecticam significa
ri: post quæ cū ita parmenidē Socrates interroget quis exercitationis huius modus est
parmenides: respōdet ille primo eū esse quē a zenone audierat: tū particularius de hac
re docens admonet: ut pspicaci solertia circūspiciat: nō solum quid cōsequať si res aliq̄
sit: sed & quid cōsequatur si nō sit: tum videat: quid cōsequatur rem illam quā esse aut
non esse ponimus ut se respicit ut alia: quid itē alia ut se ut illam respiciūt & cum plura
ille in hanc sententiā; tū socrates ita: Arduū opus affers nec te omīno intelligo. Sed cur
ipe aliquid non ponis atq̄; isto quē ꝓbas modo ptractas: quo mihi dilucidior huius rei
fiat intellectus; respōdet parmenides hoc sibi seni esse laboriosum. deniq̄; zeno faciēdū

Parmenidē Platonis dialecticā dūtaxat docere

hoc dicit esse parmenidi qm̄ in paucorū cōuētu est: alioquin parum decore ait huiusmo
di quædā in celebritate multorū tractari a sene: qm̄ quotusquisq̄; nouerit tractationem
huiusmodi & euagationē ad veritatē adipiscendā esse necessariam faciunt vel hæc ver
ba zenonis plenam fidē eius q̄d diximus. q̄d enī parmenides tractaturus est. Tale est si
credimus zenoni ut nō sit palā in multorū cōsessu a sene tractādū: at si ut illi volunt de
diuinis ordinibus de primo rerū omnium principio agit: quæ tractatio seni cōgruētior
aut erubescēda minus: sed citra oēm est cōtrouersiam: nisi nosipsos velimus fallere. Id
circa quod versaturus erat parmenides dialecticum esse negocium neq̄; aliud ab eo So
crates postulauerat. Id autem iuuenilis potius q̄ senilis officij zeno iudicauerat. Qui
bus etiam testimonijs si nō credimus ipsum percurramus dialogū. Videbimusq̄; nus
quā aliquid affirmari. Sed vbiq̄; solum quæri hoc si sit. Quid consequeť. Quid item si

Opinio de ente & vno platoni iposita

non sit. Occasionem autē suæ sententiæ de ente & vno hic academici aucupati sunt; q̄
prima positione hoc se problemate exercet ut videat si omnia sint vnum quidnā con
sequať respondetq̄; futurum ut illud vnū quod esse ponimus: sit impartibile: sit infini
tum: nusq̄; sit: & cū id genus multa enumeret affert & hoc inter alia. Futurū. s. ut illud
vnū nō sit ens. Attēde autem etiā si hæc dialectica nō sit exercitatio. Sed de ente vnoq̄;
dogma tradať; quantū hæc differant: asserere. s. vnū sup ens esse & hoc asserere futurū
ut si oīa sint vnum: illud vnū ens nō sit & de parmenide satis. Enim vero in sophiste

Q̄d' i sophiste dicat de ente & vno

in hanc sentētiam potius loquiť esse vnū & ens æqualia q̄ esse vnū ente superius. Hoc
enim vbi explicet nō inuenio. Illud multifariam significat ut per hæc verba. Nam ita
cōsiderans cōfiteris necessariū esse eū qui aliquid dicit vnū aliquid dicere & mox eū ve
ro qui nō aliqd dicit necesse est: neq̄; vnū qd. i. nihil dicere. Hæc ille: Equalia ergo apud
eū imo eadē sunt nō vnū & nihil: æqualia itē vnū & aliquid. Post hæc itē ꝓbat dici non
posse. nō ens esse vnū. Atq̄; ita colligit. Ens nō enti nō accidit; ergo vnū nō accidit nō
enti; loquiť aūt de vno quod supra dixerat: æquale esse ei quod est aliquid. videtur igi

tut pro cõfesso habere vnũ esse ens. Sed esto demus Platonẽ hoc affirmasse quod certe
nusquã affirmauit. Age examinemus in quẽ sensum dici vere potuerit: ipsius primũ
Aristotelicæ sententiæ in hũc modũ fundamenta iacientes.

¶ Caput tertium in quo declarat quomodo accipiaĩ ens ab Aristotele cum ipsum vni
æquali atq; oĩa ambiens facit.

Dictio hæc. ens, de qua ambigitur vni ne æqualis sit; duplicẽ accipi in mo-
d dũ põt. Primus est ut cũ ens dicimus: oĩe id intelligamus q̃d est extra ni- Ens capi du
hil. Quomodo usus est Aristoteles cũ vni ens æquale fecit. Nec dictionẽ pliciter
absq; ratione sic vsurpauit: nã ut vere diciĩ: sentire quidem ut pauci loqui aũt ut plures
debemus. Sentimus enĩ & opinamur nobis: loquimur alijs. i. multitudini: atq; ideo lo
quimur ut intelligamur. Vulgus aũt & quicũq; e medio ita ens accipiũt ut oĩe id dica
tur ens cui nõ deest esse: & q̃d dici nihil vere non potest. Sed & qui habiti sapientissimi
apud hos ipsos q̃ cõtra senserũt dictione hac ita usos inuenimus. Parmenides enim Py-
thagoreus cũ dixit vnũ esse id quod est. Deũ intellexit. Si Simplicio credimus alijsq; p Parmenidi
multis qui tueri parmenidẽ volunt aduersus eos: qui illũ calumniaĩ. Quasi omnia di- falso imposi
xerit esse vnũ. vna enĩ voce respõdent nunq̃ creditũ a Parmenide nõ esse in rebus diui tũ q̃ opina-
sionẽ: multitudinẽ: pluralitatẽ. Quã ipse alibi in suis poematis aperte cõfiteĩ: sed cum tus sit oĩa es
dixit vnũ est quod est: iudicatũ ab eo illud cui vere entis appellatio congruit: & quod se vnũ
vere est esse vnũ tm̃. quod vnum deus est. Quare si Parmenidi credimus eiusq; defen
soribus etiã platonicis vnũ supra ens esse nõ põt nisi sit supra deũ: tm̃q; abest ut deum Solutio pri-
esse ens neget. Parmenides: ut soli deo verã entis appellationem cõcedat. Atq; ita pri- mæ rõis pla
mæ rationis Platonicorũ solutio nobis obiter occurrit. Sed & Dionysius Areopagita: tonicorũ
Quẽ qui cõtra nos disputãt fautorẽ suæ sententiæ faciunt nõ negabit vere a deo apud
Mosen dici ego sum qui sum. quod græce ita legimus εγω ειμιο ων. i. ego sum ens.
Qui nipsemet cũ dicãt nihil siue non ens opponi enti sicut multitudo opponitur vni.
Cõcedent necessario illud quod nõ est ens esse nihil siue nõ ens. Sicut q̃d nõ est vnũ est
multũ siue multitudo: quare si eãdẽ seruãt legem locutionis fateanĩ oportet deum aut
nihil esse quod aures ipæ formidãt aut esse ens. Hoc modo ens cũ accipiĩ illud primũ
axioma & vniuersale ꝓloquium statuimus de re qualibet necessario dici aut esse eam
aut nõ esse: de nulla aũt utrũq; simul aut dici aut cogitari posse. Cum ergo extra omnia
nihil sit præter ipsum nihil si hoc modo acceptũ ens solũ nihil a se excludit, omnia am-
biat ꝓculdubio necesse est. Quare plura eo ambire vnũ non potest nisi ipsum ambiat
nihil q̃d Plato negat in sophiste. Cũ dicit nõ ens siue nihil vnũ dicit nõ posse si neq; am
bit pauciora ut ipsi volunt: æqualia ergo & ens & vnũ.

¶ Caput quartũ in quo declarat quo modo ente dici aliquid superius possit.

Xplicauimus alterũ ex his modis quibus accipi ens posse dicebamus: quo
e qui utunĩ: quẽadmodũ recte uti possunt verissime affirmant nihil esse ente
cõmunius. Restat alterũ explicemus iuxta quẽ erit manifestũ posse nihilo-
minus: & vere dici esse aliq̃d q̃d supra entis eminẽtiã colloceĩ. Nominum alia cõcreta
alia abstracta. Cõcreta calidum lucẽs cãdidum homo. Abstracta calor lux cãdor huma
nitas. Est aũt hæc vis illorũ & diuersitas ut quod abstractũ diciĩ: Id notet q̃d a se tale est
nõ ab alio. Cõcretũ ex aduerso id significet quod nõ a se: sed alterius beneficio tale est Cõcretorũ &
Sic lucẽs luce lucet. Candidũ cãdore cãdidũ est. & homo hũanitate est hõ. Q̃m vero ni abstractorũ
hil seipsum participat: neq; eadẽ cõditio eidẽ rei & a se & alterius ꝑticipatiõe inesse põt dissidentia
Sequiĩ ut q̃d abstractũ diciĩ a cõcreto denominari nõ possit q̃re nõ cõgrue diciĩ cãdor
cãdidus est: nigredo nigra est: imo ridiculus erit q̃ talia enunciet nõ quia cãdor niger sit
aut calor frigidus: sed quia tm̃ & ille a nigredine: & hic abest a frigiditate ut quæcunq; Cõcreta de
cãdida sint illo cãdida sint: & quæcũq; calent huius participatione caleant. Quædam abstractis ꝑ
ergo negamus rei cuipiã inesse aut q̃a ille nõ habet: ut cũ dicimus nigrũ nõ esse album dicari non
aut quia excellentiori nota: & ꝑfectiori ratiõe habet; quã nos habere eã ex tali locutiõe posse
Inesse aliq̃d
dupl'r negaĩ

significamus: ut cũ negamus albedinẽ esse albã nõ quia nigra sit: sed qm̃ nõ solũ ideo
nõ est nigra quia est alba: q̃d idẽ est dictu: quia habet albedinẽ. Sed quia ipa albedo est.
Veniamus ad nostra ens cõcreti noĩs faciẽ habet. Idẽ enim dictu ens & id q̃d est. Cuius
abstractũ videt̃ hæc dictio: esse: ut ens dicat̃ q̃d ipm̃ esse pticipat. Sicut lucẽs dicit̃ quod
lucẽ pticipat & videns cui inest ipm̃ videre. Ad hãc ergo exactam entis significantiam
si respiciamus illud esse: negabimus ens: nõ solũ q̃d non est: & quod est nihil. sed illud
quod adeo est ut sit ipm̃ esse q̃d a se & ex se est: & cuius pticipatione oĩa sunt: sicut nõ
Ens & esse q̃ mõ differant — id solũ negabimus esse calidũ quod est expers caloris: sed q̃ ipse calor est. Tale autem
est deus q̃ est totius esse plenitudo: q̃ solus a se est & a quo solo nullo intercedente me-
dio ad esse oĩa pcesserunt. Hac igit̃ rõne vere dicemus deũ nõ esse ens: sed super ens &
ente aliquid esse superius hoc est deũ ipm̃: cui qm̃ vnius dat̃ appellatio cõsequẽs inde
ut vnũ supra ens esse fateamur. Vocamus autẽ tũc deũ vnũ: nõ tam enũciãtes quid sit
q̃ quõ sit oĩa quæ est. & quõ ab ipo alia sint. Vnũ enim inquit Dionysius dicitur deus
quia vnice est oĩa. Rursus vnũ dicit̃ quia ita pricipiũ oĩm est quæ sunt sicut omniũ nu
Vnũ quare deo attribuitur — merorũ principiũ vnitas est. Quapropter si ut volũt Academici Plato in prima positiõe
parmenidis affirmat vnũ esse ente superius nõ erit illud vnũ aliud q̃ deus: q̃d & ipsi fa
tent̃ cõmuni cõsensu asseuerãtes de primo rerũ oĩm principio ibi a Platone tractari. At
dicet quispiã hac saltẽ expte discors erit Aristoteles a pla. Quod Aristoteles nũq̃ ita
ens accipit ut sit sub vno deũq̃ nõ cõprehẽdat quod Plato facit. Hoc qui dicũt Aristo.
nõ legerũt: facit enĩ & ipse hoc: & longe clarius q̃ Plato. Nã sexto primæ philosophiæ
libro ait diuidi ens in ens p se: & ens p accidẽs. Cũ ens p se in .x. genera dubiũ nullũ apd'
bonos interpretes sub hoc ente deũ nõ cõtineri: qui neq̃ est ens p accidẽs neq̃ sub vllo
x. generũ cõtinetur in quæ diuiditur ens per se. Vulgata itẽ apud peripatheticos est illa
Entis diuisio in substãtiã & accidẽs — diuisio qua dicit̃ ens diuidi in substãtiã & accidẽs q̃d cum sit ita accipimus ens ut deus
supra ens sit: & nõ sit sub ente quẽadmodum docet Thomas primo libro cõmentario
rum in theologicas sentẽtias. Adijciã & hoc iniuria gloriari quosdam Platonicos: qua
si mysteriũ habeãt Aristoteli ignotũ cũ dicũt duas esse pprias dei appellationes vnum
.s. & bonũ atq̃ ita bonum & vnũ ante ens esse. Sicut enĩ ondimus nõ latere peripathe-
ticos quomodo supra ens deus intelligi possit: possumus & hoc ostendere duo in pri-
mis hæc noĩa boni .s. & vnius deo Aristotelẽ dedisse. nã .xij. libro primæ philosophiæ
Dei propriæ appellatiões vnum & bonum — postq̃ de toto ente separatisq̃ mẽtibus disputauit. Quærit postremo (quasi post omia
ad dei solius pprietates inuestigandas cõuersus) an præter bonũ quod quasi in exerci-
tu in entiũ vniuersitate est. sit bonũ aliq̃d separatũ quasi in duce huius exercitus idq̃ es-
se determinat q̃ bonum deus est: de quo cõsequẽter eodẽ capite vnitatem probat inei-
us testimonium post validas rationes illud etiam citans Homeri εισ Κοιρανοσ εσωεισ
βασιλευσ. Vbi ergo falsus? vbi discors a Platone est Aristoteles vbi prophanus? vbi de
deo minus q̃ deceat honorifice sentiẽs?

¶ Caput quintum in quo declarat qua ratione multa deo adscribant peripathetici que de eo negant platonici docetq̃ quonam pacto per quattuor gradus ad caliginem ascẽdamus quã deus inhabitat.

Olramus nũc rões Platonicorũ q̃bus nõ eo modo: cui & nos cõcordamus:
sed absolute aduersus Aristo. vnũ cõtẽdũt esse ente superius & q̃q̃ satis ex
supioribus soluta sit prima rõ: q̃ dicebat̃ deus vnũ nõ tñ ens. fuerit tñ operæ
pretiũ digredi latius ut ostẽdamus cur nõ solum a diuersis utpote platonicis & peripa-
theticis: sed ab eodẽ sæpe auctore de deo: & vere affirment̃ & vere negent̃. Deus omia
est & eminẽtissime atq̃ pfectissime est oĩa. Q̃d nõ erit nisi ita in se claudat oĩm pfectio
nes ut quicq̃d ad impfectionẽ spectat in rebus a se reijciat. possumus aũt quicq̃d impfe
cti rõnẽ habet in his q̃ sunt duplici capite definire. Alterũ est cũ q̃d in re est q̃d in genere
illius rei minus pfectũ est. Alterũ cũ pfectũ suo q̃dẽ in genere est: sed ideo nõ simplici-
ter pfectũ: qm̃ vnius tm̃ generis pfectionẽ habet: & multa sunt extra ipm̃ genera suis p

fectionibus honestata q̃ in illo includunt̃. Exẽplũ primi cognitio sensualis nõ ideo so-
lũ imp̃fecta est; quia cognitio tm̃ est: & nõ est appetitio; sed q̃a & imp̃fecta cognitio est.
Tũ q̃a organo eget bruto & corp̃ali; tũ q̃a extrema solum attingit rerũ: ad infima .i. ad
substãtiã nõ p̃uadit. Cognitio itẽ humana; q̃ rõnalis dicit̃ imp̃fecta cognitio est; q̃a va-
ga incerta mobilis laboriosa adde intellectualẽ cognitionẽ mẽtiũ diuinarũ: quas theo-
logi vocãt angelos & ip̃a etiã imp̃fecta cognitio est. Vel ob id saltẽ quod extra se quæ-
rit quod intra se .s. plene nõ possidet hoc est veritatis lucẽ q̃ eget & q̃ p̃ficit̃. accipe vitã.
Vita ea q̃ est in plantis ĩmo q̃ in oĩ corpore est. Nõ ideo solũ ip̃fecta q̃a vita est tm̃ & nõ
cognitio; sed q̃a nõ pura vita; potius aũt viuificatio q̃dã ab aĩa in corpus deriuata semp
fluẽs semp admixta morti. Magis deniq; mors vocãda q̃ vita. Incipimus enĩ si forte ne
scis; tũc mori cũ primũ incipimus viuere; & mors cum vita p̃tẽdit; tũcq; primũ desini
mus mori, cũ a corpore mortis huius p carnis mortẽ absoluimur: sed nec p̃fecta vita est
angelorũ q̃ nisi perniter viuificus radius diuinæ lucis foueret in nihilũ tota dilaberet̃ ea
dẽ ratio in cæteris; cũ ergo deũ cognoscẽtẽ deũ viuẽtẽ facis; illud primũ attẽde ut vita
& cognitio quæ illi ascribit̃, his oĩbus de nimẽris libera intelligat̃. Sed nõ hoc satis. Re
stat enĩ altera imp̃fectio cuius exẽplũ hoc. Cõcipe vitã perfectissimã quæ .s. tota sit vita
& pura vita nihil habẽs mortale nihil mortis admixtũ; quæ nullo egeat extra se per q̃d
duret stabilis & permaneat. Cõcipe itẽ cognitionẽ qua & oĩa & simul perfectissime co
gnoscant̃. Adijce & hoc cognoscẽtẽ .s. in se oĩa hæc cognoscere; ut nõ extra se quærat
veritatẽ: quã cognoscat; sed ipse ipsa sit veritas adhuc horũ utrũq; q̃q; suo in genere p̃
fectissimũ & tale ut extra deũ esse nõ possit. Sic tamẽ acceptũ & ab inuicẽ distinctum
deo indignũ est. deus enim omnimoda & infinita perfectio est; sed nõ ideo tãtũ omni-
moda & infinita; quia oẽs particulares perfectiones atq; infinitas tales in se cõprehen-
dat. Tũc enĩ neq; ipse esset simplicissimus; neq; infinita essent; quæ in eo sunt; sed esset
infinitũ vnũ ex multis infinitis numero finitis autẽ perfectione collectũ; quod aut dice
re aut cogitare de deo p̃phanũ est. At vero si vita quæ perfectissima quidẽ vita est. Sed
vita est tãtum & nõ est cognitio. Itẽq; si appetitio siue volũtas perfectissima quidẽ vo-
luntas; sed voluntas tãtum & nõ vita neq; cognitio est. Similiaq; alia in deo collocẽtur
manifeste futurũ est ut diuina vita finitæ sit perfectionis; quoniã eã habet perfectionẽ q̃
vitæ est nõ habet eã quæ cognitionis quæ appetẽtiæ tollamus; ergo a vita nõ id solum
quod eã imperfectã vitã facit; sed quod facit eã vitã tãtum & a cognitione similiter ali-
isq; noĩbus quibus deũ appellamus; tũcq; quod ex oĩbus remanebit necessario tale erit
quale deũ intelligi volumus vnũ .s. perfectissimũ infinitũ simplicissimũ. Et quoniam
vita ens quoddam est sapiẽtia; item ens quoddam pariterq; & iusticia utiq; si particula-
ritatis & terminationũ cõditionem his adimas; quod supererit non hoc aut illud ens — *Dei simplicitas*
erit; Sed ipsum ens; sed simpliciter ens; sed vniuersale ens; nõ prædicationis vniuersa-
litate; sed perfectionis similiter sapientia bonũ quoddã est; quia hoc scilicet bonũ quod
est sapientia & nõ est illud bonũ, quod est iusticia: tolle ut inquit Augustinus hoc. Tol
le illud .i. particularẽ hãc tolle limitationem per quã sapientia ita est bonũ quod est sapi
entia; quod nõ est bonũ quod est iusticia. pariterq; iusticia sic habet iusticiæ bonitatẽ;
ut nõ habeat eam; quæ est sapiẽtiæ. Tũcq; in enigmate faciẽ dei videbis .i. omne bonũ
ipsum bonum simpliciter bonum omnis boni bonũ. Ita vita sicut ens quoddam est; ita
est vnũ quoddam; est enĩ perfectio vna pariterq; sapientia perfectio vna est. Abijce par
ticularitatem remanet non hoc aut illud vnũ, sed ipsum vnũ & simpliciter vnum. Cũ — *Deus quõ ẽ omnia*
ergo deus ille sit; qui ut a principio dicebamus ablata omniũ imperfectione omnia est.
Certe cum a rebus omnibus & quæ sub suo genere imperfectionem & sui generis par
ticularitatem abdicaueris id quod remanet deus est. deus ergo ipsum ens; ipsum vnũ
ipsum bonũ similiter & ipsum verũ. Duos iam gradus p̃mouimus ad caliginem ascẽ
dentes q̃ deus inhabitat; a diuinis nominibus omnẽ pugnantes maculam; quæ ex re-
rũ est significatarũ imperfectione. Adhuc duo supersunt gradus quorũ alter nominũ

Imp̃fectõ in reb⁹ duplex

arguit deficientiā; alter nostræ intelligentiæ accusat infirmitatem. Hæc nomina ens verum vnum bonum concretum quid dicunt & quasi participatum. quare rursus dicimus deum super ens: super verum: super vnū: super bonū esse; quia. s. ipm esse est ipsa veritas ipsa vnitas ipsa bonitas. Verum adhuc in luce sumus: deus autem posuit tenebras latibulum suum. Ad deū ergo nondū pūentū est; donec enī quod de deo dicimus etiam intelligimus & cōprehēdimus in luce versari dicimur: & tāto minora de deo & loqmur & sentimus: quāto infinita sua diuinitate capacitas nostræ intelligētiæ minor est. Ad quartū igit̄ gradū cōscendētes intremus ignorātiæ lucem: & diuini splendoris caligine exoculati clamemus cum ꝓpheta. Defeci in atrijs tuis domine. Hoc vnum de deo postremo dicētes esse ipm intelligibiliter & ineffabiliter sup id omne quod nos de eo perfectissimū vel loqui possumus vel concipere. Tunc sup ipsam etiā ꝙ conceperamus vnitatē bonitatem veritatē. Superq; ipsum esse deū eminētissime collocātes: huc respiciens Dionysius Areopagita post ea omnia; quæ in symbolica theologia in theologicis institutionibus. & quæ de diuinis nominibus & de mystica scripserat theologia postremo in calce eiusdē libri quasi quiā in caligine esset: & ut poterat de deo sanctissime loqueret̄ sic post quædam alia ad idem attinentia exclamauit: neq; veritas est: neq; regnum: neq; sapiētia; neq; vnū: neq; vnitas neq; deitas; aut bonitas: neq; spiritus est quantū scire ipsi possumus: neq; filij neq; patris est denominatio neq; aliud aliquid ex his quæ nobis aut alteri cuiq; in mūdo sunt cognita neq; aliquid eoꝝ quæ nō sunt: neq; coꝝ quæ sūt est: neq; ea q̄ sūt illā sciūt sicut ipa est neq; scit ipa q̄ sūt sicuti sūt neq; sermo ipsius est: neq; nomē neq; sciētia; neq; tenebræ: neq; lux est: neq; error neq; veritas: neq; est ipsius vlla oīno positio neq; ablatio. Hæc vir ille diuinus ad verbū. Recolligamus q̄ diximus videbimusq; in primo nos gradu discere deū nō esse corpus ut epicurei neq; formā corpis ut illi volunt: qui deū asserūt aīam esse cæli vel vniuersi: quod & ægyptij ut scribit Plutar. existimarunt: & Varro theologus Romanus unde utrisq; magnū fomētū Idolatriæ: ut alibi declarabimus sed & quidā sūt ex peripatheticis adeo stolidi ut & hāc veram & Aristotelis sentētiam esse cōfirmēt. Vide quātū a vera hi dei cognitione deficiunt. In carcere quasi in calce quiescētes: & tūc se ad dei fastigia credentes peruenisse cum humi adhuc iacētes pedem versus eū nōdum mouerūt: sic enī nec ꝑfecta deus vita; neq; ens ꝑfectū: neq; ꝑfectus etiā esset intellectus: sed ꝓfanā hanc opinionē qnta decade nostræ cōcordiæ late incessiuimus. Discimus in secdo gradu: quod pauciores recte assequuntur: & in quo falli possumus magis si a vero intellectu paulum deuiauerimus: deum. s. nec esse vitā nec intellectū: neq; intelligibile: sed melius aliquid atq; præstātius oībus his. Noīa enim hæc oīa particularē dicunt ꝑfectionē qualis nulla in deo est. Quod respicientes & Diony. & deinde Platonici in deo & vitā & intellectū & sapiētiam: atq; his similia esse negāt; sed quoniā totā hoꝝ ꝑfectionem: quæ in his multa & diuisa est. Deus ipse sua vnica ꝑfectione quæ est sua infinitas sua deitas quæ ipse est in se vnit & colligit: nō sicut vnū ex illis multis; sed vnum ante illa multa. Ideo quidam alij & præsertim peripathetici; quos quātum licet fere in oībus imitātur Parisiēses theologi. Hæc omīa in deo esse cōcedunt. Quod dicētes atq; credētes non solū recte dicimus & credimus: & cū is cōcorditer qui illa negant. si illud nobis semper Aurelij Aug. fuerit ante oculos sapiētiā dei nō plus esse sapiētiā ꝙ iusticiā; & iusticiam dei nō plus esse iusticiā quā sapiētiam. Vitāq; pariter nō potius in eo esse vitā ꝙ cognitionē: nec cognitionē magis cognitionē ꝙ vitā. Oīa enī hæc in deo sunt vnū nō p confusionē aut cōmistionē aut quasi distinctoꝝ mutuā penetrationem: sed per simplicem summā ineffabilē fontalē vnitatē. In qua omīs actus omīs forma omīs ꝑfectio sicut in primo eminētissimo duce penitissimis diuinæ infinitatis thesauris ita super omīa & externa oīa excellenter est cōclusa; ut sit m̄ nō solū oībus intima; sed magis vnum cū oībus ꝙ ipsa sint secum deficiūt ꝑfecto verba & minus omnino etiā ꝙ concipit̄. Sed vide Mi Angele quæ nos insania teneat, Amare deū dum sumus in corpore plus possumus ꝙ

De⁹ quō est sup oīa

De⁹ a nobis cognosci nō potest

Deū quē dixerint antiq

Deo nulla cōuenit appellatio noīnum

Dei vnitas

Philosophorũ insania

vel eloqui vel cognoscere. Amando plus nobis ꝓficimus minus laboramus: illi magis obsequimur. Malumus tñ semper quærẽdo ꝑ cognitionẽ nũq̃ inuenire q̃d quærimus q̃ amando possidere. Id quod nõ amando frustra etiã inueniret: sed redeamus ad nostra eaideter nbi iam patet quonam pacto cum deus alias & mens & intellectus & vita & sapientia nũcupetur: rursus aliquãdo super hæc omnia collocet. Vtrunq̃ tamen & vere & ꝯsone comprobetur. Nec ꝓpterea Platonem ab Aristotele dissentire: quod ille in sexto de re pu. libro deum quem ibi vocat ideam boni super intellectum & intelligibilia statuat dantẽ illis quidem ut intelligãt. His autẽ ut intelligãtur. Hic autem scilicet Aristo. sæpe deũ & intellectum & intelligẽtem & intelligibile vocet. Nam & Diony. areopagita cũ idem dicat q̃ plato: nõ tamẽ negabit etiam cum Aristotele deum seipsũ & alia nõ ignorare. Quare si se intelligit & intellectus & intelligibilis est, cognoscit enĩ & cognoscitur necessario qui seipsum cognoscit: & tamen si quasi particulares ut dixi has ꝑfectiones accipiamus: aut cũ intellectum dicimus naturam significemus quæ ad intelligibile quasi ad aliud extra se tendat: nihil minus q̃ Platonici Aristoteles etiã deũ & intellectũ & intelligibile esse cõstantissime sit negaturus. In tertio gradu plus aliquid nobis dum tenebris ꝓpinquabamus illuxit: ut nõ solum nõ imꝑfectũ & quasi mancũ aliquid eius deũ impia cogitatione fingamus quale esset si vel corpus vel corporis ania vel constitutũ ex eis aĩal diceret: neq̃ itẽ particulare aliq̃d genus q̃q̃ ꝑfectissimũ quasi humana sapiẽtes eã faciamus ut si vel vitã dicamus vel mentẽ: vel rõnẽ: sed etiã eo q̃d vniuersalia iudicãt noĩa: quæ oĩa ambiũt vno. s. vero ente & bono melius esse cognoscamus. In q̃rto gradu nõ solũ supra illa: sed supra omne nomẽ q̃d formari supra oẽm notionẽ: quæ cõcipi a nobis possit ipsum esse sciebamus. Tũc primũ ipum aliquo modo sciẽtes cũ eũ oĩno nesciebamus. Ex quibus colligi illud põt nõ solũ esse deũ: ut dicit Anselmus: q̃ nihil maius cogitari potest. Sed id esse q̃d infinite maius est omĩ eo q̃d põt excogitari: ut vere dixerit iuxta hebraicã litterã David ꝓpheta. Tibi silentiũ laus. Hæc ꝓ solutione primæ rõnis dixerimus: unde magna etiam aperit fenestra legitimæ intelligẽtiæ librorũ Dionysij qui de mystica theologia & de diuinis noĩbus inscribunt. In quibus illud cauẽdũ: ne aut minora faciamus q̃ sint q̃ ille scripsit sunt aũt maxima: aut dũ puũ existimamus oẽ q̃d itelligimus sõnia nobis & inextricabilia cõmẽta cõfingamus.

De deo Plato & Aristoteles non dissentiũt

Deo silentiũ laus

¶Caput sextũ in quo secũdam soluit rationẽ platonicorũ de prima. s. materia.

Materia prima magis ens q̃ vna secũdũ Platonem

Quod vero obijciunt de prima materia friuolũ est. Illa enĩ q̃tenus ens est eatenus vna est quinimmo si Platonis sectari verba ad vnguẽ volũt: cõcedãt oportet vnius illã habere minus rõnẽ q̃ entis. Neq̃ enĩ Plato vult eam esse ꝓrsus nihil aliogn q̃modo receptaculũ formarũ q̃modo nutrix & q̃modo natura quædã & reliqua: quæ eã esse in thimæo ille cõfirmat. Nõ est igit̃ nihil. i. nõ oĩno entis expers si Platoni credimus: qui tñ eandẽ in philebo vocat nõ solũ multitudinẽ quæ ut ipsi volunt opponit̃ vni: sicut nihil opponit̃ enti sed infinitũ. Multitudo autẽ si sit finita non oĩno fugit rationes vnius: q̃m quia finita est vna est: at infinita multitudo ita omĩno vnius naturam non habet sicut nec termini. Materia ergo prima scd'm Platonẽ magis ẽ ens q̃ vna: Quã qui cõtra disputant ut vnũ ente superius cõprobarẽt ens nõ esse: & tamẽ vnũ esse dicebant. Iamblicus itẽ Platonicus in eo libro quem facit de secta pythagorica materiam primã vocat dualitatẽ eo q̃ dualitas prima sit multitudo & reliquarũ omnium multitudinũ radix. Materia ergo prima secũdũ eũ qui magnus adeo inter Platonicos est ut diuinus vocet̃: nõ solũ nõ vna sed multitudo sed radix oĩs quæ in rebus multitudinis est. Hæc diximus sua illis obiectantes. Cæterũ neq̃ vnitatis expers omĩno est illa sicut neq̃ esse. Exactã aũt vnitatẽ ab eadẽ a qua & esse recipit forma. præterea quæ de vnitate eius vel affirmatiua vel negatiua disputant: quæ omĩa his notissima: qui vel vna cũ Aristotele deambulantiũculam fecerint.

Iamblicus

Materia prima dualitas

¶Caput septimũ in quo tertiã soluit rõnẽ platonicorũ de multitudine: ostẽditq̃ dicendum vnũ esse ente cõmunius aliquid esse cõcedendũ quod Plato negat.

Opposítio entis & vni⁹

f Allunt autẽ plurimũ in tertia ratione. Nõ enĩ eo modo opponit̃ multitudo vni quomodo opponit̃ nõ ens enti. Hæc enĩ cõtradictoriã habẽt oppositio nẽ: illa aut priuatiuã aut cõtrariã de qua re late disputãt Aristotelici. x. li. primæ philosophiæ. Sed videãt quas ruinas incidãt qui vocant Platonici & vnũ dicũt ente superius. Certũ est quotiẽs duo ita se habẽt genera ut sub altero tanq̃ sub cõmuniori alterũ sit; fieri posse ut aliquid inferioris ambitũ effugiat; q̃d tñ non effugiat superioris. Hoc enĩ est q̃re illud dicit̃ esse cõmunius. Exẽplũ in ꝓmptu q̃a aĩal cõmunius est hoĩe põt fieri ut aliquid sit nõ homo siue nõ sit homo quod tñ sit animal; pari ergo rõne si sit vnũ ente cõmunius fieri poterit ut aliquid sit non ens siue nihil; quod tñ sit vnũ atq̃ ita de nõ ente vnũ prædicabit̃; quod expresse in sophiste cõfutat Plato.

Vnũ de non ente nõ prædicari

¶ Caput octauum in quo declarat quomodo quattuor hæc; ens. s. vnum verum & bonum in omnibus sint quæ sunt post deum.

Trãscẽdẽtiũ distinctio

v Erit ſima ergo sentẽtia est q̃ttuor esse quæ oĩa ambiũt ens vnũ verũ & bonũ. Si ita accipiant̃ ut illorũ negationes sint nihil diuisum falsum & malũ. Addita sunt his q̃ttuor duo alia. Aliq̃d. s. & res a posterioribus Auicennam secutis; qui multis in locis philosophiã Aristo. interpellauit; unde sunt illi cũ Auerroe magna bella pugnata: sed quãtũ ad hoc spectat: parua in re discordia. Diuidũt enim hi q̃d sub vno itelligit̃ in vnũ & aliq̃d q̃d a Pla. nõ abhorret: q in sophiste inter has cõmunissimas dictiones enumerat aliq̃d: & q̃d sub ente cõtinet̃ partiunt̃ in ens & res: sed de his alibi q̃ttuor hæc ut cæptũ ꝓsequamur aliter sunt in deo: aliter in his quæ sunt post deũ q̃ quidẽ hæc deus habet a se: alia habẽt ab eo. Videamus primo q̃m odo insunt rebus creatis; oĩa quæ sunt post deũ habẽt causam efficientẽ exẽplarẽ & finalẽ. ab ipõ enĩ ꝑ ipm & ad ipm oĩa. Si igit̃ res cõsideramus ut a deo efficiẽte cõstituũt̃; sic entia dicunt̃: quia

Trãscẽdẽtia quõ sunt in deo

illo efficiẽte esse pticipãt: si ut exẽplari suo quã vocamus ideã sc̃dm quam illas cõdidit deus q̃drãt & respõdẽt; veræ dicunt̃. Vera enĩ imago Herculis dicit̃; quæ vero Herculi cõformat̃. Si ut ad eũ tanq̃ ad finẽ vltimũ tendũt bone dicunt̃. Si vero vnaquæq̃ res

Trãscẽdẽtiũ ordo

sc̃dm se absolute accipit̃ vna cognominat̃. Est autẽ hic ordo ut primũ vnũquodq̃ sub entis ratione cõcipiatur quoniam prius efficit agens vnumquodq̃ q̃ illud in se sit aliquid alioquin non secundum totum quod est esset ab agente. Quo fit ut nihil sit post deum: quod concipientes hoc de eo nõ intelligamus quod est ens ab alio; ens finitum ens participatum. Succedit enti vnum. Tertia est veritas quia postq̃ est aliquid in se videndum est an sit tale quale est exemplar ad quod fuit formatum: cui si simile inuenitur reliquum ut in illud utpote affine atq̃ cognatum per bonitatẽ se conuertat. Aequali autem hæc esse ambitu quis nõ videat: da aliquid esse certe & vnũ est. Nã qui vnum nõ dicit nihil dicit (ut ait Plato in sophiste). Est enĩ illud quicquid est a se indiuisum &

Plato

ab alijs diuisum; quæ nõ sunt ipm. Hoc autẽ cũ dicimus intelligimus vnũ siue ut Platonis verbis loquamur est idẽ sibi & ab alijs alterũ quod vnicuiq̃ rei congruere in eodem dialogo ipse confirmat. Verum est etiam necessario. Nam si est homo utiq̃ verus est homo: idemq̃ dictu hoc nõ esse verum aurũ & nõ esse aurum; nam cũ dicis verum aurum nõ est. Hoc significas: videtur quidẽ aurum & est aliquid simile auro; sed non est aurum. ꝓpterea Aurelius Augustinus definiens in soliloquijs: quid sit verum aut verum est id quod est; quod nõ ita accipi debet ut idem sit ens & verum. Sunt enim licet re idem: ratione tamẽ & definitione diuersa: quare vnum per aliud finiri non debet sed hoc exprimere voluit Augu. tunc dici rem veram cum est id quod vocatur & esse dicitur; ut tunc verum est aurum; cũ aurum est & nõ aliud est q̃ aurum. Hoc est ergo quod dixit verum est id quod est; quod quidã nõ aduertentes calumniã faciunt diffinitioni. Similiter autẽ & bonum est: quia quicquid est quatenus est bonum est; & longe errat Olympiodorus mea quidẽ sentẽtia sic credens probare aliud esse bonũ & ens: quoniã bonũ simpliciter desideramus. Nõ est autẽ esse simpliciter sed bene esse; ideoq̃ fieri posse ut si male sit nobis non esse desideremus, nam ut illud omittamus an qui

Bonū & ens an sint cōuertibilia

bus male & misere est recto & naturali desiderio appetere possunt ut non sint: non aduertit ille sicut multiplex est esse ita multiplicē esse bonitatem. Est enim primo esse naturale rerum ut homini esse hominem: leoni esse leonem: lapidi esse lapidē: quod esse & naturalis bonitas indiuidue sequitur. Sunt alia esse: quæ aduenticia dici possunt ut hominem esse sapiētem esse pulchrū esse sanū: quēadmodum autē sapiētia & pulchritudo: alia entia sunt ab humanitate ita alia bona sunt. Aliud enī bonū humanitas qua homo est homo: aliud bonū sapiētia q̄ nō iā homo: sed homo sapiens euadit: sicut & hæc aliud & illa aliud ens & est & dicit. Sicut ergo oīa appetūt bonū ita oīa appetūt esse: & primo quidē eā appetant bonitatē quæ esse naturale cōsequitur: quoniam hæc fundamentū sequentiū bonitatū: quæ illi omēs adueniūt ut sine illa stare nō possint. Quomodo enī erit fœlix qui oīno nō erit verū nō illa eis sufficit bonitas quā tūc adipiscūtur cū primū sunt: sed cupiūt accedere & reliquas: quæ illā primā absoluāt & exoment: sicut aūt vere dicimus præter primā ab eis bonitatē alias appeti bonitates: ita vere dicere possumus præter primū esse desiderari ab eis alia esse: quia aliud est esse fœlicem aliud esse hoiem. Et licꝫ det fieri posse ut quis nolit esse si nō sit fœlix nō sequet (ut putat Olympiodorus) aliud esse bonū aliud ens. sed aliud esse ens hoīem aliud fœlicitatē: pariterq; alia hoīs bonitatē aliā fœlicitatis: quarꝫ alterā .i. primā homo non vult nisi habeat & secūdā; omitto an eadē ratione aliquid bonū simpliciter dicat: & ens simpliciter: an q̄d ens dicit: simpliciter bonū tale: & quod bonū simpliciter: ens tale dicat. non enī hic oīa disputādi locus; vere ergo dicebamus vnūq̄dq; quod est eatenus esse bonū q̄tenus est.

Bonū multiforme

Vidit enī deus cūcta quæ fecerat & erāt valde bona. Quidni: a bono opifice sunt: q̄ sui similitudinē oībus imprimit quæ sunt ab ipso: in entitate igit rerū admirari potētiā efficiens possumus dei: in veritate venerari artificis sapientiā: in bonitate reclamare amātis liberalitate in vnitate suscipere conditoris vnicā ut sic dixerim simplicitatem. Quæ vnūquodq; sibi tum oīa inter se inuicē: tum ad seipsum vniuit oīa: sic vnūquodq; ad suimet: ad aliorum: ad dei postremo vocans amorē.

Res quō ducunt nos in dei admirationem

Examinemus & eorum opposita an æquali similiter ambitu sint: falsum & nihil idē esse ostendunt quæ supra diximus. Malū & nihil si differre dicamus reclamabunt philosophi pariterq; theologi. Quare & facere malū nihil est facere: diciq; solet mali nō esse causam efficientē sed deficientē unde illorꝫ insania cōfutat: qui duo principia posuerūt alterꝫ bonorꝫ alterꝫ malorꝫ quasi efficiens aliq̄d principiū mali esset: sed diuidere rē idē est q̄ destruere: nec ita possumus rei cuipiā suā & naturalē vnitatē adimere: ut nihil minus illius esse in sua integritate remaneat. Nō enī totū est sue partes sed illud vnū q̄d dissultat ex partibus: ut docet Aristo. viij. li. primæ philosophiæ. Quare si in ptes diuidas totū partes remanēt quidē: totū aūt q̄d diuidit ipm nō remanet sed desinit esse actu: & potentia tm̄ est sicut partes: q̄ prius erāt potētia tūc esse actu incipiūt: quippe quæ prius cū erāt in toto vnitatē ppriā actu nō habebāt quā tūc primū sortiūtur: cum separate a toto ipso per se subsistunt.

Malorꝫ non esse causā efficientem

Totū nō esse suas ptes

Capitulum nonū in quo declarat quomodo illa quattuor in deo sint.

e Xaminemus rursus q̄liter hæc sunt in deo cui nō insunt in respectu ad causam quā nō habet: ipe enī oīm causa a nullo est: duplici aūt rōne in deo pñt cōsiderari aut q̄tenus aliorꝫ causa est: q̄ distinctio creatis rebus nō conuenit quātū ad p̄sens negociū attinet: qm̄ deus sic esse potest ut nō sit causa. Alia non sic esse pñt ut nō sint: ab eo igit deū primitus sic cōcipimus ut sit vniuersitas oīs actus: plenitudo ipsius esse quā intelligentiā ita subsequit ut sit vnus ut neq; oppositū cōcipi possit. Vide quātū aberrēt: qui plura prima principia fingūt plures deos. Statim & verissimū est: quid enī haber q̄d appareat esse & nō sit qui est ipm esse: cōsequēs certe ut sit & ipsa veritas: sed & ipa bonitas erit: boni enī tres cōditiones ut scri. Pla. in philebo ut sit perfectū sufficiens expetendum: erit aūt hoc quod tale cōcipimus perfectum: quia illi nihil deerit qui est oīa: erit sufficiēs: quia illud possidētibus: nihil deerit: in quo inueniēt oīa: erit expetendū; quia ab illo & in illo sunt oīa; quæ expeti aliqua rōne pos-

Boni tres cōditiões secūdū Platonē.

sunt: deus ergo plenissima entitas; indiuidua vnitas; solidissima veritas; beatissima bonitas. Hæc ni fallor est illa τετρακτυς, idest; quaternitas per quam pythagoras iurabat vocabatq; principium semper fluentis naturæ: principiũ enim hæc quæ vnus sunt deus omniũ esse demõstrauimus; sed & iuramus p ea quæ sancta quæ firma quæ diuina sunt; quid illis aut firmius aut sanctius aut diuinius? Q đ si deo ut rerũ causa est appellatiões has q̃ttuor assignemus ordo totus inuertit. Primo enĩ vnus erit quia prius in se itelligit q̃ intelligat ulcã. Secũdo erit bonus. Tertio verus. Quarto ens. Nã cũ causa quæ dicit finis prior est ea quæ est exẽplaris & exemplaris prior efficiẽte, primũ enĩ appetimus habere quo ab iniuria tẽpestatũ ꝓtegamur tum ideã domus mente concipimus; postremo in materia illam extrinsecus efficiendo formamus; quare si quemadmodũ superiori capite definiuimus bonũ ad causam finalẽ verũ ad exẽplarẽ; ens ad efficiẽtem spectat deus ut causa est, primo boni tũ veri postremo entis rõnẽ habebit: quæ oĩa hic breuiter perstringimus, fœta alioquin quæstionũ multarũ atq; magnarũ.

Pythagoras

Trãscẽdẽnũ in deo ordo

Cap. x. in quo totã disputationẽ ad vitæ institutionẽ & moꝶ emẽdationẽ cõuertit.

Studioꝶ ad religionẽ applicatio

u Erum ne alijs potius q̃ nobis disputemus illud curãdũ ne altissima pscrutãtes in humili, i, indigna his cõditione viuamus; quibus cælitus datum ut indagare cælestiũ etiã rationes possimus. Sed illud assidue meditandum hanc nostram mẽtem; cui diuina etiam peruia sunt ex mortali seminio esse non posse neq; fœlicem alibi q̃ in diuinorum possessione futuram; tantoq; magis dum hic quasi aduena peregrinatur propinquare fœlicitati quanto post habita cura terrenorum ad diuina se magis erigit & accendit; admonere autem in primis nos præsens disputatio videtur ut si esse beati volumus beatissimũ omnium imitemur deũ vnitatem in nobis veritatem bonitatemq; possidentes. Vnitatis pacem turbat ambitio & sibi hærentem animũ extra se rapit; & in diuersa quasi lacerum trahit atq; discerpit. Veritatis splẽdorem & lucem in ceno in caligine voluptatũ quis nõ amittet? bonitatem furacissima nobis furatur cupiditas, id est auaricia; bonitatis enĩ peculiare hoc cõmunicare alijs bona quæ possides. quare cũ quæreret Plato cur deus cõdidit mũdum; respõdens ipse sibi bonus inquit erat. Hæc sunt illa tria superbia, s, vitæ; concupiscentia carnis; & concupiscentia oculorum; quæ ut scribit Ioannes ex mundo sunt & non sunt ex patre; qui ipsa vnitas ipsa veritas ipsa bonitas est. Fugiamus hinc ergo, idest a mũdo qui positus in maligno euolemus ad patrẽ vbi pax vnifica; vbi lux verissima; vbi voluptas optima. sed quis dabit pennas ut illuc volemus? Amor eorũ quæ sursum sunt. Quis adimet? libido rerum quæ super terrã quã si sectemur iacturam facimus & vnitatis & veritatis & bonitatis. Neq; enĩ sumus vnũ si curuũ sensum & spectãtẽ cælestia ratiõnẽ virtutis fœdere nõ deuincimus; sed duo in nobis principes quasi per interualla regnãtes dum nũc deum per legem mẽtis: nũc baal per legẽ sequimur carnis & regnũ nostrum in se diuisum profecto desolatur. Quod si ita erimus vnum ut mancipata sensui ratione sola imperet lex membrorũ falsa erit hæc vnitas quia veri nõ erimus: dicemur enĩ & apparebimus homines esse, i, animalia ratione viuentia; & tamen erimus bruta; quibus pro lege sensualis est apparentia; præstigium faciemus his qui nos videbunt inter quos habitabimus. Nõ respondebit imago suo exemplari: instar enim dei sumus; deus autẽ spiritus. Nos nõ spiritales iam: ut Pauli utar verbis; sed animales; cũ autem per veritatem ab exẽplario nõ excedimus: restabit ut per bonitatem ad ipsm tendentes illi aliquãdo copulemur. Quod si tria hæc vnũ, s, verum & bonũ perpetuo annexu ens cõsequũtur. Reliquum est ut cum illa nõ sumus etiam prorsus nõ sumus; & si esse videamur: & quamuis credamur viuere moriamur tamen potius iugiter q̃ viuamus.

Felicitati q̃ mõ appropinquandũ.

Dei vnitatẽ & quõ imitari possumus

Vnitas falsa in homine

Paulus

¶ Primæ obiectiones Antonij Fauentini aduersus libellũ de ente & vno.

ſ I libellus quispiã de ente & vno inscribi mereat; necesse est entis vniusq; naturã ꝓprietatesq; explicet; hoc autẽ opusculo q̃d nup in manus meas venit; quodq; de ente & vno inscribit nõnulla pertractãtur a titulo atq; inscriptione pene alie

na: principale si quidē auctoris ꝓpositū est disputare an iuxta Plato. ens unūq; sese in
uicem mutuo consequent; an ut academici putant unū sit ente cōmunius: sed hoc nō
est de ente & uno pertractare; sed de mutua entis uniusq; cōuersione; nec omnino ab-
solute sed iuxta Plato. duntaxat; nec eñ si quispiā philosophus eam solum quæstionē
agitaret q̄ esi an anima imortalis sit ꝓpterea de anima disputaret; sed de sola animæ im
mortalitate tractatus haberet: Ait p̄terea operis auctor academicos arbitrari deū iuxta Secunda.
Plato. vere ac ꝓprie ens nō esse; qđ equidem plurimū demiror. Si eñ oēs academicos
siue Platonicos intelligat; quēadmodū locutio significare uidet: alioquin nō absolute
ꝓnūciaret id academicos sentire mendatio fortasse nō caret. Themistius eñ inter Pla- Themistius
tonicos auctor nō ignobilis ideam q̄ rerū principiū est ex Platonis sententia testat vere
ac ꝓprie ens esse & unū. Platonici vero aut oēs aut plerīq; nō aliud putant ideam: aliud
vero rerū opificem deū: ꝓsequens p̄terea dicit. Si quoquomō defendi pōt iuxta Plato. Tertia
esse unū ente cōmunius ita censendū est: vocabula inquit q̄ noīe parū latino cōcreta ap
pellat; ut est candidū: lucens: ens: alienū aliquid significant; q̄ præsente res vocabuli ap
pellationē sortiunt. Aliud quippe est candor aliud candidū: aliud homo: aliud huma-
nitas: ens igit vocabitur in quo esse aliud est. aliud vero qđ subsistit: deus igit qui ipm
esse est: ens censeri nō poterit. sed unus ex quo oīa cōtinet & claudit. sed nō ne hmōi de
fensio sibi ipsa parū cohæret; qua eñ rōne candidū & homo & ens alienū aliquid signi
ficant; eadem quoq; unū & beatū & deus & similia huiusmodi multa alienū aliqd sig-
nificent necesse est: deus igitur qui unitas est & beatitudo simul & deitas neq; unus vo
cari potent nec beatus nec omnino deus. quō igitur ens nō est sed unus. Præterea ens
eo dictum est q̄ est; quēadmodū igit fieri nō potest: ut qui sedet sedens nō sit: fieri etiā Cōfirmatio
nō poterit: ut qui vere ac ꝓprie est ens nō sit. ego eñ (inquit deus) sum qui sum. Admi Quarta.
rabilius aūt videri pōt q̄ nō solum iuxta Platonē defendere conat deū ens nō esse. verū
etiā Aristotelem quoq; ipsum in eandē sententiā trahere conat. quinto eñ inquit Me-
tha. libro: ens diuidit in ens per se & ꝑ accidens; ens vero ꝑ se in decem prædicamēta: in
nullo autē inquit genere deus collocari pōt quēadmodū beatū Thomā demonstrasse
existimat. Si igit deus non est ens ꝑ se neq; ꝑ accidens ut constat iuxta Aristotelem ens
nō erit: præterea ens in substantiā & accidens iuxta vulgatissimā diuisionē segregatur
Non est aūt deus accidens neq; substantia; ea eñ inquit genus est. deus aūt cuiuslibet
generis limites excedit; sed equidē non video qua rōne ductus operis auctor Aristoteli
nostro Platonicam ascribat opinionē. si tamen opinio Platonis est: diuisio eñ entis in
ens per se & ꝑ accidens complexi entis diuisio est quēadmodum beatus Thomas: cui
plurimū auctoritatis tribuit eo loco subtiliter scribit. Idem manifestum est exēplis: ens Ens ꝑ acci-
eñ per accidens iuxta Aristotelem est triplex: aut eñ accidens de subiecto prædicatur dens triplex
aut subiectum de accidente; aut accidens de accidente; quæ omnia ad cōplexionē per-
tinent: pari modo entia per se vocantur in quibus aliquid prædicatur; quod vel ad sub-
stantiam pertinet; vel ad quantitatem; vel aliud genus dūmodo qđ prædicat subiecto
per se cōueniat ut album Socrati. nō etiam homini; animal; equo: entis aūt in substan-
tiam & accidens diuisio deum quoq; cōplectitur. est eñ per affirmationē negationem
q; facta diuisio: substantia eñ est; quod nulli innititur sed per se est. Accidens aūt quod
est in alio velut in substantia. horū autē nihil est medium ut beatus Thomas putat: Si
quidem inter substantiam habere & nō habere nulla medietas cogitari potest. Substan
na igitur quæ accidenti opposita est genus non erit: Si deus nullo genere continetur. Cōfirmatio
Præterea nō est indubitata Aristo. opinio; deū ꝑ se nullo genere cōtineri; adsunt eñ nō
nulli Aristo. imitati qui existiment deū in p̄dicamento ꝑ se collocari. & ego quidē pu- Deū esse in
to ea sententia insignē philosophū Boetium fuisse; monstrarēq; si opus esset ex verbis p̄dicamēto.
Boetij necnō Augustini aperte id colligi. Rursum ait unius negationem esse diuisum:
quod probat; eo q̄ res destruitur quando discerpitur diuiditurq;: sed quo mō diuisum
potest uni tanq; negatio opponi; inter affirmationē eñ negationemq; contradictio est:

Quinta. Chymera vero neq; una est: neq; diuisa: nec hoc qđ est dyametrũ esse cõmensural ilem
aut un. ũ est aut diuisum. Falsum quoq; veri negationẽ esse existimat: qđ & si quoquo
Sexta. modo defendi possit. Attamẽ cõtrariũ potius est ꝙ negatio: quẽadmodũ Beatus Tho
mas mõstrat. nõ eñ chymera vera est aut falsa: nisi vocabulo prorsus abutamur: verũ
eñ est qđ est: hoc est ut ipse exponit qđ est id quod videt̃ & dicit̃: falsum igit̃ erit quod
nõ est id quod videt̃ & dicit̃ ut nũmus falsus: nihil igit̃ falsum esse cõtingit nisi quod vi
detur esse aliud qđ non est: Inter id vero qđ videt̃ esse quod est. & id qđ nõ est quod vi
detur nulla cõtradictio est verꝫ igit̃ falsumq; nulla affirmationis negationisq; oppositi
Septima. one aduersant̃: malum etiã boni negationẽ putat: Aristoteles vero bonũ & malum cõ
trariorꝫ genera esse in prædicamentis affirmat: qđ aũt negatio est genus esse nõ potest
Cõfirmatio Præterea bonum ea ratione qua bonum est expetendum est: Malum vero fugiendũ:
expetere vero & fugere & inuicem cõtraria sunt quẽadmodum congregare segregare
q;: bonum igitur & malum erunt contraria: quod Boetius quoq; in prædicamentis as
seuerat quicquid cæteri circa id dixerint.

¶Responsio primarum obiectionum.

IOANNES PICVS MIRANDVLA ANTONIO FAVENTINO SALV.

Væstiones tuas aduersus eũ libellum: quẽ nuꝑ edidi de ente & uno tan
ta cũ voluptate legi: quãta a te & caritate & libertate animi sunt perscrip
tæ: debeo tibi plurimũ noĩe huius officij: qđ si vel amicis impẽderemus
Laudari fal liberius: vel ab eis libentius exigeremus: essemus certe longe ꝙ sumus:
so volumus & doctiores & meliores. sed exitialis hæc persuasio cepit hominũ men
tes: ut nõ placere nos illis putemus: q̃bus errata nostra nõ placent: liberũq; amicorꝫ iu
diciũ vel odiũ vel morositatẽ: adulationẽ ꝟo: amorẽ & naturæ bonitatẽ interꝑtemur.
Ita fit ut dũ laudari malumus vel immeriti: ꝙ vel merentes castigari irrideamur semꝑ lau
dem nunꝙ mereamur. Vide quantũ erremus. Nam laudatio oĩs fere semꝑ inutilis: sæ
pe aũt noxia. Q̃m si vera: q̃d afferat utilitatis: si sit falsa: insanos ꝑfecto nos efficit qui
laudamur: ridiculos aũt qui laudãt. Reꝑhensio certe utilis semꝑ: q̃ si sit iusta ad cogniti
onẽ: si minus iusta: ad defensionẽ nos excitat veritatis. Deniq; q̃d est aliud castigari: ꝙ
alieno labore fieri meliorẽ: aut quid aliud librũ amici lima splendescere: ꝙ de illius vi
gilijs te ꝑficere dormientẽ. Non possum igit̃: ut dicebã tibi plurimũ nõ debere. Qui
de his q̃ in meo libro tibi minus placuerũt: quid sentires: mihi libere significasti. Agno
ui præter beniuolentiã: in tuis scriptis: tuã etiam illam mihi iampridem notam ingenij
dexteritatẽ: cepi. ꝑ statim: nõ quasi pater: sed quasi iudex examinare seuerius quæcũq;
notaueras: utpote q̃ iam mihi etiã ipsi de tuo testimonio in suspitionẽ venerant falsita
tis. Sed ita cogitanti occurrerũt nonnulla quibus defendi illa & vindicari a culpa posse
viderent̃: Quæ quidẽ libere volui ad te perscribere: ne forte quã in te laudo virtutẽ mi
nus ipse amplecterer: ut si in illis taxandis tuũ iudicium nõ imitor: saltem in defenden
dis imiter libertatẽ. Non recte inquis liber de ente & uno inscribit̃: cũ de entis vniusq;
Solutio pri natura, ꝑprietatibusq; omibus in eo nõ agas: sed de unius tantũ entisq; cõuersione. Mi
mæ obiecti hi Antoni ita videri solet duo quasi vestibula libris præstitui Titulum & Prohœmiũ.
onis. Titulus Prohœmiũ curtũ est: Prohœmium titulus fusus & explicatus. Promittit titu
Titulus: ꝑ lus tractatum de ente & uno. Quid aũt de ente & uno tractandũ sit ꝑhœmiũ explicat.
hœmiũ. q̃d Quod si fiat in titulo: timendũ ne libri titulus liber fiat. Posset hoc defendi præiudicio
sint. mille auctorꝫ a q̃bus præscriptæ libris eorꝫ titulationes calumniam eandem paterent̃.
Solutio se Sed nõ id quæstioni pondus ut vel ego vel tu in ea diutius occupemur. Miraris ꝑterea
cundæ ob qđ a Platonicis creditũ dixerim deũ non esse ꝑprie ens. Noli me mirari sed illos quos
iectionis. & ego tecũ in huius dogmatis assertiõe nõ probo. sed hoc illos sensisse quod tibi pene
incredibile videt̃ hocq; posteris scriptum reliquisse: notissimũ omnibus qui Platonica
legerũt. hoc Sirianus Proclus Plotinus: & qui deniq; extant Platonis interpretes unõ
ore confirmant. At inquis Themistius inter Platonicos non ignobilis asserit id eam ex

Platonis sententia vere ac ꝓprie ens esse & vnũ: Platonici aũt vel oẽs vel plærique nõ ali
ud putãt ideam aliud rerũ opificẽ deũ. Quare si idea ens ꝓprie dicit̃ & deus etiã ipse ꝓ Idearum opinio.
prie dicet̃ ens. Hæc tu satis ingeniose sed vide an satis perite. Illi eñ Proclus. s. & Ploti
nus ideam fatent̃ esse ens & dici: sed deũ ut sup̃ entia: ita sup̃ ideas esse cõtendunt. Plo
tinus eñ in ea mente q̃ a deo ꝓxima est: quã & primũ ens & primũ intelligibile: & pri
mã vitã vocat ideas oẽs collocauit ut sit deus idearũ: nõ sinus sed fons: nõ receptaculũ
sed principiũ. Proclus nõ unũ mõ sed multos ordines mentiũ medios facit inter deũ et
ideas quarum plenitudinẽ: æmulatus Platonis verba in Thimæo: ꝑ se anĩal nuncupauit.
Prætereo Sirianũ Ameliũ Iamblicũ aliosque cõplures idem sentientes. Rudimenta hæc
& quasi incunacula sunt illius doctrinæ q̃ Platonica existimat̃. Q d' si quis tibi det non
aliud re esse ideam & deũ: aliud tamẽ rõne esse nec tu negabis. Quæ diuersitas abunde
faciet ut deus quidẽ quatenus exemplar est hoĩs: equi: leonis ens dici vere possit: quate
nus vero nihil respicit extra se nullamque ad res creatas habet habitudinẽ: sed in suæ diui
nitatis recessus solitarius manet appellationẽ omnẽ entis excedat sitque eius neque nomẽ
neque opinio ut Dionysius inquit. Quare manifestissimũ est & apd' pñcipes academiæ Dionysius.
deũ ꝓprie ens dici nõ posse: & si quis det ideam & deũ re esse idem nõ tamẽ cõtinuo se
qui vt si idea sit ens: deus etiam ꝓprie ens dicendus sit. Transeamus ad alia inter q̃ illud Solutio tertiæ obiectionis.
tibi maxime displicet qd' dixerim aliquã esse loquendi rationẽ quã si sequamur vere di
cere poterimus unũ esse ente superius. Quãdoquidẽ sic deo dare unius possumus ap
pellationẽ ut entis tamẽ nõ demus: ꝓpterea q ens cõcreti nominis (sic eñ latine loqui
possumus) faciẽ habeat: significatque id qd' ab alio esse ꝑticipat qd' de deo dici nõ põt qui
est ipsum esse. eadem (inquis) rõne unũ appellari nõ poterit quia & unũ. s. concretũ no
men est queãdmodũ & ens. Hanc ego quæstionẽ & vidi cũ scriberẽ & dissolui: nam si
mulac ꝓbaui ens quia id significat qd' non est ex se: sed alterius participatu est enũtiari
de deo nõ posse: adiunxi cui. s. deo qm̃ vnius dat̃ appellatio consequẽs inde ut unũ su
pra ens esse fateamur: statimque post hæc tuæ isti occurrens obiectioni adieci: vocamus
aũt tunc deũ unũ nõ tam enũtiantes quid sit q̃ quõ sit omnia q̃ est & quo quo mõ ab il
lo omnia sint: unum eñ inquit Dionysius dicit̃ deus quia unice est omnia rursus unus Dionysius.
dicit̃ quia ita principiũ omniũ est quæ sunt sicut omniũ numerorum principiũ unita est.
Hæc ego ibi ad verbũ. Si igitur cũ deum unũ dicimus enuntiare volumus quid sit fate
or tecũ eadem rõne dici unum nõ posse qua neque ens dici potest: quia utrũque scilicet cõ
cretum nomen est. Quin hoc ipsum ego te prior in eodem libro aperte asserui ꝑ hæc
verba: hæc nomina ens verum unum bonũ concretum quid dicunt & quasi participa
tum. Quare rursus dicimus deum super ens: super verũ: super unum: sup̃ bonum esse
quia ipsum esse est ipsa veritas: ipsa unitas: ipsa bonitas. Hæc ibi.
Non me igitur fugit: cum scribebã: & æque concreta esse ens & unum & ratione cõ
cretionis aut neutrum aut utrũque pariter a deo remouendum. verum queãdmodum sup̃
admonueram: cum deum unũ non tamen ens dicimus nõ quid sit deus: sed quõ sit id
qd' est: significamus. quia scilicet principalissime & simplicissime est omnia. Qui mo
dus per entis appellationẽ nullo pacto vel indicari vel figurari potest: per unitatis autẽ
typum & cognominationẽ potes: Ita eñ se habent entia sicut numeri: ut scribit Aristo Aristoteles.
teles: & numerorum tam principalissima q̃ simplicissima vnitas est. Adijcis admirari te Solutio quartæ obiectionis.
q nõ solum iuxta Platonem: sed iuxta Aristotelem etiam velim defendere: deum non
esse ens. Eo vero si librũ attentius percurristi hoc toto opere principaliter ago ut osten
dam deum & esse & dici proprie ens: nõ solum ex Aristotelis dogmate: sed etiam Pla
tonis consequenter unum nõ esse ente superius. verum ne omnino insanire videant̃ qui
id dixerũt deum scilicet nõ esse ens sed super ens: Inter quos si nec Plato sit nec Aristo
teles certe Dionysius est arepagita utroque maior: probare conatus sum aliquam esse lo
cutionis rationem: quam si sequamur nõ absonũ erit a veritate: deum appellatione en
tis esse maiorem. Quam a peripatheticis etiam interdum usurpari: licet a deo abhorre

reas, negare tamen non potes nisi illorũ neges auctoritatem. Quibus tua etiam senten-
tia primus in illa familia locus debetur. Nam diuisionem entis in substantiam & acci-
dens frequentem esse apud Aristotelicos quis nescit? Cum aũt ita ens diuiditur deũ nõ
Thomas — ens sed supra ens esse tui Thomæ sententia est de quo illud olim solebas dicere Tho-
Deũ nõ esse — mam aufer: Mutus fiet Aristoteles, verba Thomæ ferme hæc sunt. Deus nec accidens
in p̃dicamẽ- — est: nec substantia proprie dici potest: tum quia substantia ideo substantia dicitur quia
to. — substat: tum quia substantia quidditatem indicat quæ aliud est ab esse eius. Quare illa
diuisio entis in substantiam & accidens: diuisio entis creati est, hæc ille. Præterea cum
dicit Aristoteles primum philosophum de ente agere quatenus est ens & causis princi-
pijsq̃ entis: multi sunt ex Peripatheticis qui velint inter entia ibi ab Aristotele deum
nõ collocari: sed inter causas entis. Posse aũt & rursus alia ratione locutionis proprie di-
ci: deum esse ens: nõ modo non negaui: sed asserui confirmauiq̃ etiam multis rationi-
Solutio con — nibus tertio capite eiusdem operis. Nescio autẽ cur tu imitator semper auctorũ illustri-
firmationis — um: nunc tamẽ a clarissimis Peripatheticis ad illos deficias. Qui deum sub genere col-
Solutio qui- — locant quibus Boetium se nullo modo annumerari velle nõ dubito. Postremo necunū
tæ obiectõis — us diuisum: nec falsum veri: nec boni malum esse nagationem contendis. Equidem de
horũ oppositionibus scio nõ facilem esse controuersiam inter magnos auctores ob id-
q̃ librum in quo de his obiter tractabatur hac clausula terminaui. Quæ omnia breuiter
hic perstringimus: facta alioquin questionum multarũ atq̃ magnarũ. Minus aũt proba-
bilem aut veram esse sententiam quam sum sequutus; ut dubitem: nihil me mouent q̃
Chymera — tu obijcis. Chymeram ais nec unam esse nec diuisam. Ego vero dico chymeram quam
mente concipimus ideo nõ esse quia partes ex quibus illam constare intelligimus; apud
te rerum naturam diuisę: nõ autem unitę sunt. Et quẽadmodum illud nõ est cuius par-
tes ex quibus constitueretur si esset diuisæ sunt; ita illud nõ solum nõ est sed necesse po-
test cuius partes nec sunt unitæ: nec vi naturæ uniri possunt.

Quare nõ aliam ob causam chymeram non solum nõ esse dicimus sed nec fieri posse
credimus ut sit: nisi quia bruta ex quibus illam effingimus: in unam coitura aliquãdo
animalis compositionem nõ est credibile. Rursum instas quia diametrum nõ esse cõ-
mensurabilem; neq̃ unum neq̃ diuisum est. Falleris mea quidem sententia. Nam qua
ratione falsum eadem necessario in se diuisum ẽ. Eatenus eñ aliquid falsum deprehen-
ditur: Quatenus secum pugnat: & cõtradictionem includit. Quid autem est aliud cõ-
tradictionem includere q̃ in seipso esse diuisum? Omne igitur verũ unum: quia sibi cõ-
stans & consonum: omne falsum diuisum: quia secum pugnans & sibijpsi non cohæ-
rens est. Falsum negationem esse veri multi crediderunt id quod te etiam nõ latet; Nec
Solutio sex- — obstant argumenta quæ affers. Falsum eñ ut dixi illud vocamus quod nõ est id quod
tæ obiectõis — videtur: ut falsum aurũ quod videtur esse aurum; nec tamẽ est aurum. Quanq̃ autem
falsum aurum nõ solum nõ sit aurum sed & aliud sit q̃ aurum: ei tamen quatenus fal-
sum est accidit esse aliud quippiam præter aurum: sed ideo falsum est; quia nõ est aurũ
quod tamen esse videtur. Aurũ igitur falsum est q̃ ideæ auri nõ quadrat; sed quia ideæ
quadrat æris vel argenti; ideo nõ omnino falsum, sed falsum duntaxat; aurum est sicut
neq̃ omnino est nõ ens; quia licet nõ sit hoc quod est aurũ: aliud tamen quippiam est;
Quid sit fal- — æs puta plumbum vel argentum. Quod autem nulli ideæ respondet id omnino & ab-
sũ absolute. — solute falsum est sicut etiam omnino est ens: quale est quod chymeram nuncupamus.
Solutio sep- — Vide igitur ut pari cursu procedant: non ens: Diuisum & falsum, utq̃ proprie & chy-
timæ obie- — mera falsa: & omne falsum diuisum dici merito possit. Malum vero non aduersari bo-
ctionis. — no oppositione cõtraria ut tu censes: & Albertus docet exponens Aristotelis cathego-
ricas: & Thomas tuus latissime in prima quæstione de malo Quæ omnia credo iam-
pridem tibi esse notissima. VALE.

¶ Secundæ obiectiones.

IO.PICO MIRAN.ANTONIVS CITADINVS:

q

Vantum ego amarim te ac semper coluerim vir præstantissime tu ipse testis es qui diligentē præcipuamq; erga te operā meam facile recordari potes si velis. Quod si nunc ab Antonio vetere amico & compatre amari: aut dubitas aut nequaq; credis parum hercle meæ erga te obseruātiæ meministi: Qui ēm fieri potest: ut quem vix philosophiæ initiatum dilexerim: coluerim: nunc doctrina ꝓbitateq; insignem nō amem non admirer. Vtinā æquate omnes beniuolentia complexi essent: quibus cum familiariter versatus es quali quātaq; Picum suum compater tuus semper prosecutus est; Sed iam ad nostra veniamus:

Prima obiectio

Ais libellum tuum de ente & uno probe inscribi potuisse ꝙ titulus operis curtus & si entis uniusq; tractatum promittat prohoemium tamen quod fusus est titulus qualem tractatum polliceatur explanat mutuam scilicet entis uniusq; conuersionem: sed vide obsecro nūquid isthæc tua defensio sufficiat; pari ēm ratione si libellus ederetur in quo sola animi immortalitas ab auctore esset asserta; de anima libellus merito posset inscribi; Auctor ēm operis disputationem ingrediens mox quæstionem forte proponet et interrogans nunquid anima immortalis sitne ne; hęc vera obiectio in priore epistola tota fere explicata est sed nihil iudicio meo respondisti. Præterea si circa velocitatem motuum quæstio fiat; nūquid arithmeticam geometricamue proportionem consequatur & in principio operis multa auctor se ex geometria desumpturū promittat posset libellus de geometria inscribi; qui tamen circa motus versaretur. Sed hæc utpote friuola omittamus.

Secunda obiectio.

Alio libello in hanc sententiam a me scriptum est. Nemo inquam dixit Platonicos aliud sentire nisi aut oīs aut plurimi id sentiant. Si vero Themistius inter Platonicos nō ignobilis ex Platonis sentētia affirmat ideam quæ rerum principium est vere ac proprie ens esse absolute pronunciandum nō fuit Platonicos iuxta Platonem arbitrari deum vere ac proprie ens nō esse; idea ēm deus est; Tu vero respondes aliud esse ideam; aliud deum ꝙ si datum sit ideam deum esse iam non propterea colligi oportere deum ꝓprie ac vere ens esse; deus ēm atq; idea & si nō re; ratione tamen discrepant. Sed ego nolim hoc loco disputare nunquid Platonici existiment aliud esse deū aliud ideam cum sit quæstio a proposito longe aliena; quanq; plurimi auctores græci pariter & latini ideas Platonis in deo constituant; Platonem imitati satis videor proposito fecisse ꝙ monstrarim Platonicum quendam neq; hercle ignobilem asserere iuxta Platonem ideam ac propterea deum vere ac proprie ens esse; neq; ēm rationis discrepantia ad quam refugis hac in re aliquid facit. Idea ēm relatiua est; deus aūt absoluta res est; Si igitur deus ea parte qua extrorsus refertur vere ac proprie ens est quanto magis ens censeri debet ea ratione qua deus est & in ꝓpria natura consistit. Cur ēm idea ea ratione qua idea est vere ac ꝓprie ens est; Nulla inquā ratio assignari potest nisi dicatur ideo vere ac proprie ens esse ꝙ vere ac proprie est; Magis igitur deus ea ratione qua deus est vere ac proprie ens erit. ego inquit sum qui sum. Præterea hoc modo obiectū est si Platonici ideo iure defendi possunt; qui aiunt deum vere ac ꝓprie ens nō esse; sed unum; quia nomen entis concretum est quod alienum aliquid significat ab eo quod est; unum autem ideo esse ꝙ unice omnia est; pari pacto colligi potest deum unum nō esse; unum ēm concretum nomen est. Quinimmo nec beatus erit nec deus utraq; ēm vocabula sunt concreta; Tu vero respondes deum nō appellare unū quasi unius nomine dei substantia mōstretur; sed quomodo sit id quod est explicari; sed rogo quorsum hoc; nondum ēm soluitur obiectio; deū ditis nō esse ens; sed unū; quia entis nomē concretū est. Si igit̄ unū quoq; concretum est nōne eadem ratione colligi oportet deum unum nō esse; nec deū quod nomen ad substantiam pertinet; quēadmodum & ens: præterea si ideo unus est quia unice est id quod est; cur ens quoq; appellari nō debuit; uno ēm esse omnia est; q̄ est; sapientia scilicet & bonitas & potentia: nō ēm unus dicitur quia solus sit unus: ea

dem igiť ratione ens vocari poterit licet solus non sit ens: est eñ maxime ens. Praeterea
ratio canendũ soluta est qua ita dicebať: deus vere ac ꝓprie ens est; ego eñ inquit sum
Cõfirmatio qui sum. Rursum miratus sum ꝙ defenderes iuxta Aristotelem quoq; deũ aliquando
nomine entis minime censeri: quia nõ esset ꝑ se ens neq; ꝑ accidens neq; substantia ne
q; accidẽs. Ego eñ monstraui deũ neq; ens ꝑ se neq; ꝑ accidens esse: neq; inter substan
tiam & accidens mediũ aliquid cogitari posse. Tu vero primae obiectioni nihil respõ
des. Contra vero scdam unum duntaxat Aristo. interp̃tem allegas hoc est Beatũ Tho
mã: qui ait deũ ꝓprie substantiam nõ esse: eo ꝙ nulli substat accidenti nec essentia dei a
liud est a deo: sed vide vir praestantissime nũquid Thomas aduersum te testimoniũ fe
rat: Si eñ entis in substantiam & accidens diuisio iuxta beatũ Thomã entis creati diui
sio est queadmodũ refers: quõ ignorari põt aliquid ens increatũ esse: qđ deus est: qua
igiť ratione tueri potes iuxta B. Thomae interpraetationẽ Aristotelem arbitrari deũ ꝓ
prie ac vere ens nõ esse: sed quanq; B. Tho. quodã in loco negare videať deũ ꝓprie sub
stantiam esse Magistrũ sententiaꝝ imitatus: eo ꝙ nulli subest accidenti nõ tamen prop
terea falsum est qđ scripsimus superiore epistola inter substantiã & accidens mediũ nõ
esse qđ beatus Tho. plerisq; in locis efficacibus ꝓbat argumentis: neq; tu unũ ex iis q̃
ad te scripta sunt soluisti: Si igiť aliquãdo deũ negat esse substantiã verba ipsa q̃ affers
Substantia hominis mentẽ plane aperiũt: Substantia eñ modis multis dici põt qđ ipsemet prima
finiť multi/ parte latius explanat. Aliquãdo eñ proprie substantia eo dicta est ꝙ accidentibus sub
pliciter. stat qua rõne negat deũ esse substantiã: nec id quidẽ simpliciter & absolute: sed ait pro
prie substantia nõ est: quia nulli substat accidenti. Substantia vero nõnunq; diciť ꝙ ꝑ se
est & substantiuo nõ eget q̃ mõ Tho. substantiae nomẽ aliqñ & quidẽ freq̃ẽter usur
pat. Sic aũt inter substantiã & accidens nulla medietas cogitari põt. est eñ utriusq; per
affirmationẽ negationeq; diuisio. Qđ vero nulla ductus necessitate: sed mea spõte af
firmaui ex Boetij Augustiniq; sententia deũ ꝑ se in praedicamẽto collocari: nõ id ꝓpte
rea dixi ꝙ B. Thomã nõ magnifaciam: nõ venerer: nõ probẽ: sed id ꝓpterea dixi ꝙ so
la B. Tho. auctoritas non sufficit ad monstrandũ: vel Aristo. vel Aristotelicos arbitrari
deũ in praedicamẽto nequaq; collocari: neq; ꝓpterea ab optimis auctoribus ad impro
bos & plebeios deficio: imo optimos sequor & probo: nũquid tu. B. Thomã vel Boe
tio vel Augustino vel aequalem facis vel superiorẽ: Ego quidẽ oẽs & olim legi & indi
es lego: nec puto vegeti quenpiã esse ingenij: qui ea q̃ a britanis nostris Suisset dico &
simules excogitata sunt aut ignoret aut negligat. Non equidẽ oĩa q̃ ab illis scripta sũt
probo & ad miror: verũ nõnulla nec hercle pauca soleo saepenumero ex Aristotelis pro
borũq; auctoꝝ sententia infirmare: sed nõ possum nõ mirari maximã hominũ subtili
tem & acutissimas in rebus physicis rationes: quas ipse etiam Aristo. si a mortuis resur
geret admirareť & mirũ in modum extolleret subtilitatem saltem in pluribus ꝓbans
Tertia obiectio principalis. & si nõ veritatẽ. Defendis p̃terea unius negationẽ esse diuisum: Chymera eñ inquis
diuisa est: eo ꝙ ea ex quibus constaret si esset: ab inuicem diuisa sunt neq; uniri possunt
Diametrũ vero cõmensurabilem esse ideo diuisum putas: ꝙ a seipso diuisum est & dis
sonat: Verba quibus uteris haec sunt. Eatenus eñ aliud falsum esse deprehendiť quate
nus secum pugnat & cõtradictionẽ includit: Quid aũt est aliud cõtradictionẽ include
re q̃; in seipso esse diuisum: omne igiť veꝝ unũ quia sibi constans & consonũ: oĩe fal
sum diuisum quia secum pugnans & sibi ipsi nõ cohaerens est: sed vide quõ positionẽ
tuã possis sustinere. Si eñ aliquid ideo unũ est ꝙ sibi consonũ est & a se diuisum falsũ
ipsum & impossibile unũ erit & verũ: nõ dixerim hoc falsum & illud qđ est Chymerã
esse vel ceruũ volare sed ipsam falsi impossibilisq; naturã intelligo: quã probabo unam
esse & verã: chymera quippe iuxta tuũ dogma diuisa est ꝓpterea ꝙ partes ab inuicem
semp diuisae sunt: ꝓpterea etiam ꝙ a se diuisa est: neq; eñ chymera est chymera eadem
q; ratione diametrũ esse cõmensurabilem diuisum est: neq; eñ aliter intelligi põt utrũ
q; hoꝝ a seipso dissonare secũq; pugnare. At falsum ipsum si separatim spectes falsum

est impossibile quoq; impossibile ē: neutrū igitur secum pugnat: neutrū a se dissonum est: mortui quoq; eadem ratione nequaq̄ secū pugnant. Sunt eñ mortui qui iam mortui sunt: quodlibet igitur horū unū est & verū: si eo aliud est: unum q̄ a se indiuisum est. Praeterea quō verū est oīne qd' falsum ē cōtradictionē claudere: Nonne multa sunt falsa vel naturae vel hominis potestate vera esse possunt: Diffinitionē etiam veri rursus a te positam defendere conaris: ais q; verū esse qd' videtur esse qd' est: falsum vero qd' videt quod nō est nūc, ꝓpterea colligi putas falsum veri negationem nō esse: sed argumēto meo nihil pace tua dixerim hactenus respōdisti argumentū tale est. Si verū est quod videtur qd' est: Falsum vero qd' videt̄ quod nō est cum inter videri qd' est & videri qd' nō est nulla contradictio sit nō erit falsum veri negatio: Si nanq; nec homo esset in rerū natura nec deus: Socrates nō esset: nō itaq; videretur: qd' esset: neq; qd' nō esset: nō verus igitur esset nec falsus: esset aūt nō ens: nō ens igitur & falsum aliquādo dissentiunt. Beatus etiam Thomas cui nō refragaris verū falsumq; inuicem cōtraria esse ꝓnunciat si ad animū referant̄: ex q̄ tua sentētia veri falsiq; ratio dependet. existimatio inquit vera falsa q; sunt inuicem contrarie: quēadmodū Aristo. dicit: Postremo negas bonū malumq; esse inuicem cōtraria: neq; ꝓpterea rationi respōdes qua probatum est esse cōnaria: nec saluas quō malum sit boni negatio. Ego eñ ita dixi: nulla negatio ea praesertim quae illa cōplectitur q̄ nō sunt genus esse pōt. In topicis eñ ab Aristo. dicit̄ nō entis nō esse genera nec species: malum igit̄ qd' omnia cōplectitur nō entia genus esse nō pōt: quō igitur Aristo. vir summus dixit in p̄dicamentis bonū & malum cōtrariorū genera esse. Ais etiam Albertū quē arbitror apud te momentū habere: negare bonū malumq; esse inuicem cōtraria: idemq; B. Tho. sentire in prima quaestione de malo: nec propterea respondes quō Boetius aut verū dixerit: aut mentitus sit qui in praedicamentis ait bonū malumq; esse inuicem cōtraria: nō q̄ quēadmodū albū & nigrū calidum & frigidum: quae oīa verae qualitates sunt: sed quēadmodū sanū & aegrū: forte ac debile: rarum & densum: pulchrū & turpe: & similia hmōi multa: nec B. Thomas id negat: sed vir eminentissimus in prima quaestione de malo circa solutionē secūdi argumenti mōstrat quō bonū & malum & si priuationis & habitus oppositione aduersent̄: inter contraria tamen cōputari solent: idq; Simplicij auctoritate confirmat: obiectiones igit̄ nostrae q̄ ob solam veritatis indaginē: mutuamq; inter nos caritatem excogitatae sunt: nō dum mihi videntur ex toto infirmatae: rogo igitur obsecroq; ut eo amore quo Angelo tuo Politiano viro nostrae aetatis doctissimo Platonici dogmatis veritatem aperire conatus es: nobis quoq; eodē zelo nodos ac syrpos nostrę imbecillitatis exoluas: ego quidem plurimis lectionibus & medicandi officio interim sum implicitus: tu vero qui totus contemplationi vacas: & per gradus quattuor in profundam dei caliginem niti potes nullo vel paucissimo labore e tenebris lucem vindicabis. bene vale nostri meorū ex scri. xi. kalendas Iunij. M. cccc. lxxxxi. Notās

¶ Responsio secundarum obiectionum.

IO. PICVS MIRANDVLA ANTONIO CITADINO. SALVTEM.

Vt breuis nimio plus aut certe obscurior fuit prior epistola in soluendis quaestionibus tuis sup eo libello quem nuper edidi de ente & uno: Iteras eñ easdem quaestiones: & de eisdem eadem dubitas. Equidem non negabo in primis litteris quaedam omissa: quibus nihil respōsum est: ne in leuibus rebus verba ꝓdigerem: quaedā breuiter a me tractata ut qui philosopho homini indicandas res potius credere q̄ explicandas Nunc postq̄ a me hoc postulas: minutula etiā quaeq; cōsectabimur: & p singula capita tuarū quaestionū iubebo meminisse eorū q̄ prius scripsimus: excitaboq; ubi erit opus ad eorū ꝓfundiorē intelligentiā. Porro qm̄ tu neq; platonicas cōmentatiōes neq; ob ignorantiā etiā graecae linguae graecos hactenus peripatheticos attigisti: ducā te p lineas: decretaq; latinorū p̄serti Tho. q tibi magis familiaris ad Platonicorū: de qbus agit̄ in meo

Thomas recenter ea de qbus uerũ dubitat.

libro sensa percipienda. Est autem quod te angit in primis: Quanam ratione Platonici
deum super ens collocent: Nam si deus (inquis) vere est: cene vere ac proprie ens est:
& dicitur: cũ dudum sedens quispiam vere dicitur: quia sedeat. Addis quatenus idea
est: ens est: multo magis quatenus deus est: ens fore ut sit & dicatur: Quod si non om-
nes quidem Platonici ideam & deum idem esse concedant: satis tamen ad me oppug-

Themistius

nandum esse ais: Si id unus Themistius non dixerit: quod ego Platonicis in cõmune
ascripserim. Illud item intelligere nõ potes. Quomodo deũ dicam unum appellari: cũ
per hoc nõ quid sit: sed quomõ sit esse quæ est significamus. nã si unus est inquis quia
unice est omnia cur nõ ens quoq; appellari debet cum uno esse sit omnia quæ est. Non
eñ unus dicitur quia solus sit unus. Quare vocari pariter ens poterit: quanq; solus ens
tiõ sit. hæc sunt primũ quibus te extricare nõ potes: sed paucis: & queadmodum sum
pollicitus ex his etiam quæ tibi sunt nota omnem a te dubitationis scrupulum amoue

Essentia & existentia differunt.

bo. Nosti aliud esse apd' Thomã essentiam rei: aliud existentiam. existentia rei illud est
quo res est: hoc est existit: essentia illud est quo res certam speciem adipiscitur aut equi
s. aut lapidis aut virgulti. Quare quod essentia dicitur etiam a iunioribus quidditas ap-
pellatur: quia. s. ex essentiæ notione: scimus quidnã sit res. Cum igit̃ ut Aristoteles do-
cet sc'dõ libro analyticorꝝ posteriorꝝ alia questio sit cum percontamur an verbi causa ro-
sa sit: Alia cum scire volumus quidnam sit rosa. Prima utiq; quæstio ad rei existentiam
spectat. Secunda ad essentiam: siue ut verbis utamur recentiorꝝ ad quidditatem. Rur-

Esse pro existentia.

Deus pura existentia

sus memineris ex sententia Thomæ oĩa citra deum quæ actu sunt ex essentia & esse
(sic eñ vocat existentiam) esse cõposita: deũ ipsum neq; cõpositum esse ex essentia &
existentia: neq; rursus essentiam esse: sed purã ipsamq; existentiam a qua deinceps om-
nis alia rerũ creatarꝝ existentia deriuat̃: creatis. s. essentijs cõmunicata. Adde his dictio-
ne hac q̃ est ens plærũq; essentiam indicari: hac aũt dictione est indicari existentiam nõ
essentiam. Qd' te idem Thomas docet in prima quæstione de malo: ubi ait: cũ dicimus

Ens ꝓ essentia.

hoc aut illud esse ens quæstioni respõderi qua quærit̃ quid sit res (hæc aũt ut supradixi-
mus quæstio ad essentiam rei spectat) cum vero dicimus hoc est aut nõ est satisfien quæ-
renti an sit res: quæ ut dicebamus quæstio attinet ad existentiam. Iam omnis tibi ut cre-

Solutio argumenti ex Tho. sñia.

do Platonicorꝝ sententia & tuæ obiectionis solutio aperta est. nã si deus existentia est:
non autem essentia vt vere dicimus deum esse: ita vere negamus deũ esse ens. Nec pos-
sum nõ mirari te: etiam si Platonica nõ legeris in Tho. tamen lectione frequentem hu-
ic adeo insistere argumentationi: deus est: ergo est ens: cum ipse Thomas ad verbũ di-
cat nõ se hæc mutuo consequi esse & esse ens: sed ad diuersas oĩno quæstiones neq; co-
gnatas inuicem pertinere. Quanq; quid opus hic Tho. auctoritate: Quis dubitat nisi
insipiens an sit deus: quis rursus nisi insipiens præsumit scire etiã aliqua ex parte vl' mi-
nima quid sit deus. Cum igit̃ diuersissima sint scire an sit deus & scire quid sit deus: di-
uersissima etiã erit oratio: qua dicit̃ deus est ab ea qua dicit̃ deus est ens: cũ illa etiam de-
um esse q̃ nihil est certius asseueret: hæc vero quid sit deus aliqua ex parte. Quo nihil
incertius audeat ꝓnuntiare. Quapꝓpter rectissime tibi quærenti inter disputandũ quid
esset deus: respõdit vir doctissimus Politianus noster ex Simonidis poetæ sententia se
nescire quid esset. Longe aũt abest ab hoc ꝓposito exemplum qd' tu affers de sedente:

Solutio confirmationis

qm̃ non æque variant hæc sedentem esse & sedere atq; hæc duo esse & ens. Eidem eñ
quæstioni respõdeo cũ dico Socra. sedere: cui respõdeo: dicens illum esse sedentẽ quæ-
stioni. s. qua quis de Socratis me positura ꝓcontat̃: Sicut & cũ dicimus Socrates albus
est: & socrates albicat eidẽ satissit quæstiõi: qua. s. quærit̃: qualis nã sit socrates: sed non
eadẽ ratio inter ens & est: quorꝝ alterꝝ: ut sæpe idem inculcemus: quid sit res alterꝝ an sit

Solutio alterius argumenti.

interrogãtibus manifestat. Hic etiam patet: si deus ut idea ens dicitur nõ tamẽ sequi ut
quatenus etiam absolutus in se concipit̃ entis habeat appellationẽ: nam sicut ideæ: ita
etiam essentiæ induit rationẽ: ut vero ipse supra omnẽ essentiam habitudineq; ad res
creatas intelligit̃ entis noĩe maior est. Qd' eñ ens nõ dicitur nõ deficientiæ est: ut cre-

cis:sed eminentiæ. Quare & a Platonicis potius super ens q̄ non ens esse ꝓnunciatur.
Quibus equidem nescio cur Themistium obstinate adeo contendas annumerare: de Platonici
quo si veteres percunctieris respondebūt oēs peripatheticum esse & themistium: nō Themistiū
platonicum: ipsum si interroges paraphrastē puto se Aristotelis dicet & sectatorē: non nō platoni-
Platonis: Sed forte ideo (patere me iocari) tu illum vel nolentem in academiam trahis: cū esse sed pe
ne videare oīno platonica & græca ignorare: qui themistium saltem legeris beneficio ripatheticū.
Hermolai nostri latinū factum. Sed sit Platonicus Themistius. Sit etiam verus omino Hermolaus
abunde satis & hac & priore epistola declarauimus nihil nostræ sententiæ refragari: quæ
ille dicit: qm̄ de deo alia ut deus est: alia ut idea est platonici enunciabūt. Veniamus ad
illud: quare unū dicatur deus: cum tamen ens nō dicitur. Reuoca ad memoriam: q̄ pri Solutio alte
mis ad te litteris scripsimus. Vnū cum dicunt deum platonici: nō quid sit enūciant: sed rius argu-
quō sit id quod est. sed neq; hoc satis intelligis. Dicam apertius. Si percontaris acade- menti.
micum hominē: quid sit deus: respondebit nō solum a se tibi nō posse respōderi quid
sit: sed neq; a te hoc iure quæri debere: sed esse indignā hanc de eo quæstionē. Qui sup
omnē essentiam: superq; omne intelligibile sit: hoc a se tantū posse asseuerari esse illum Deus simi-
unitati simillimū: qm̄ ut hæc numeroꝝ: ita ille reꝝ omniū: q̄ sunt principiū sit: ut hæc unitati.
numeros oēs pares & impares: ipsa neq; par neq; impar sua indiuidua simplicitate cō-
plectitur: ita ille res oēs sua impartibili infinitate claudit: & cōtinet: vides ne quid sit di-
ctu: per unius appellationē nō quid sit deus indicari: sed quō sit id qd' est: Deniq; si di-
camus: Deus unitati similis est: qd' volumus significare: cum illi unius appellationē da-
mus: utiq; veri erimus. Si dicamus: Deus enti similis est auditoribus: certe risum facie-
mus. Sed quid plura in re aperta. Aut eīn hæc satis aut nescio quid verborum satis esse
possit. Colligit autē & hinc cur deus sub nullo genere sit: Genera eīn reꝝ essentiæ sunt Cur deus
Deus aūt nec essentia est nec essentiam habet. Quaꝑpter cū ens ita a peripatheticis in sub nullo
terdum accipiat: ut decem tantum genera ambiat manifestum est sub entis noīe: quo genere sit
Aristotelis etiam sectatores aliqn̄ utuntur deum nō cōtineri. Tu vero instas a Tho. alijs-
q; ex eadē familia sæpe ita & substantiam: & ens usurpari: ut deus & substantia & ens
dicat. Quasi vel ego hoc ignorem: qd' nemo nescit: vel id mihi satis nō sit: si interdum
aliter faciant: qui non semper: sed quandoq; hac eos in illum modum dictione uti soli-
tos dixerim. Transeamus ad ea quæ obijcis de oppositiōe unius & diuisi equidem: ut Solutio alte
puto ludens cauillis me puerilibus tentas. Nam si falsum inquis diuisum certe falsum rius obiecti
falsum non est. Falsum eīn a se nō est diuisum: quia falsum falsum est. Mortui item ais onis. s. terræ
nequaq̄ secum pugnant: sunt eīn mortui qui iam mortui sunt. Porro Antoni cum di- principalis.
xi pugnare secum q̄ falsa sunt: Si pugna hæc pugno fit: aut telo etiā mortui fateor inter
se nō pugnant: neq; falsi sunt. Sed & sicut falsum est falsum: ita falsum esse falsum non
falsum: sed verū est ꝑpterea nō diuisum sed unum. Addis falso a me dici: quod falsum
est contradictionem claudere. Quia multa sunt falsa: quæ vel naturæ vel hominis po- Solutio alte
testate vera esse possunt: Tu vero illud cogita: omne quod falsum est: quādiu falsum rius.
est: tamdiu cōtradictionem claudere: Sed sicut quædam ita falsa sunt ut possint fieri ve
ra. Quædam aūt ita sunt falsa: ut vera esse nunq̄ possint. Ita sunt quedā adeo sibi cōtra
dicentia: secūq; pugnantia ut in amicitiam redire & cōcordiam nunq̄ possint. Quedā
ita se oderūt ut redire tamē in gratiam possint. Exemplo hoc erit manifestum hominē
esse leonem semp falsum est: quia semp contradictionē claudit: & sicut nunq̄ ad unio- Exemplum
nem: ita nunq̄ ad veritatē redigi potest. At me sedere neq; verū est neq; falsum. Si ve-
ro adijcias me sedere dum sto: ilico ad falsitatē. Ita etiam inuehis contradictionē. Nam
me sedere dum sto contradictionem includit: & q̄primū desinit esse falsum: ut cum se
Quo ordie se negauit: quartũ illum gradũ caliginis attendens. Age ergo verba ipa examinemus

quæ hominis mētē testabunt; postea nōnulla adducemus ut planius videat an deus & in hac obie-
quomodo possit a nobis enunciari; deinde ostēdemus tuas argumētationes cōtra eius ctione dissol
verba; etiam ut iacēt apprehēsa nihil cōcludere. Dixerat ille dici diuerse posse deus est; ueda ,pcedē
deū ex sententia Dionysij oī appellatiōe esse maiorē; eniā appellatione hac dei quēad dum sit
modū in libro de mystica theologia habebat; dixerat alio in loco cū per hāc dictionem
deus id tm̄ cōcipis: quod significatur p nomen dictionē hāc non habere prædicati rati-
onē; sed subiecti: quādo id esset de quo quærit; quidnā de eo enunciari posset aut debe
ret nō autē illud quod de alio enunciaret: quare id neq; Simonidi fuisse ignotū aut cō-
sulenti cū Tyrāno: cū itē quæreres si deus dici deus nō posset an esset aliud a deo: quæ-
rere te quid cōciperes per hanc dictionē deus; quā de deo enunciares; si nihil concipe-
res nihil errares: quia nihil diceres. Si aliquid conciperes; dicere deum aliud esse ab eo
quod tu cōciperes & conceptum per hāc dictionē deus explicares; quoniā supra omē
illud esset q̄d a nobis concipi posset. hæc ille. Credebā ego patere tibi ex verbis ijs veris
sunā dubitationum tuarū super hac resolutionē. Tu vero contendis a Dionysio nō ne
gari deum esse deū, lege oro Dionysium capite ultimo libri de mystica theologia: & Dionysius
epistolam primā ad Caium: & tibi palam fiat omni appellatione deū esse maiorem: le-
ge item eundem secundo capite cælestis hierarchiæ & intelliges diuinum hominē nos
edocere diuinæ veritatis similitudinē subiectam; omnē; vitam q; transcēdere nullam
hanc exprimere: lucē omnem q; sermonē omnē mētem atq; rationem absq; ulla com-
paratione illius similitudine inferiorē: ex quibus mētem patrui putarim te posse per-
pendere: ut scilicet eo modo dici vere nō possit deus est deus: ut per hoc nomē deus vi-
cem prædicati gerens; illud quod per subiectū conamur concipere declaretur nō quin
aliquo modo posset dici deus est deus; quēadmodū dicitur deus est bonus; deus est sa-
piens. & aliæ conceduntur prædicationes; quibus sacri codices pleni sunt in quibus
quoquomodo de deo aliquid enūciatur. Sed illius natura nō explicatur cū ab illis con-
ceptibus differt in infinitum: quemadmodum satis aperte quinto capite libri de ente &
uno patruus ille meus edocuit qui super ijs Dionysij verbis quæ a Thoma adducun-
tur veluti arbitrabaris loquutus non est; sed super ijs quæ paulo ante sunt allata. Por-
ro Damascenus in primo libro sententiarum suæ theologiæ scribit esse quædā affirma
tiue de deo dicta; virtutē superexcellentis negationis habentia; verbi causa si tenebras
in deo dicamus nō tenebras intelligimus sed lucē nō esse. verū super lucē lucēq; esse di
cimus cū tenebræ absint; quā sentētiam doctissimus & deuotissimus parisiorum can- Io. gerson cā
cellarius ptractans inquit sic. Igit quicquid de deo affirmatiue dicimus includit negati cellarius pa-
onē aliquam: & paulopost ,ppterea dicit Dionysiū deū negare esse ens sed sup ens esse rien.
affirmare. Deum esse sapiētem ait Egidius primo sentētiarū libro; sed nō eo modo sapi
entē quo nos intelligimus. vnde dicit hāc esse causam cur Auerrois .xij. methaphysicæ
has quæ deo attribuimus prædicationes ,ppositionibus mathematicis similes esse ,pnū Deo quō p̄-
ciet quorū more: ea quæ intelligimus sunt in rebus; sed nō eo modo quo intelligimus dicata cōue-
cū lineā quæ est in materia nō ea rōne quæ est in materia intelligamus. Sed q̄d te multis niant
morer cū vel paucis veritatis huiusce quā asserimus te certiorē reddere possum; ut. s. co
gnoscas q̄cq̄d de deo p̄dicamus lōge aliud q̄ cōcipimus & enūciamus significare. Ait
ipse met Iesus christus dei virtus & dei sapientia & veritas teste Ioānis euangelio deus
spiritus est. Ait Dionysius libro de mystica theologia de deo verba faciens ineffabilem
deitatē contemplans multaq; illi prædicara quæ nos attribuimus remouēs; neq; spiri-
tus est quantū scire ipsi possumus. Vide igit nolle Dionysiū spiritū eo modo quo nos Christus
spiritū scire possomus de deo enūciari p quæ ultima verba legētes edocere verum fore Dionysius
deū spiritum esse ut christi euangelio cōsentiret; & tamē non eo modo spiritū esse quo
nos spiritum intelligimus ne dei naturā a nobis per aliquod nomē exprimi vere posse
crederemus. Quanta vero sit Dionysij auctoritas quātum ipsius sacratissima dogmata
ab oībus theologis qui parisiorū gymnasia coluerunt sint elata; laudibus; & celebrata

licet putauerim te nõ latuisse cũ tñ patruus in mĩsionibus obiectationũ tuarũ innuerit
te inter disputãdum Dionysij dicta nõ magnopere libẽter admisisse: scias velim fidelis-
mũ illũ Pauli Apostoli in christi fide discipulũ extitisse: cuius ope deus eũ voluit relictis
gẽtiliũ erroribus veritatẽ & agnoscere: & seq: & martyrij corona ꝓ christi fide donari
Gregoriũ de eius doctrina Martinũq; põtificẽ in sinodo romæ cõtra hæreticos celebra-
ta magna dixisse. Damascenũ aliosq; cõplures summis eũ laudibus extulisse: ab hæreti-
Cõstãtinus philosoph⁹ cis eius libros occultatos longo tẽpore fideliũ mẽtes latuisse verbumq; fuisse Cõstãtini
philosophi q oẽs eius libros memoriæ cõmẽdauerat: q̃ si a pluribus patribus q cũ hæ-
reticis & sacrosanctæ catholicæ ecclesiæ hostibus magna bella pugnarũt Dionysius ha-
bitus fuisset quãtorius eos & facillime (q̃d & tarde & magnis exanclatis laboribus po-
stea ab eisdẽ factũ est) de hostibus fuisse triũphũ cõsequutos.

¶ Cũ vero ꝓbare intẽdis deũ dici posse deũ ob nois rõnẽ quæ de noĩe prædicatˀ: dico
te frustra (mi Antoni) laborare: nã nõ enũcias aliquid de deo: sed de hoc noĩe deus: q̃d
ut clarius intelligatˀ latius explicabo: nã quærã ego a te q̃d ꝑ aquã ꝓ rõne nois designa-
sti cõcipias si nihil cõcipis nihil erras (ut verbis utar patrui.) Si aliquid cõcipis quæro ite-
rũ si concipis tãquã id de q̃ aliquid possit enũciari. Si hoc modo summis etiã nõ erras:
quia iterum illud. a. vicẽ subiecti nõ prædicari obtinebit si conciperes illud quod de eo
Deus inominabilis enunciatur longe aberrares: tum in infinitũ ipse deus maius sit omni eo q̃ potes cõcipe-
re quem etiãnum Platonicus Apuleius in libro de platonis dogmate indictum appel-
lat & innominabilẽ: ipsiusq; Platonis hac de re verba sunt ab ipso apuleio latina facta.
Deũ quidẽ inuenisse haud facile est: intellexisse impossibile: oẽs itaq; de deo affirma-
tiones improprias esse dicamus: quãdo quodcũq; nõ solũ dicere: sed & cõcipere velle-
mus ille in infinitũ excedat: quinetiã nõ modo in hoc ignorationis & miseriæ terreno
carcere retenti: sed nec in ipsa dei fruitione qua perfecte beamur in cælis constituti com-
prehendere deũ sed apprehendere tãtum: ut nostrorũ theologorꝫ verbis utar facultas
nobis cõdonabitur. Præterea pugnare inuicẽ has propositiones credis. s. deus est supra
id quod concipi potest & aliquid de deo affirmari nõ potest: & ais sit nominis diffinitio
supra id quod concipi & argumẽtum militabit. Sed soluitur cũ enim dicitˀ affirmatio-
nes de deo adduci ꝓprias nõ posse: intelligi datur prædicatum nõ reperiri quod dei na-
turam integre representet: hæc vero oratio. s. supra id quod cõcipi potest nihil aliud si-
gnificat q̃ deũ cõcipi nõ posse & quid sit deus nõ posse sciri. Dicunt igitur hæc verba
nõ solum quid sit deus: sed nõ posse sciri quid sit. Vim igitur negãdi potius q̃ affirmã-
di obtinent. Sed licet ibidem ut affirment ob id tamẽ argumẽtum tuũ nõ militabit: alio-
quin de aliqua re nobis ignota quã quis scire cuperet ac de eius essentia nos punctaret:
respondere sciscitanti possumus est id quod nescimus: quod nõ nouimus quod adhuc
mente nõ cõcepimus nec cõcipere quimus: nõ videretˀ satisfactum petitioni illius: ut
posset hoc dogmate percepto de re illa affirmatiue aliquid enunciare sed negatiue: nisi
forte quis inueniretˀ qui posset alijs intimare quid esset illa res: quæ ut penitus hoibus
ignota supraq; captũ cogitationũ oĩm foret: ita nec a seipso aut cognosci aut cõcipi pos-
Simonides set. & Simonides igitˀ & cõsulens eũ Tyrãnus nouerant dei nomẽ maximũ quid repre-
sentare: & tñ vnus eorꝫ quid esset deus scire cupiebat alter se scire negauit. Præterea ute-
ris tali cõnexione. Deus est supra oẽ id q̃d cõcipi potest: ergo deus concipi nõ potest:
alioq̃n ipm supra seipm foret: nõ igitˀ amari potest: nec coli: respõdeo deũ a seipo tm̃: si-
cuti est: cõcipi integre posse & a nullo alio intellectu. nec ꝓpterea seq: nõ posse aut ama-
ri aut coli: cõcipimus enĩ tãtã esse deitatẽ oĩpotẽtia præditã in infinitũ creaturas oĩpha-
ria virtute superãtẽ: ut eã nisi ex effectibus nõ possimus cõcipere. & hac admiratione
excitati cõcalefactiq; in eius amorẽ exardescimus cõcipimus effectus. & eũ esse sũmũ
Themistius bonũ: & admiramur & colimus & amamus: nã cognitis his ꝑfecte q̃ fecit deus ut The-
mistij verbis utar in admirationẽ cõmẽdationemq; sui oĩm aĩos atq; ora cõuertit: legi-
mus itẽ nos ea quæ reuelata deitus sunt & gratia eius præditi fide concipimus: id quod

cõcipi ad plenũ natura nõ possumus; sup oĩa duntaxat illũ nos amare oportere ut tãdẽ
hac in huius carnis enigmate possimus eũ sicuti est summo cũ utriusq; hoĩs gaudio;
quae nostra est felicitas cõtẽplari. Rursus ad hoc ut aliquid diligamus nõ opus est a no
bis illud pfecte aut videri aut cognosci aut cõcipi; sed satis est si cũ esse vel esse tale: licet
cõfuse & subobscure sciamus: & hoc vel ex fide vel ex effectibus; itaq; vel modica co-
gnitione praeuia qualiscũq; ea sit nobis est satis ad talẽ rem amãdã: possumus enĩ quã-
licet rẽ diligere nisi penitus eius cognitiõe careamus: ex his enĩ quę nouit animus discit
ignota amare ut ait Gregorius. Thomas quoq; in prima secũdae pbat aliquid posse p- Incognita posse amari
fecte amare; & si perfecte nõ cognoscat & exemplũ de deo inter alia pponit.

¶ Postremo ais tantam esse auri potentiã putasse patruũ ut vellemus nollemus vel re
vel animo ex necessitate deum secũ traheret. Sed nõ tãtã esse auri potentiã mi Antoni: Vltime obiectiõis solutio Io. de bachone
sed impotentiã opinatũ nõ modo; sed certiorẽ factũ eũ crediderim: ut nec ipsum aut es-
se aut intelligi posse r auũ semoto deo. Et q̃q; te ad Ioannem de bachone relegare pos-
sem: cuius in dissolutione gntae obiectionis mẽtionẽ habuimus tã & si qñ tu patrui ar-
gumenta recẽsens quibus astruerat deũ nõ esse & aurũ esse pugnare inuicẽ nihil respõ
dere velle dixisti; ne caligare videris in re luce clariori; mõstrare cõsilium est (etiam for-
tasse te iudice) fuisse operaepreciũ ut ea dissoluẽda susciperes si valuisses; sin minime
applicare saltem manus operi vel fateri ingenue eius assertiones veras fuisse. Argumẽ-
ta patrui haec sunt quae mox declarabo fieri nõ potest ut aliquid sit si nõ sit ipsum esse;
deus aũt est ipm esse; fieri igit nõ potest ut aurũ sit si deus nõ sit; praeterea si deus nõ est
igit infinitũ est; si infinitũ est nihil est; qm̃ si infinitũ est finitum nõ est; qm̃ infinitum se-
ipsum perimit; quẽadmodũ & alia quae cõtradictionẽ claudunt. si nihil est aurum nõ
est. fieri nõ potest ut aliquid sit si nõ sit ipm esse deus aũt &c. Cũ ipsum esse quod deus
est (ut nemo diffitet) nõ sit cuius participatu nõ modo omnia sunt quae sunt. Sed & ab
eo dependẽt & monẽtis omnibus cõseruantur: nõ modo ut omnes theologi praeser-
tim Thomas copiosissime docẽt. sed etiã ut a Platone in timaeo asseueratũ est impossi- Thomas theologi Plato
bile est aurum esse q ipsius esse gratia ipsiusq; participatione existit. praetea si deus non
est: igitur infinitũ est. entia omnia praeter deũ finita sunt certisq; terminis contenta; hãc
q̃ quã habent limitatam in natura dei opere & gratia habere possidereq; haud dubium
est: quãobrem Platonẽ aiũt eius sectatores deum in philebo terminũ vocasse; quia for-
mis quasi mẽsuris passim distributis oĩa terminaret. Sed & ait sapiẽtiae liber oĩa in pon Deus terminus
dere numero & mẽsura ab eo constituta. Si igit deus nõ sit cuius causa oĩa entia sunt fi-
nita; nihil erit finitũ igitur infinitũ. Si infinitũ est nihil est; qm̃ si infinitũ est/finitũ nõ est
qm̃ infinitũ seipsum perimit quẽadmodũ & alia quae cõtradictionẽ claudũt. cũ pbatũ
sit unũ aliquod esse a quo cũcta esse accipiunt: & esse finitũ eo semoto nihil est nihilq; fi
nitum. si enĩ infinitũ est: hoc est nõ terminatũ finitũq; ab illo primo: cuius ope & sunt
& inuiũt cũcta terminanturq;. Sequit infinitũ nõ esse. Iccirco infinitũ seipm perimit.
cũ nihil aliud sit dictu infinitũ esse; eo. s. modo quo acceptũ est; q̃ nihil esse; nã si nec fi-
nitũ sit nec deus; extra cõtrouersiã est nihil omnino esse. Haec sunt Antoni quae p pa-
trui apenẽda sentẽtia ptuli quae forte & alia cõtinet dogmata; nõ enĩ omniũ est assequi
quae ille cõceperat. sed q & alios etiã sub verbor cortice latuisse sensus existimẽ illius
me haec verba mouent quibus respõsionẽ terminauit, haec. s. satis credo esse tibi homi-
ni quãtumuis ingenioso; sed in accessa deferamus & teneamus quae interpretis officio
fungẽdo scripsimus; quae cũ satisfaciãt meã quoq; claudẽt respõsionẽ adductis prius
quibusdã quae & patrui sententiã roborant & meã in eius verba quam ante ptulimus
interpretationẽ cõfirmãt pariter atq; elucidãt. Nam deficiẽte primo necesse est omnia
illa quae ab eo pdeũt interire: ut ex Aristotelis octauo physicae auscultationis libro col- Rõnes ad p positũ ostendendum Aristo.
ligit. Deus aũt teste eodẽ philosopho est primũ ver a quo sunt oĩa; alia vera ergo sub
lato deo oĩa vera perire necessariũ est; sed si vera tendũt in nihilũ entia pariter ab interi-
tu nõ vindicant; cũ aequali ambitu cõmeent.

¶Itē ammoto illo qui rebus & esse cōmunicat & viuere quis perituras easmet res oīno
nō videat. Deū aūt id rebus ipis cōdonare sententia est Aristotelis. i. libro de cælo q addit
Aristo. etiā qbusdā clarius qbusdā obscurius esse illud cōicari. Præterea qcqd regit ab arte pri
mæ causæ pereūte illa ,pcūbit. Totā vero hāc machinā a prima gubernari regiq; causa
Auerrois testat̄ Auerrois in. η. primæ phiæ libro sub q̄ & aurū cōtineri cōpi chē diq; nemo potest
ambigere. Plura alia possem in mediū afferre ex sacris codicibus ut multa de ipo euāge
Grego. lio multa ex apostoli Pauli sacratissimis dogmatis plurima ex alijs ut ex Gregorio q cū
Augustinus cta dixit in nihilū decidere nisi ab oīpotēti deo cōseruarent̄. Ab Augustino sup Gene
Thomas sim & ex. S. Tho. & a Io. scoto in tractatu de primo principio: quæ tñ cōsulto prætereo
Io. scotus qm̄ ,pbasse id naturalibus rōnibus quas exposcere oīno videbaris philosophorūq; gēti
liū documētis sat sit: q̄d ut ,pbari posse ab eo neq̄q; credidisti. His igit̄ oībus quæ præfa
ti sumus putauerim bonis ingenijs extra cōtrouersiā futurū oēs patrui opiniones satis
fuisse defensas etiā fortasse te iudice. hæc tñ scripsimus nō ut tecū cōfligeremus. scripsi
Ioā. mainar mus etiā inuite q̄d & Ioānes mainardus noster & Christophorus saxolus Mirādulanus
dus ciuis nr̄ & medicus atq; tuus olim auditor testari possent: scripsimus q̄q; circa odiū cu
Christopho ius tibi argumētū maximū esse pōt cū si qd honori tuo vel aliq̄ ex pte detrahens chartis
rus saxolus traditū iudicaueris tuo illud arbitratu priusq; ad aliorꝫ manus mīsio ,pueniat dispūctu
rus dēpturusq; sim: & qdē ,plubēter cū te ut hoīem diligam ut philosophū obseruē ut
christianū colam quod si mei erga te animi periculū facere collibuerit verbis facta præ
ponderasse percipies. FINIS.

i	Llustri principi ac dn̄o suo singulari comiti Ioā. francisco Anto. fauenti
nus. S. pl. Legi missas ad me in patrui tui scripta defensiones: ut quibus
magnā rerū doctrinā & admirabilem ingenij solertiā plane deprehendi:
sumq; inuētionibus tuis mirifice oblectatus nō solū ,ppterea q̄ video bo
nas artes tutores optīos ac prōnos aliqñ habituras: qbus a tenebris a barbarie vindicent̄:
verꝫ etiam eo magis q̄ de te si philosophari pgas: nescio qd magnū ac grāde mihi facile
polliceor: vedebit posteritas me nihil mētitū si vixeris: deus modo vitā lōgiorē pstet qd
ad me attinet: eqdē nō iprobabo: quæ in patrui defensionē subtiliter qdē & acute scri
psisti: neq; enī si patruus vixisset disputationē iā cœptā magis vltra ,ptraxissem quēad
modū in postrema oppositione mea sum illi plane testatus: q p internunciū rñdit se q̄q;
nihil āplius scripturꝫ: causæ igit̄ iudices sunto q legerint. Q̄d si ea quæ ,pbe meditatus
es ipressoribus dāda cēsuisti saluo ac integro amici honore id fiat: quēadmodū ,pmisi
sti. Sūt qdē nōnulla in libello verba: q̄ aliqd habēt aculei nec oīno parꝫ: a quibus facile
potes tpare si velis sensu rerꝫ nihil imutato. Q̄d si feceris ut spero nō erit ingratū. Cām
meā videor mihi satis abūdeq; nitatus & in dies facile tutari potuisse. Sed disputationi
modus iā esto. Cæterꝫ Comes illustris putes velim me tuū esse ac sp fore: q̄ uti possis ar
bitratu tuo: bñuale ex ferraria die. xvi. decēbris. Mcccclxxxxv.

i	Oannes franciscus Picus Mirandula Antonio fauentino philosopho insi
gni. S. P. Satisfactum est abunde tuis votis. Satisfactum pollicitationibus
erga te meis: quom verba cuncta: quæ vel aliquid aculei gestare vide
bantur de dictatis nostris ademerim. Parcendū est impetui animi: sicubi
forte acrius actum est q̄; oportuit. Cōdonandum est aliquid iustæ defensioni; & eo ma
gis cōdonandum quādo cōmune fere virium eorum sit qui cōmentationibus suis vel
accusant aliquem vel seipsos aut amicos excusant illos: ad quos scribunt insectari ma
ledictis: calumnijs petere: probris lacescere: atq; id genus cætera perpetrare ab officio
Apologeti boni hominis aliena: a quibus nos (testem te cito & iudicem cōstituo) omnino absti
cographo nuimus: decemq; summū aut circiter verba nō nihil aculeata tuo nutu (saluis tamen
rū viciū cōe sententijs) amouimus: neq; aliud cōsilium elucubrandæ cōmentaciunculæ credas ve
lim: q̄; ut sine tui offensa Picum patruū defenderemus: quin immo maluissem sæpius
nihil inter vos disceptatum fuisse: ut præclusus mihi scribendi hac de re fuisset aditus

omnis occasio sublata. Nō enī potest vel q̄ difficillime potest litterarū negociū agi in altercatione positū oīum inter scribēdum praestito honore illis ad quos verba fiūt alioquin debito. At hic q vix sine quodā animi tumore: qui magnopere vitādus est: id muneris eius. Quod vero de causae tuae tutela dicis hoc ipsum de nr̄a dicimus. Sed hactenus de cōtrouersia: sunto (ut recte scripsisti) qui legerint iudices modo hi docti sint: & neutrae partiū affecti: aut si amore cuiuspiā nostrū teneant ardētius: ad minus oculis corū praestigiū amor nō faciat. Caeterū multū mihi tribuis vel parū merenti: magnaq de me tibi pmittis si modo pgā philosophari. Sed vereor mi Antonine ab hoc philosophiae studio de quo mēnionē facis oīno tēperē aut forte desistā: dicā tibi de hac re quod sentio afferre. si nobis hoc negociū nimis affectātibus multū nocumēti: parū emolimēti. Nō hoc ideo dico ut dānē ut vituperē veritates plurimas aut saltē similitudīes veri: quarū noticiam philosophādo cōparamus nobis. Sed cōmunē vsum aut (ut significantius dixerim) abusum culpo: quē nisi vitare magnopere nixi fuerimus assidueq & summa cū diligentia cogitatus nostros examinauerimus. Christiani animi venenū cor irrepit ambitio: quae postmodū mortiferā pariat supbiā. unde plerūq fit ut huius sapiētiae in qua quotidie versamur amatores: sapiētiā illam quae genita est sed aeterna: a quo omīs haec fluxa & tēporaria deriuata est omnino posthabeāt tumidi & elati caduca gloria. Sed videamus oro unde animo afferamur: unde nosipos estimamus nimis. Nam quantula nostra cognitio: cū minimā naturaliū rerum sciētiam teneamus: & illa ipsa quae ignoramus quo multa: tum maxima vel tacite clament inuanū. s. & falso nosipsos doctos aut pfiteri aut existimare: Posset pculdubio vel rudis homo & parū peritus vel omnino nescius litterarū agricola percūctari plurima: etiā sub aspectum sub oculos posita: de quibus philosophus alioquin maximus reddere certā rationē nequiret. In percipiendis vero substātijs ipsis a materia sensili prorsus abiunctis quousq cognitione pcedimus: quas sapientibus dūtaxat & noctuinis mentis oculis cernimus: Sed quid de diuinis sumus dicturi ad quae nō tm̄ cognoscenda: sed etiā vestiganda anhelantes & anxij occurrentes & caligantes obtutus densissimis pene nubibus obtectos dirigimus. Porro hāc nostrā rerum noticiā nōne: aut a libris aut a praeceptore percepimus: gloriari ergo quid opus est: didicisse nos aliena meditata hausisse quasi ab narrāte historiā. Sed historiā natura: verū p diuersa studia in amarulentis altercationibus positā variasq p opiniones agitatā atq ob id incertā. Quod ex ipso noīe opinionis pditur aptissime. Si quid vero a nobisipsis paululū noticiae inuācisimur: quid quaeso aliud est q̄ incertū quoddā subtilitatū mille inuolucris mille pplexū fallacijs: hoc negociū veluti his qui haec studia vehementius q oportunū est magnifaciūt succensus: insectarer nisi hāc materiā specialim longa quaestione tractauissem peculiariq libello dedicassem. His ideo de causis me conuertere statui ad eos euoluendos libros quorū ppositiones profata sunt: & dignitates quorū cōclusiones & inerrabili sillogismo colligūtur: & mentē defaecatā (si tm̄ id curatemus) reddūt. Sed esto iā finis cōflictus litterarū & iamiā epistolae. Sed vide q̄ dispar effectus fuerit & nostrae & aliorū cōtrouersiae: finita disceptatione vel voce vel scriptis agitata. Saepenumero inter eos animos qui discordes fuere exercētur odia simultates: machinātur fraudulenta bella: detractiones honoris & famae hincinde scaturiunt. Tu vero & Picus noster eratis ante disputationē cōpatres hoc est spiritali astricti nodo. Nihilominus ob hoc pristina nō est animorū cōcordia dissoluta. Ego aūt nec tibi dum patruus viueret: nec tu mihi nisi nomine notus eras: fecit haec defensio ut inter nos ictū sit quoddā foedus amiciciae: quod ut stabile sit dū victuri sumus curato: utq recte pieq viuēdo post hāc mortē quā expectamus pseueret aeternū da operam qua ratione potes: id ipm quoq enitar factitare. Interim quo te amore psequar experiri nō pigeat. Cumulatius forte sum praestiturus quod postulaueris q̄ in calce defensionis spopōderim. Nihil enī tam arduū quod tui (grauissimi pfecto philosophi) ppensius demerendi causa facturus nō sim. Ex arce Miran. iiij. Ianu. Mcccclxxxxvi.

Phīa humana nocet qa inflat

¶ Argumentum Ioannis Franciſci Pici Mirandulæ &c. in orationem & epiſtolas Ioannis Pici patrui &c.

a Ccipe lector & has Ioannis Pici Mirandulæ lucubrationes letioris curæ opera; quas forte nec ipſe viuens inuulgaſſet; nec nos niſi celebratorũ hominũ crebris adhortamentis excitati. Leges primũ orationẽ elegantiſſimã ſuu enili quidẽ alacritate dictatã; ſed a doctioribus præ doctrinæ & eloquentiæ faſtigio ſæpius admiratã; nec te moueat ſi plurima in eius calce cõuiſunt quæ & in apologiæ ſunt inſerta procemio; quãdo illud foras publicauerit hãc domi ſemper tenuerit; nec niſi amicis cõmunẽ fecerit; videbis pleraq; antiquorꝝ dogmata abſtruſa prius in ænigmatis & fabularũ inuolucris ingenioſiſſime reſerata; conatũq; illum & robore & delinimẽtis oratorijs oſtẽdere q; priſcorũ ſapientum poetica theologia noſtræ theologiæ myſterijs ancillaret; atq; utriuſq; nodis quibuſdã enodatis ad litterarias palæſtras hoĩes inuitare; in his enim per id tempus frequẽtiſſimus fuit; quas poſtea quaſi grauiorꝝ ſtudiorꝝ prælu dia ludicraſq; pugnas derelinquẽs; ad ea quæ iã emiſimus; quæq; ſumus in poſterum emiſſuri emolienda cõuertit animũ; leges & nõnullas epiſtolas (omnes enĩ collegiſſe laborioſiſſimũ) alias familiares; tum per ætatẽ tenerã; tum ꝑfectiorẽ ſcriptitatas alias poſtq; totũ pectus deo dicauit ſanctiſſimis refertas monitis exaratas; illas & doctrinã & eloquẽtiã olere copioſiſſime deprehẽdes; has & utrunq; afflatum ſapere & chriſti amorẽ præter hæc vberrime ſpirare percipies.

Oratio Ioãnis Pici Mirandulæ cõcordiæ Comitis. De hoĩs dignitate.

Abdala ſaracenus — I — Mercurius

Egi patres Colendiſſimi in Arabũ monumẽtis interrogatũ Abdalam ſaracenũ; quod in hac quaſi Mũdana ſcæna; admirandũ maxime ſpectaretur. Nihil ſpectari hoĩe admirabilius reſpõdiſſe. Cui ſentẽtiæ illud Mercurij adſtipulaẽ. Magnũ o aſclepi miraculũ eſt homo. Horꝝ dictorꝝ rõnẽ cogitãti mihi nõ ſatis illa faciebant; quæ multa de humanæ naturæ præſtãtia afferunĩ a

Hoĩs dignitas

multis; eſſe hominẽ creaturarũ internuntiũ ſuperis familiarẽ; regẽ inferiorũ ſenſuũ perſpicacia rõnis indagine; intelligẽtiæ lumine; naturæ interpretẽ. Stabilis æui & fluxi tẽ

Perſæ — Dauid

poris interſtitiũ; & (quod Perſæ dicũt) mũdi copulam; immo hymenæũ; ab angelis Teſte Dauide paulo deminutũ. Magna hæc quidẽ / ſed nõ principalia. i. quæ ſummæ admirationis priuilegiũ ſibi iure vendicẽt. Cur enĩ nõ ipſos angelos & beatiſſimos cæli choros magis admiremur? Tandẽ intellexiſſe mihi ſum viſus cur fœliciſſimũ; ꝓindeq; dignũ omni admiratione aĩal ſit homo. Et quæ ſit demũ illa cõditio quã in vniuerſi ſerie ſortitus ſit; nõ brutis modo / ſed aſtris; ſed vltramũdanis mẽtibus ĩuidioſam. Res ſupra fidẽ & mira. Quidni? Nã & ꝓpterea magnũ miraculũ & admirãdũ ꝓfecto aĩal iure homo & dicĩ & exiſtimaẽ. Sed quænã ea ſit audite patres; & benignis auribus ꝓ veſtra humanitate hãc mihi operã cõdonate. Iam ſũmus Pater architectus deus; hanc quã videmus mũdanã domũ diuinitatis tẽplũ auguſtiſſimũ archanæ legibus ſapiẽtiæ fabrefecerat. Supercæleſtẽ regionẽ mẽtibus decorarat; æthereos globos æternis animis vegetarat; excremẽtarias ac feculentas inferioris mũdi partes omnigena aĩalium turba cõplerat. Sed ope cõſumato; deſiderabat artifex eſſe aliquẽ qui tanti operis rõnẽ ꝑpenderet; pulchritudinẽ amaret; magnitudinẽ admirareẽ. Idcirco iam rebus oĩbus (ut Mo

Homo vltimo creatus — Moſes — Timæus

ſes Timæuſq; teſtanẽ abſolutis) de ꝓducendo hoĩe poſtremo cogitauit. Verꝝ nec erat in architypis unde nouã ſobolem effingeret; nec in theſauris; quod nouo filio hæreditatẽ largireẽ; nec in ſubſellijs totius orbis; vbi vniuerſi cõtẽplator iſte ſederet. Iam plena oĩa; oĩa ſummis; medijs; infimiſq; ordinibus fuerãt diſtributa. Sed nõ erat paternæ poteſtatis in extrema fœtura; quaſi effœtã defeciſſe; nõ erat ſapiẽtiæ. Conſilij inopia in re neceſſaria fluctuaſſe. Non erat benefici amoris; ut qui in alijs eſſet diuinã liberalitatẽ

Hoĩ cõia q̃ alijs ꝓpria

laudaturus in ſe illam damnare cogereẽ. Statuit tandẽ optimus opifex; ut cui dari nihil propriũ poterat cõmune eſſet quicqd priuatũ ſingulis fuerat. Igiẽ hominẽ accepit indiſcretæ opus imaginis; atq; in mũdi poſitũ meditullio; ſic eſt alloquutus. Nec certam ſe

dem/nec ꝓpriam faciem:nec munus vllum peculiare tibi dedimus o Adã:ut quã sedẽ
quã faciem/quæ munera tute optaueris ea pro voto:pro tua sententia habeas & possi-
deas. Definita cæteris natura intra præscriptas a nobis leges cohercetur. Tu nullis an-
Voluntas libera in hoie
gustijs cohercitus pro tuo arbitrio: in cuius manu te posui tibi illam præfinies. Medi-
um te mundi posui: ut circũspiceres inde cõmodius quicquid est in mundo. Nec te cæ
lestem/neq; terrenũ/neq; mortalem/neq; immortalem fecimus: ut tuijpsius quasi ar-
bitrarius honorariusq; plastes & fictor/in quam malueris tute formam effingas. Po-
teris in inferiora quæ sunt bruta degenerare. Poteris in superiore quæ sunt diuina ex
tui animi sententia regenerari. O summã dei patris liberalitatem/summam & admi-
randam hominis fœlicitatem. Cui datum id habere quod optat:id esse quod velit. brut
Lucilius
ta simul atq; nascũtur id secum afferũt (ut ait Lucilius) ebulga matris/quod possessu-
ra sunt. Supræmi spiritus aut ab initio: aut paulo mox id fuerunt/quod sunt futuri in
perpetuas æternitates. Nascenti homini omnifaria semina: & omnigenæ vitæ germi
na indidit pater. Quæ quisq; excoluerit illa adolescent: & fructus suos ferent in illo.
Nota
Si vegatalia planta fiet. Si sensualia obbrutescet. Si rationalia cæleste euadet animal. Si
intellectualia angelus erit & dei filius. & si nulla creaturarum sorte contentus in vni-
tatis cẽtrum suæ se receperit/vnus cũ deo spiritus factus in solitaria patris caligine qui
Asclepius Athenieñ.
est super oĩa cõstituturus/oĩbus antestabit. Quis hũc nostrum chamæleonta nõ ad
miret: aut oĩno quis aliud quicq; admiret magis? Quẽ nõ immerito Asclepius Athe-
Hebræi
niensis versipellis huius & seipsam transformãtis naturæ argumento per ꝓtheum in
Pythagorici
mysterijs significari dixit, hinc ille apud hebræos & Pythagoricos metamorphoses ce-
Empedocles
lebratæ. nã & hebræorũ theologia secretior nũc Enoch sanctũ in ãgelũ diuinitatis quẽ
Maumeth
vocãt nũc in alia alios nomina reformant. & Pythagorici scelestos hoĩes
Nota
in bruta deformãt: & si Empedocli credit etiã in plantas. Quas imitatus Maumeth il-
Homo se in quãcũq; naturã trãsformare potest
lud frequẽs habebat in ore: qui a diuina lege recesserit brutũ euadere: & merito quidẽ.
Neq; enĩ plantã cortex: sed stupida & nihil sentiens natura: neq; iumenta corium: sed
bruta aĩa & sensualis: nec cælum orbiculatũ corpus: sed recta ratio: nec sequestratio cor
poris: sed spiritalis intelligentia angelũ facit. Si quẽ enim videris deditum ventri humi
serpẽtem hoĩem frutex est nõ homo quẽ vides: si quẽ in fantasiæ quasi calypsus vanis
præstigijs cecutientẽ & subscalpẽti delinitũ illecebra sensibus mancipatũ: brutum est
nõ homo quẽ vides. Si recta philosophũ ratione oĩa discernẽtẽ: hũc veneris cæleste est
aial nõ terrenũ. Si purũ cõtẽplatorẽ corporis nesciũ/in penetralia mentis relegatum:
hic nõ terrenũ nõ cæleste animal: hic augustius est numen humana carne circũuestitũ.
Ecquis hoĩem nõ admiret: q nõ ĩmerito in sacris lrĩs Mosaicis & christianis nũc omĩs
carnis: nunc oĩs creaturæ appellatione designat: qñ seipsum ipse in oĩs carnis faciẽ in
Euantes Persa
oĩs creaturæ ingeniũ effingit: fabricat: & transformat. Iccirco scribit Euantes persa vbi
Chaldei
chaldaicã theologiã enarrat: non esse hoĩ suã ullam & natiuã imaginẽ/extrarias mul-
Nota
tas & aduẽtitias hinc illud chaldæorũ
idest homo variæ ac multiformis & desultoriæ naturæ
aĩal. Sed quorsum hæc? ut intelligamus postq; hac nati sumus conditione: ut id simus
quod esse volumus. Curare hoc potissimũ debere nos: ut illud quidẽ in nos nõ dicat:
cũ in honore essemus non cognouisse similes factos brutis & iumentis insipientibus.
Asaph propheta
Sed illud potius Asaph ꝓphetæ: dij estis & filij excelsi omnes: ne abutentes indulgen-
tissima patris liberalitate quã dedit ille liberã optionẽ: e salutari noxiam faciamus no-
bis. Inuadat animũ sacra quædam ambitio: ut mediocribus nõ cõtenti anhelemus ad
summa/adq; illa (qñ possumus si volumus) consequẽda totis viribus enitamur. Dedi
gnemur terrestria: cælestia cõtẽnamus: & quicqd mũdi est deniq; posthabentes/vltra-
mũdanam curiã eminentissimæ diuinitati ꝓximã aduolemus. Ibi ut sacra tradunt my
Seraphin Cherubin
steria. Seraphin Cherubin & Throni primas possident/horũ nos iam cedere nescij &
secũdarum inpatiẽtes & dignitatẽ & gloriã æmulemur. Erimus illis cum voluerimus

nihilo inferiores. Sed qua ratione aut quid tādē agētes: videamus quid illi agāt/quam
vitā viuant. Eā si & nos vixerimus (possumus enī) illorꝝ sortē iā æquauerimus. Ardet
Angelorum officia — Saraph charitatis igne. Fulget Cherub intelligentiæ splēdore. Stat Thronus iudicij fir-
mitate. Igitur si actuosæ addicti vitæ inferiorum curam recto examine susceperimus:
thronorum stata soliditate firmabimur. Si ab actionibus feriati: in opificio opificem: in
opifice opificium meditātes in cōtēplandi ocio negociabimur: luce cherubica vndiqꝫ
coruscabimus. Si charitate ipsum opificē solum ardebimus illius igne qui edax est in
saraficam effigiem repēte flāmabimur. sup throno .i. iusto iudice sedet deus iudex sæ-
culorum. Sup cherub .i. cōtemplatore volat: atqꝫ eum quasi incubando fouet. Spiritus
Iob — enī domini fert super aquas: has inqꝫ quæ sup cælos sunt: quæ apud Iob dominū lau-
dāt antelucanis hymnis. Qui saraph .i. amator est in deo est/& deus in eo/imo & deus
& ipē vnū sunt. Magna thronorꝝ potestas quā iudicādo. summa saraphinorꝝ sublimi-
tas quā amādo assequimur. Sed quonā pacto vel iudicare quisqꝫ vel amare potest inco-
Moses — gnita: Amauit Moses deum quem vidit: & administrauit iudex in populo: quæ vidit
prius contemplator in monte. Ergo medius cherub sua luce & saraphico igni nos præ-
parat: & ad thronorū iudiciū pariter illuminat: hic est nodus primarꝝ mentiū: ordo pal-
Cherub nodus & vinculū primarū mentium — ladicus: philosophiæ cōtēplatiuæ præses: hic nobis & emulandus primo & ambiēdus
atqꝫ adeo cōprehēdēdus est: unde & ad amoris rapiamur fastigia: & ad munera actio-
num bene instructi paratiqꝫ descēdamus. At vero operæpreciū si ad exemplar vitæ che-
rubicæ vita nostra formāda est: quæ illa & qualis sit: quæ actiones: quæ illorum opera
præ oculis & in numerato habere. Quod cū nobis p nos qui caro sumus: & quæ humi
sunt sapimus: cōsequi nō liceat: adeamus antiquos patres: qui de his rebus utpote sibi
domesticis & cognatis: locuplectissimā nobis & certam fidē facere possunt. Consula-
mus Paulū apostolū vas electionis: quid ipē cū ad tertiū sublimatus est cælū: agentes
cherubinorum exercitus viderit. Respōdebit utiqꝫ Dionysio interprete: purgari illos:
Cherubin conditio — tum illuminari: postremo perfici. Ergo & nos cherubicā in terris vitā æmulātes: p mo-
ralem scientiā affectuū impetus cohercētes: p dialecticā rōnis caliginē discutiētes: quasi
ignorantiæ & vitiorum eluētes sordes aīam: purgemus: ne aut affectus temere debac-
chentur: aut ratio imprudēs quādoqꝫ deliret. Tū bene cōpositā ac expiatā aīam natu-
ralis philosophiæ lumine perfundamus: ut postremo diuinarū rerum eā cognitione p-
Scala iacob — ficiamus: & ne nobis nostri sufficiant cōsulamus Iacob patriarchā: cuius imago in sede
gloriæ sculpta coruscat. Admonebit nos pater sapientissimus in inferno dormiens:
mundo in supno vigilans. Sed admonebit p figurā (ita eis omīa cōtingebāt) esse scalas
ab īmo solo ad cæli summa ptensas multorum graduum serie distinctas: fastigio dñm
insidere. Cōtemplatores angelos p eas vicibus alternātes ascēdere & descendere. Qd
si hoc idē nobis angelicā affectantibus vitam factitandū est, quæso quis domini scalas
vel sordidato pede: vel male mundis manibus attinget: Impuro ut habent mysteria pu-
Pes animæ — rum attingere nephas. Sed qui hi pedes: quæ manus: pfecto pes animæ illa est portio
despicatissima: qua ipsa materiæ tanqꝫ terræ solo innitit: altrix inqꝫ potestas & cibaria:
fomes libidinis: & voluptariæ mollitudinis magistra. Manus animæ cur irascentiam
Manus aīæ — nō dixerimus: quæ appetentiæ propugnatrix p ea decertat: & sub puluere ac sole præ-
datrix rapit. Quæ illa sub vmbra dormitans helluetur has manus: hos pedes. idest to-
tam sensualem partē in qua sedet corporis illecebra: quæ animā obtorto (ut aiunt) deti-
net collo: ne a scalis tanquam pphani pollutiqꝫ reijciamur morali philosophia quasi vi-
uo flumine abluamus. At nec satis hoc erit si per Iacob scalam discursantibus angelis
comites esse volumus: nisi & a gradu in gradū rite pmoueri: & a scalarum tramite de-
orbitare nusqꝫ: & reciprocos obire excursus bñ apti prius instructiqꝫ fuerimus. Quod
cum per artē sermocinalem siue rationariā erimus consequuti: iam cherubico spiritu
animati p scalarū .i. naturæ gradus philosophantes a centro ad cētrum oīa peruadentes
Osyris — nūc vnū quasi osyrim in multitudinē vi titanica discerpentes descendemus: nūc mul-

titudinē quasi Osyridis mēbra in vnū vi phoebea colligentes ascendemus; donec in si
nu patris qui sup scalas est tādē quiescētes theologica fœlicitate cōsumabimur. Percon
temur & iustū Iob qui fœdus iniit cū deo vitæ prius q̄ ipse ederet in vitā quid sūmus
deus in decē illis centenis millibus qui assistunt ei potissimū desideret; pacem utiq̄ re-
spōdebit. Iuxta id quod apud eū legitur/qui facit pacem in excelsis: & qm̄ supremi or-
dinis monita medius ordo inferioribus interpretatur. Interpretetur nobis Iob theologi
verba Empedocles philosophus. Hic duplicē naturā in nostris aīs sitā; quarū altera sur-
sum tollimur ad cælestia; altera deorsum trudimur ad inferna; p litē & amicitiam; siue
bellum & pacē ut sua testātur carmina/nobis significat; in q̄bus se lite & discordia actū
furēti similem pfugum a dīs/in altum iactari cōquerit. Multiplex pfecto patres in no
bis discordia: grauia & intestina domi habemus & plusq̄ ciuilia bella; quæ si nolueri-
mus si illam affectauerimus pacem; quæ in sublime ita nos tollat ut inter excelsos do-
mini statuamur; sola in nobis compescet prorsus & sedabit philosophia. Moralis pri-
mū; si noster homo ab hostibus inducias tantū quæsierit; multiplicis bruti effrenes ex-
cursiones & leonis iurgia/iras aīosq̄ cōtundet. Tum si rectius cōsulētes nobis ppetuę
pacis securitatē desiderauerimus. Aderit illa & vota nostra liberaliter implebit. Quip-
pe quæ cesa utraq̄ bestia quasi icta porca inuiolabile inter carnē & spiritum fœdus san
ctissimæ pacis sanciet. Sedabit dialectica rationis turbas inter orationum pugnātias &
syllogismo & captiones anxie tumultuantis. Sedabit naturalis philosophia opinionis
lites & dissidia; quæ inquietam hincinde animā vexāt / distrahunt & lacerant. Sed ita
sedabit; ut meminisse nos iubeat esse naturā iuxta Heraclytum ex bello genitam; ob
id ab homero cōtentionem vocitatam. Iccirco in ea veram quietē & solidam pacem se
nobis præstare nō posse esse hoc dominæ suæ. idest sanctissimæ Theologiæ munus &
priuilegiū. Ad illam ipsa & viam monstrabit & comes ducet; quæ pcul nos videns p-
perantes. Venite inclamabit ad me qui laborastis; venite & ego reficiam vos venite ad
me & dabo vobis pacem quā mundus & natura vobis dare nō possunt. Tam blande
vocati; tam benigniter inuitati; alatis pedibus quasi terrestres Mercurij; in beatissimæ
amplexus matris euolantes optata pace perfruemur; pace sanctissima / indiuidua co-
pula/vnanimi amicicia/ qua omnes animi in vna mente quæ est super omnem men-
tem non cōcordent adeo. Sed ineffabili quodāmodo vnum penitus euadant. Hæc est
illa amicicia quam totius philosophiæ finē esse Pythagorici dicunt. hæc illa pax quam
facit deus in excelsis suis; quā angeli in terrā descendentes annūciarunt hominibus bo
næ voluntatis/ut per eā ipsi homines ascendentes in cælum angeli fierent. hāc pacem
amicis; hanc nostro optemus sæculo/optemus vnicuiq̄ domui quā ingredimur; opte
mus animæ nostræ; ut per eā ipsa dei domus fiat; ut postq̄ p mortalē & dialecticā suas
sordes excusserit/multiplici philosophia quasi aulico apparatu se exornarit; portarum
fastigia theologicis sertis coronarit; descendat rex gloriæ; & cum patre veniens mansi-
onem faciat apud eam. Quo tāto hospite si se dignam præstiterit quæ est illius in men-
sa clementia; deaurato vestitu quasi toga nuptiali multiplici scientiarum circūdata va-
rietate speciosum hospitē; non ut hospitē iam. Sed ut spōsum excipiet / a quo ne vnq̄
dissoluatur dissolui cupiet a populo suo & domum patris sui; immo seipsam oblita;
in seipsa cupiet mori ut viuat in sponso; in cuius conspectu preciosa profecto mors san
ctorum eius; mors inq̄ illa si dici mors debet plenitudo vitæ cuius meditationē esse stu
diū philosophiæ dixerūt sapiētes. Citemus & Mosen ipsum/a sacrosanctæ & ineffabi
lis intelligentiæ fontana plenitudīe; unde angeli suo nectare inebriantur paulo deminu
tum. Audiemus venerandum iudicem nobis in deserta huius corporis solitudine ha-
bitantibus leges sic edicētem. Qui polluti adhuc morali indigent cum plebe habitent
extra tabernaculum sub diuo quasi thessali sacerdotes interim se expiantes. Qui mo-
res iam cōposuerunt; in sanctuarium recepti nōdum quidem sacra attractent. Sed pri-
us dialectico famulatu seduli leuitæ Philosophiæ sacris ministrent. Tum ad ea & ipsi

Iob

Natura duplex in hoie

Multiplex in nobis discordia Philosophia moral

Dialectica

Pacē theologia docet nō naturalis philosophia

Amicicia Pythagorici

Pax optāda

Phia mortis cōtēplatio

Sacerdotes thessali

admissi: nũc superioris dei regiæ multicolorẽ.i. sydereum aulicũ ornatũ: nunc cælestẽ
candelabrũ septẽ luminibus distinctũ: nũc pellicea elemẽta/ in philosophiæ sacerdotio
contemplent: ut postremo per Theologicæ sublimitatis merita in templi adita recepti
nullo imaginis intercedente velo diuinitatis gloria perfruantur. Hæc nobis profecto
Moses & imperat & imperãdo admonet: excitat: inhortatur: ut p philosophiã ad futu
rã cælestẽ gloriã dũ possumus iter paremus nobis. Verumenimuero nec Mosayca tã
tum aut Christiana mysteria: sed priscorũ quoq; Theologia harũ de quibus disputatu

Græcorũ archana

rus accessi liberaliũ artiũ & emolimẽta nobis & dignitatem ostendit. Quid enim ali
ud sibi volunt in græcorũ archanis obseruati initiatorum gradus. Quibus primo per il
las quas diximus quasi februales artes moralem & dialecticam purificatis. Continge
bãt mysteriorũ susceptio. Quæ quid aliud esse potest q̃ secretioris p philosophiam na
turæ interpretatio: Tum demũ ita dispositis illa adueniebat εποπτεια, idest rerum di
uinarum per Theologiæ lumen inspectio. Quis talibus sacris initiari non appetat:
Quis humana omnia posthabens/ fortunæ cõtemnens bona/ corporis negligẽs/ deo
rum cõuiua adhuc degens in terris fieri nõ cupiat: & æternitatis nectare madidus mor
tale animal ĩmortalitatis munere donari: quis nõ socraticis illis furoribus a Platone in

Socratici furores

Bacchus

phœdro decantatis/ sic aflari nõ velit/ ut alarũ pedũq; remigio hinc.i. ex mũdo qui est
positus in maligno ꝓpere aufugiens ad cælestẽ Hierusalem cõcitatissimo cursu feratũ:
Agemur patres agemur socraticis furoribus/ qui extra mentẽ ita nos ponãt: ut mentẽ
nostrã & nos ponãt in deo: agemur ab illis utiq; si quid est in nobis: ĩpi prius egerimus
nã si & per moralem affectuũ vires ira p debitas cõpetẽtias ad modulos fuerint intẽtæ
ut ĩmota inuicem cõsonent cõcinentia: & p dialecticã ratio ad numerũ se ꝓgrediendo
mouerit/ musarũ parciti furore cælestẽ armoniã intimis auribus cõbibemus. Tũ mu
sarum dux Bacchus in suis mysterijs.i. visibilibus naturæ signis inuisibilia dei philo
sophantibus nobis ostendens inebriabit nos ab vbertate domus dei: in qua tota si ut

Moses

Moses erimus fideles. Accedens sacratissima Theologia duplici furore nos anima
bit. Nam in illius eminentissimã sublimati speculam inde & quæ sunt quæ erunt quæ
q; fuerint insectili metientes æuo/ & primæuam pulchritudinem suspiciẽtes illorum

Phebei vates

Phœbei vates huius alati erimus amatores & ineffabili demũ charitate quasi æstro per
ti quasi Saraphini ardentes extra nos positi/ numine pleni iam non ipsi nos: sed ille

Apollo non minus phũs q̃ vates

erimus ipse qui fecit nos. Sacra Appollinis nomina si quis eorum significantias & lat
tantia perscutetur mysteria satis ostendunt esse deũ illũ nõ minus philosophũ q̃ vatẽ.
Quod cũ ammonius satis sit exequutus non est cur ego nũc aliter pertractem: sed su

Ammonius

Tria delphica præcepta

beant animũ patres tria delphica præcepta oppido his necessaria: qui non ficti sed ve
ri apollinis qui illuminat omnẽ aĩam venientẽ in hunc mundum sacrosanctum & au
gustissimũ templum ingressuri sunt: videbitis nihil aliud illa nos admonere: q̃ ut tri
partitã hãc de qua est præsens disputatio philosophiã totis viribus amplectamur. Illud
enĩ μηδὲν ἄγαν.i. nequid nimis virtutũ omniũ normã & regulã p mediocritatis rõnẽ

Qui se cognoscit in se oĩa cognoscit

de qua moralis agit recte prescribit. tum illud γνῶθι σεαυτόν. idest cognosce te ipsum
ad totius naturæ nos cognitionẽ: cuius & interstitiũ & quasi Cynnus natura est hoĩs
excitat & inhortatũ: qui enĩ se cognoscit in se oĩa cognoscit: ut Zoroaster prius deinde
Plato in alcibiade scripserunt. Postremo hac cognitione p naturalẽ philosophiam illu
minati iam deo ꝓximi εἶ.i. es dicẽtes theologia salutatione: verum Apollinẽ familiari

Pythagoras sapiens

Declaratio p̃ceptorũ pythago.

ter ꝓinde fœliciter appellabimus. Cõsulamus & Pythagoram sapientissimũ ob id præ
cipue sapiẽtẽ quod sapiẽtis se dignũ nomine nũq; existimauit. Præcipiet primo ne su
per modiũ sedeamus.i. rõnalẽ partẽ q̃ aĩa oĩa metit iudicat & examinat ociosa desidia
ne remittentes amittamus. Sed dialectica exercitatione ac regula & dirigamus assidue
& excitemus. Tum cauenda in primis duo nobis significabit: ne aut aduersus solem
emingamus: aut inter sacrificandũ vngues resecemus. Sed postq; per moralẽ & super
fluentiũ voluptatũ fluxas eminxerimus appetẽtias/ & vnguiũ præsegmina quasi acu

tas ire, pminētias & aiorꝝ aculeos resecuerimus: tū demū sacris, i. de quibus mentionē
fecimus bacchi mysterijs interesse: & cuius pater ac dux merito sol dicit̃ nostræ cōtem-
plationi vacare incipiamus. Postremo ut gallum nutriamus nos admonebit, i. ut diui-
nā aiæ nostræ ptē diuinarū rerꝝ cognitiōe q̄si solido cibo & cælesti ambrosia pascamus
hic est gallus cuius aspectū leo, i. oīs terrena potestas formidat & reueret̃: hic ille gallus Gallus
cui datā esse intelligentiā apud Iob legimus. Hoc gallo canēte aberrās homo resipiscit
hic gallus in matutino crepusculo matutinis astris deum laudantibus quotidie cōmo Iob
dulat. hunc gallum moriēs Socrates cū diuinitatē animi sui diuinitati maioris mundi Socrates
copulaturū se speraret Aesculapio, i. animarꝝ medico iā extra oēm morbi discrimē po-
situs debere se dixit. Recenseamus & chaldæorꝝ monumenta videbimus (si illis credi- Chaldæi
tur) p easdē artes patere viā mortalibus ad fœlicitatē. Scribunt interpretes Chaldæi ver
bum fuisse Zoroastris alatam esse aīam: cūq; alæ exciderent ferri illam præceps in cor- Interpretes
pus: tum illis subcrescētibus ad superos reuolare: pcūctātibus eū discipulis quo pacto
alis bene plumātibus volucres aīos sortirent̃: irrigetis dixit alas aquis vitæ. Iterꝝ sciscī- Chaldæi
tātibus unde has aq̄s peterēt: sic p parabolā (qui erat hoīs mos) illis respōdit. quattuor Zoroaster
amnibus paradisus dei abluitur & irrigatur. Indidem vobis salutares aquas hauriatis
nomē ei qui ab aquilone quod rectū denotat ei qui ab occasu quod
expiationē significat / ei qui ab ortu quod lumen sonat / ei qui a meridie
: quod pietatē interpretari possumus. Aduertite animū & diligēter considerate
patres quid hæc sibi velint zoroastris dogmata, pfecto nihil aliud nisi ut morali scien-
tia quasi boreali undis hibericis oculorꝝ sordes expiemus dialectica quasi boreali amus
si aciē lineemus ad rectū. Tum in naturali contemplatione debile adbuc veri-
tatis lumen quasi nascentis solis incunabula pati assuescamus: ut tādē per Theologicā Dauid
pietatem: & sacratissimū dei cultū quasi cælestes aquilæ meridiantis solis fulgidissimū Augusti.
iubar fortiter perferamus. hæ illæ forsan & a Dauid decantatæ primū: & ab Augusti- Antiquus
no explicatæ latius matutinæ / meridianæ & vespertinæ cognitiones. Hæc est illa lux Pr̄ Abraam
meridialis quæ saraphinos ad lineam inflammat: & cherubinos pariter illuminat: hæc Cabaliste
illa regio quam versus semper antiquus pater Abraam pficiscebatur: hic ille locus vbi Mauri
immundis spiritibus locum nō esse: & cabalistarum & Maurorum dogmata tradide-
runt. Et si secretiorꝝ aliquid mysteriorum fas est vel sub enigmate in publicum pferre: Hieremias
postq̄ & repens e cælo casus nostri hoīs caput vertigine dānauit: & iuxta Hieremiā in- Raphael
gressa p fenestras mors: Iecur / pectusq; male affecit. Raphaelē cælestem medicum ad- Gabriel
uocemus / qui nos morali & dialectica uti pharmacis salutaribus liberet. Tū ad valitu- Michael
dinem bonā restitutos iam dei robur Gabriel inhabitabit. Qui nos p naturæ ducēs mi
racula vbiq; dei virtutē potestatēq; indicās. Tādē sacerdoti summo Michaeli nos tra-
det. Qui sub stipendijs philosophiæ emeritos: Theologiæ sacerdotio q̄si corona p̄ciosi
lapidis insignet. Hæc sunt patres colēdissimi quæ me ad philosophiæ studiū nō aīarūt
modo sed cōpulerūt. Quæ dicturus certe nō erā nisi his rn̄derē q philosophię studiū in
principibus p̄sertim viris: aut his oīno q mediocri fortuna viuūt dānare solēt. Est eni iā
hoc totū philosophari. (Quæ est nr̄æ ætatis ifœlicitas) in cōtēptū potius & cōtumeliā:
q̄ in honorē & gloriā. Ita inuasit fere omniū mētes exitialis hæc & monstrosa psuasio /
aut nihil / aut paucis philosophandū. Quasi rerꝝ causas naturæ vias / vniuersi rationem
dei cōsilia cælorꝝ terræq; mysteria præ oculis præ manibus exploratissima habere. Ni-
hil sit prsus nisi vel gratiā inde aucupari aliquā: vel lucrū sibi quis cōparare possit: quin
eo deuentū est ut iā (prohdolor) nō existiment sapiētes nisi qui mercennarium faciunt Cōtra eos q
studiū sapientiæ: ut sit videre pudicā palladē: deorum munere inter homines diuersan studiū phiæ
tē eijci / explodi / exsibilari. Nō habere qui amet / qui faueat / nisi ipa quasi pstās & præ- faciūt mercē
florata virginitatis accepta mercedula: male paratum æs in amatoris arculā referat. quę narium
oia ego nō sine summo dolore & indignatione in huius tēporis nō principes / sed phi-
losophos dico; qui ideo nō esse philosophādū & credūt & prædicāt: q philosophis nul

la merces nulla sint præmia cõstituta; quasi nõ ostendãt ipsi hoc uno noĩe se nõ esse phi
losophos. Quod cũ tota eorꝫ vita sit vel in quæstu; vel in ambitione posita ipsam per se
veritatis cognitionẽ nõ amplectunt. Dabo hoc mihi & meipm hac ex parte laudare ni
hil erubescã; me nunq̃ alia de causa philosophatũ nisi ut philospharet; nec ex studijs
meis; ex meis lucubrationibus mercedẽ vllã / aut fructũ vel sperasse aliũ vel quæsiisse;
q̃ animi cultũ; & a me semꝑ plurimũ desideratæ veritatis cognitionem. Cuius ita cupi
dus semꝑ & amãtissimus fuit; ut relicta om̃i priuatarꝫ & publicarũ rerũ cura. Cõtẽplã
di ocio totũ me tradiderim. a quo nullæ inuidorꝫ obtrectationes; nulla hostiũ sapiẽtiæ
maledicta / vel potuerũt ante hac / vel imposterũ me deterrere poterũt. Docuit me ipsa

Quid ipm docuerit philosophia

philosophia a ꝓpria potius cõscientia q̃ ab externis pendere iudicijs. Cogitareq̃ semꝑ
nõ tam ne male audiã / q̃ ne quid male vel dicã ipse vel agã. Equidem non erã nescius
patres colendissimi futurã hanc ipsam meã disputationẽ; tam vobis om̃ibus qui bonis
artibus fauetis; & augustissima vestra præsentia illam honestare voluistis; gratam atq̃
iocundã / quam multis alijs grauẽ atq̃ molestã; & scio non deesse qui inceptũ meũ &
damnarint ante hac & in præsentia multis noĩbus damnẽt. Ita cõsueuerũt non pau

Bonos plures hr̃e detrectatores q̃ malos

ciores ne dicã plures habere oblatratores quæ bene sancteq̃ agũtur ad virtutẽ; q̃ quæ
inique & perperã ad vitiũ. Sunt autem qui totũ hoc disputandi genus & hanc de litte
ris publice disceptandi institutionem non approbent; ad pompam potius ingenij &
doctrinæ ostentationem q̃ ad comparandam eruditionem esse illam asseuerantes. Sũt
qui hoc quidem exercitationis genus nõ improbẽt; sed in me nullo modo ꝓbẽt; quod

Aetas auctoris

ego hac ætate; quartũ scilicet & vigesimũ modo natus annũ de sublimibus christianæ
theologię mysterijs; de altissimis philosophiæ locis; de incognitis disciplinis in celebra
tissima vrbe; in amplissimo doctissimorum hominũ consensu; in apostolico senatu
disputationem proponere sim ausus. Alij hoc mihi dantes quod disputem id dare no
lunt quod de nõgẽtis disputẽ quæstionibus. Tã superfluo & ambitiose q̃ supra vires
id factum calumniantes; horum ego obiectamentis & manus illico dedissem si ita quã
ꝓfiteor philosophia me edocuisset; & nũc illa ita me docente nõ responderem si rixan

Plato

di iurgandiq̃ proposito constitutam hãc inter nos disceptationẽ crederem. Quare ob
trectandi om̃e lacessendiq̃ ꝓpositum; & quẽ scribit Plato a diuino semper abesse cho

Liuor a diuino choro facessat

ro a nostris quoq̃ mẽtibus facessat liuor. & an disputãdum a me / an de tot etiam quæ
stionibus amice incognoscamus. Primũ quidẽ ad eos qui hũc publice disputandi mo
rem calumniant / multa nõ sum dicturus; quãdo hæc culpa / si culpa censetur / nõ solũ
vobis omnibus doctores excellentissimi qui sæpius hoc munere nõ sine summa & lau

Disputatões publice se cõducant

de & gloria functi estis; sed Platoni / sed Aristoteli; sed probatissimis omnium ætatum
philosophis mecũ est cõmunis. Quibus erat certissimũ nihil ad cõsequẽdam quã quæ
rebant veritatis cognitionem sibi esse potius q̃ ut essent in disputandi exercitatione fre

Poetæ

quentissimi. Sicut enĩ per gymnasticã corporis vires firmiores fiũt; ita dubio procul in

Hebræi

hac quasi litteraria palestra animi vires & fortiores longe & vegetiores euadunt. Nec
crediderim ego / aut Poetas aliud per decantata Palladis arma; aut hebræos cum

Chaldæi

ferrũ sapiẽtum symbolum esse dicũt; significasse nobis q̃ honestissima hoc ge
nus certamina adipiscendæ sapiẽtiæ oppido q̃ necessaria. Quo forte fit ut & Chaldæi
in eius genesi qui philosophus sit futurus illud desiderent; ut Mars Mercurium trique
tro aspectu conspiciat; quasi si hos cõgressus; hæc bella substuleris; somniculosa & dor
mitans futura sit omnis philosophia. At vero cum his qui me huic ꝓuinciæ imparem
dicunt; difficilior est mihi ratio defensionis. Nam si parẽ me dixero forsitan immode
sti & de se nimia sentiẽtis; si imparẽ fatebor / temerarij & inconsulti notam videor subitu
rus. Videre quas incidi angustias; quo loco sim constitutus; dum nõ possum sine cul

Iob

pa de me ꝓmittere; quod nõ possum mox sine culpa nõ præstare. Forte & illud Iob af

Thimotheus

ferre possem; spiritum esse spiritũ esse in omnibus; & cũ Thimotheo audite nemo con
temnat adolescẽtiam tuã; sed ex mea verius hoc conscientia dixero; nihil esse in nobis

magnum vel singulare. Studiosum me forte & cupidum honarū artiū non inficiatus: doctū tamen nomẽ mihi nec sumo nec arogo. Quare & quod tā grande humeris onus imposuerim: nō fuit propterea ꝙ mihi cōscius nostræ infirmitatis nō essem. Sed quod sciebam hoc genus pugnis; idest litterarijs esse peculiare quod in eis lucrum est vinci. Quo sit ut imbecillissimus quisq; nō detractare modo: sed appetere vltro eas iure possit & debeat. quādoquidem qui succumbit beneficium a victore accipit nō iniuriam: quippe qui per eū & locupletior domū. idest doctior & ad futuras pugnas redit instructior. Hac spe animatus ego infirmus miles cū fortissimis omniū strenuissimisq; tā grauem pugnā decernere nihil sum veritus. Quod tamẽ temere sit factum nec ne rectius utiq; de eventu pugnæ ꝙ; de nostra ætate potest quis iudicare: restat ut tertio loco his respōdeam qui numerosa ꝓpositarum rerū multitudine offendunt: quasi hoc eorū humeris sederet onus: & nō potius hic mihi soli quantuscūq; est labor esset exanclandus. Indecens ꝓfecto hoc & morosum nimis velle alienæ industriæ modū ponere. Et ut inquit Cicero in ea re: quæ eo melior quo maior/ mediocritatẽ desiderare. Omnino tam grandibus ausis erat necesse: me vel succūbere vel satisfacere. Si satisfacerem nō video cur quod in decẽ præstare quæstionibus est laudabile: in nōgentis etiam præstitisse culpabile existimẽt. Si succūberem habebunt ipsi/ si me oderūt unde accusarent. Si amāt unde excusent. Quoniam in re tam graui/ tam magna/ tenui ingenio/ exiguaq; doctrina/ adolescẽtem hominẽ defecisse venia potius dignū erit ꝙ; accusatione. Quin & iuxta poetam si deficiunt vires: audacia certe laus erit in magnis & voluisse sat est. Quod si nostra ætate multi Gorgiam leontinum imitati: nō modo de nōgentis: sed de omnibus etiam omniū artiū quæstionibus soliti sunt nō sine laude ꝓponere disputationem cur mihi nō liceat vel sine culpa de multis quidem: sed tamen certis & determinatis disputare. Ad superfluum inquiunt hoc & ambitiosum. Ego vero nō superfluo modo: sed necessario factū hoc a me cōtendo: quod & si ipsi mecū philosophandi rōnem cōsiderarent inuiti etiam fateanẽ plane necesse est. Qui enim se cuipiam ex philosophorū familijs addixerunt. Thomæ videlicet aut Scoto; qui nūc plurimū in manibus fauentes: possunt illi quidẽ vel in paucarū quæstionū discussione suæ doctrinæ periculum facere. At ego ita me institui: ut in nullius verba iuratus: me per omnes philosophiæ magistros funderẽ: omnes scedas excuterẽ/ omnes famelias agnoscerem. Quare cū mihi de illis omnibus esset dicẽdum: ne si priuari dogmatis defensor reliqua posthabuissem illi viderer obstrictus. Nō potuerunt etiam si pauca de singulis ꝓponerentur: non esse plurima quæ simul de omnibus afferebantur. Nec id in me quisquā damnet quod me quocunq; ferat tempestas deferat hospes. Fuit enim cum ab antiquis omnibus hoc observatum: ut omne scriptorum genus euoluentes: nullas quas possent cōmentationes illectas præterirẽt. Tum maxime ab Aristotele qui eam ob causam αναγνωστης, idest lector a Platone nuncupabatur: & profecto angustæ est mentis intra vnam se porticum aut academiam cōtinuisse. Nec potest ex omnibus sibi recte propriam selegisse/ qui omnes prius familiariter non agnouerit. Adde ꝙ in vna quaq; familia est aliquid insigne quod nō sit ei commune cum cæteris. Atq; ut a nostris ad quos postremo philosophia peruenit nunc exordiar. Est in Ioanne Scoto vegetum quiddam atq; discussum. In Thoma solidum & æquabile. In Egidio tersum & exactum. In Francisco acre & acutum. In Alberto priscum: amplum & grande. In Henrico ut mihi visum est semper sublime & venerandū. Est apud Arabes in Auerroe firmū & inconcussum. In Auempace. In Alpharabio graue & meditatum. In Auicenna diuinum atq; Platonicum. Est apud græcos in vniuersum quidem nitida imprimis & casta philosophia. Apud Simplicium locuples & copiosa. Apud Themistium elegans & cōpendiaria. Apud Alexandrum constans & docta. Apud Theophrastum grauiter elaborata. Apud Ammonium enodis & gratiosa. Et si ad Platonicos te conuerteris: ut paucos percenseam. In Porphyrio rerum copia & multijuga religione delectaberis.

Disputando victus lucrū facit

Alienas vires non iudicare

Cicero

Gorgias leōtinus

Antiquorū obseruatio

Aristo.

Plato

Ioan. scotus

Thomas

Egidius

Franciscus

Albertus

Henricus

Auerrois

Auempace

Alpharabio

Auicenna

Simplicius

Themi. Alexan. Theoph. Ammo. Porphy. Iamblicus Plotinus Proculus Hermias Dama. Olympi. Plato

In Iamblico secretiorem philosophiã & barbarorum mysteria veneraberis. In Plotino primũ quicq; nõ est quod admireris: qui se undiq; præbet admirandũ: que de diuinis diuine: de humanis longe supra hominem docta sermonis obliquitate loquentem sudantes Platonici vix intelligunt. Prætereo magis nouitios Proculum asiatica fertilitate luxuriantem: & qui ab eo fluxerunt: Damascum: Olympiodorum & cõplures alios: in quibus omnibus illud τὸ θεῖον. i. diuinum peculiare Platonicorũ symbolum elucet semper. Accedit quod si qua est secta quæ veriora incessat dogmata & bonas causas ingenij calumnia ludificetur: ea veritatem firmat non infirmat: & velut motu quassatam flammã excitat non extinguit. Hac ego ratione motus nõ vnius modo (ut quibusdã placebat.) Sed omnigenæ doctrinæ placita in mediũ afferre volui: ut hac complurium sectarum collatione: ac multifariæ discussione philosophiæ: ille veritatis fulgor cuius Plato meminit in epistolis: animis nostris quasi sol oriens ex alto clarius illucesceret.

Sapiã a barbaris ad nos venit

Quid erat si latinorum tantum: Alberti. s. Thomæ: Scoti: Egidij: Francisci: Henriciq; philosophia: obmissis græcorum arabumq; philosophis tractabatur: Quando omnis sapientia a barbaris ad græcos: a græcis ad nos manauit. Ita nostrates semper in philosophandi ratione / peregrinis inuentis stare / & aliena excoluisse sibi duxerunt satis.

Platõisphia a Pico primũ in publicum data

Quid erat cum Peripateticis egisse de naturalibus: nisi & Platonicorum accersebatur academia: quorum doctrina & de diuinis semper inter omnes philosophias (teste Augustino) habita est sanctissima: & a me nunc primum: quod sciam (verbo absit inuidia) post multa sæcula sub disputandi examen est in publicũ allata.

Sapere ex cõmentario

Quid erat & aliorum quotquot erant tractasse opiniones si quasi ad sapiẽtum symposium asymboli accedentes / nihil nos quod esset nostrũ / nostro partũ & elaboratum ingenio / afferebamus. Profecto ingenerosum est: (ut ait Seneca) sapere solum ex cõmentario: & quasi maiorum inuenta nostræ industriæ: viam præcluserint: quasi in nobis effœta sit vis naturæ: nihil ex se parere: quod veritatem si nõ demonstret saltem innuat vel de longinquo. Quod si in agro colonus: in vxore maritus odit sterilitatem: certe tanto magis infœcundam animam oderit illi complicita & associata diuina mens: quanto inde nobilior longe ꝓles desideratur. Propterea non contentus ego præter cõmunes doctrinas: multa de Mercurij trismegisti prisca theologia: multa de Chaldæorum de Pythagoræ disciplinis: multa de secretioribus hebræorum addidisse mysterijs: plurima quoq; per nos inuẽta & meditata: de naturalibus & diuinis rebus disputanda ꝓposuimus.

Qui Platonis & Aristotelis cõcordiam præsumpserunt

Proposuimus primo Platonis Aristotelisq; cõcordiã a multis ante hac creditam: a nemine satis ꝓbatã. Boetius apud latinos id se facturũ pollicitus nõ inuenitur fecisse unq; quod semper facere voluit. Simplicius apud græcos idẽ professus: utinam id tam præstaret q̃ pollicetur. Scribit & Augustinus in Academicis nõ defuisse plures qui subtilissimis suis disputationibus idem ꝓbare conati sint. Platonis. s. & Aristotelis eandem esse philosophiam. Ioannes item grãmaticus cũ dicat apud eos tãtum dissidere Platonẽ ab Aristotele qui Platonis dicta non intelligunt: ꝓbandum tamẽ posteris hoc reliquit. Addidimus autem & plures locos: in quibus Scoti & Thomæ plures. In quibus Auerrois & Auicẽnæ sentẽtias quæ discordes existimantur concordes esse nos asseueramus.

Duo & septuaginta dogmata physica & metaphysica

Secundo loco quæ in philosophia cũ Aristotelica tũ Platonica excogitauimus nos: tum duo & septuaginta noua dogmata physica & metaphysica collocauimus: quæ si quis teneat poterit (nisi fallor) quod mihi erit mox manifestũ; quãuĩs de rebus naturalibus diuinisq; propositã quæstionem lõge alia dissoluere ratione q̃ per eam edoceamur. quæ & legitur in scholis & ab huius æui doctoribus colitur philosophiam. Nec tam admirari quis debet patres me imprimis annis: in tenera ætate per quam vix licuit (ut iactãt quidam) aliorum legerem cõmentationes: nouam afferre velle philosophiam: q̃ vel laudare illam si defenditur: vel damnare si reprobatur: & deniq; cum nostra inuenta hæc / nostrasq; sint litteras iudicaturi: non auctoris annos: sed illorum merita potius vel demerita numerare. Est autem & præter illam: alia quam nos attulimus

noua per numeros philosophandi institutio antiqua: illa quidem & a Priscis theologis / a Pythagora praesertim / ab Aglaopheno / A philolao / a Platone / prioribusq; Platonicis obseruata. Sed quae hac tempestate ut praeclara alia posteriorum incuria sic exoleuit: ut vix vestigia ipsius vlla reperiantur. Scribit Plato in epimonide inter omnes liberales artes & scientias contemplatrices praecipuam maximeq; diuinam esse scientiā numerandi. Quaerens item cur homo animal sapientissimū? Respondet: quia numerare nouit. Cuius sententiae & Aristoteles meminit in problematis. Scribit Abumasar verbum fuisse Auēzoar Babylonij: eum omnia nosse qui nouerat numerare. Quae vera esse nullo modo possunt si p numerandi artē / eā artē intellexerūt cuius nūc mercatores imprimis sunt peritissimi; quod & Plato testat exerta nos admonens voce ne diuinā hanc arithmeticā; mercatoriam esse arithmeticam intelligamus. Illam ergo arithmeticā quae ita extollitur. Cū mihi videar post multas lucubrationes exploratam habere huiusce rei periculū facturus; ad q̄tuor & lxx. quaestiones quae inter physicas & diuinas principales existimant: respōsurum p numeros publice me sum pollicitus. Proposuimus & magica theoremata; in quibus duplicē esse magiam significauimus: quarum altera daemonum tota opere & auctoritate cōstat res mediusfidius execrāda / & portētosa. Altera nihil est aliud cū bene explorat q̄ naturalis philosophiae absoluta cōsumatio. Vtriusq; cum meminerint graeci illam magiae nullo modo nomie dignantes γοητειον nūcupāt. Hāc ppria peculiariq; appellatione μαγειαν; quasi perfectā / summāq; sapientiā vocāt. Idem enim ut ait Porphyrius Persarū linguā magus sonat quod apud nos diuinorū interpres & cultor. Magna aūt / imo maxima patres inter has artes disparilitas & dissimilitudo. Illā nō modo christiana religio; sed omnes leges: omnis bene instituta res pu. damnat & execrat; hāc oēs sapiētes / omes caelestiū & diuinarū rerū studiosae nationes approbant & amplectunt. Illa artiū fraudulentissima; haec altior sanctiorq; philosophia; illa irrita & vana; haec firma fidelis & solida. Illā quisquis coluit sp dissimulauit: q in auctoris esset ignominiā & cōtumeliā, ex hac summa litterarū claritas gloriaq; antiquitus / & pene semp petita. Illius nemo unq̄ studiosus fuit vir philosophus & cupidus discēdi bonas artes. Ad hāc Pythagoras / Empedocles / Democritus / Plato discendā nauigauere. Hāc praedicarunt reuersi / & in archanis praecipuam habuerunt. Illa ut nullis rationibus; ita nec certis pbat auctoribus. Haec clarissimis quasi parētibus honestata; duos praecipue habet auctores Xamolsidem quem imitatus est Abbaris hyperboreus / & Zoroastrē nō quem forte creditis; sed illum oromasi filiū. Vtriusq; / magia quid sit Platonē si pcōtemur respōdebit in alcibiade. Zoroastris magiā nō esse aliud q̄ diuinorū sciētiā / qua filios Persarū reges erudiebāt; ut ad exēplar mūdanae reip. suā ipsi regere rem pu. edocerent. Respondebit in carmide magiā Xamolsidis esse animi medicinā p quā s. aīo tēperātia / ut p illā corpori sanitas comparat. horum vestigijs postea perstiterunt Corandas / Damigeron / Apollonius Hostanes & Dardanus. Perstitit Homerus quē ut oēs alias sapiētias; ita hāc quoq; sub sui vlyxis erroribus dissimulasse in poetica nostra Theologia aliquādo pbabimus. Perstiterunt Eudoxus & Hermippus. Perstiterūt fere oēs qui Pythagorica platonicaq; mysteria sunt perscrutati. Ex iunioribus aūt qui eā olfecerint tres reperio Alchindū Arabē: Rogeriū Baconem & Gulielmū parisien. Meminit & Plotinus / vbi naturae ministrum esse & non artificem magū demonstrat. Hanc magiā probat asseueratq; vir sapientissimus; alteram ita abhorrens; ut cum ad malorum daemonū sacra vocaret; rectius esse dixerit ad se illos q̄ se ad illos accedere; & merito quidem. Vt enim illa obnoxiū mancipatūq; improbis potestatibus hominem reddit. Ita haec illarum principem & dn̄m. Illa deniq; nec artis nec scientiae sibi potest nomen vendicare. Haec altissimis plena mysterijs; profundissimam rerum secretissimarū cōtemplationē: & demū totius naturae cognitionem complectitur. Haec inter sparsas dei beneficio & inter seminatas mundo virtutes quasi de latebris euocans in lucem. Non tam facit miranda q̄ facienti naturae sedula famulatur.

Noua p numeros philosophandi institutio
Plato
Aristo.
Abumasar
Auēzoar
Magica theoremata
Duplex magia
Pythagori.
Magus quid significet lingua Persarū
Xamolsides
Abbaris hyperbo.
Zoroaster
Plato
Carondas
Damigeron
Appollo.
Hostanes
Dardanus
Homerus
Eudoxus
Hermippus
Alchindus Arabs
Rogerius Bachon
Gulielmus pariensis
Plotinus

Hæc vniuersi consensum: quem significantius græci συμπάθειαν dicunt introrsum
perscrutatus rimata: & mutuam naturarum cognitionem habens perspectã natiuas
adhibens vnicuiq; rei & suas illecebras: quæ magorum ιυγγες, nominant in mundi re-
cessibus: in naturæ gremio in ꝓmptuarijs archanisq; dei latitantia miracula: quasi ipsa
sit artifex promit in publicum: & sicut agricola vlmos vitibus: ita magus terram cælo,
idest inferiora superiorum dotibus virtutibusq; maritat. Quo fit ut q̃ illa prodigiosa
& noxia/tam hæc diuina & salutaris appareat. Ob hoc præcipue q̃ illa hominẽ dei ho-
stibus mãcipãs/auocat a deo: hæc in eam operum dei admirationem excitat q̃ ꝓpensa
charitas/fides/ac spes/certissime cõsequunt̃. Neq; enim ad religionem/ad dei cultum
quicq̃ ꝓmouet/magis/q̃ assidua cõtẽplatio mirabiliũ dei: quæ ut per hanc de qua agi
mus naturalem magiã bene explorauerimus: in opificis cultum amoremq; ardentius
animati. Illud canere cõpellemur. Pleni sunt cæli/plena est omĩs terra maiestate gloriæ
tuæ. Et hæc satis de magia: de qua hæc diximus quod scio esse plures qui sicut canes
ignotos semper adlatrant/ita & ipsi sæpe damnant oderũtq; quæ nõ intelligũt. Venio
nũc ad ea quæ ex antiquis hebræoꝝ mysterijs eruta/ad sacrosanctam & catholicam fi-
dem cõfirmãdam attuli: quæ ne forte ab his quibus sint ignota cõmentitiæ nugę aut fa
bulæ circũlatoꝝ existiment̃: volo intelligãt omẽs/quæ & qualia sint; unde petita/qui
bus & q̃ claris auctoribus cõfirmata/& q̃ reposita/q̃ diuina/q̃ nostris hominibus ad
ꝓpugnandam religionẽ cõtra hebræoꝝ importunas calũnias sint necessaria. Scribunt
nõ modo celebres hebræorũ doctores: sed ex nostris quoq; Hesdras/Hilarius & Orige
nes. Mosen non legẽ modo/quã quinq; exaratãq; libris posteris reliquit: sed secretiorẽ
quoq; & veram legis enarrationẽ in monte diuinitus accepisse; præceptum autem eia
deo ut legẽ quidem populo publicaret; legis interpretationem nec traderet litteris/nec
inuulgaret. Sed ipse iesu naue tñ/tum ille alijs deinceps succedentibus sacerdotũ pri-
moribus/magna silentij religione reuelaret. Satis erat per simplicem historiam nunc
dei potẽtiam/nũc in improbos iram/in bonos clementiam/in omnes iusticiam agno-
scere: & per diuina salutariaq; præcepta ad bene beateq; viuendum/& cultum veræ re
ligionis institui. At mysteria secretiora/& sub cortice legis/rudiq; verborum præte-
xtu latitantia/altissimæ diuinitatis archana/plebi palam facere: quod erat aliud q̃ da-
re sanctum canibus: & inter porcos spargere margaritas. Ergo hæc clam vulgo habe-
re perfectis cõmunicanda: inter quos tãtum sapientiã loqui se ait Paulus/non humani
cõsilij sed diuini præcepti fuit. Quem morem antiqui Philosophi sanctissime obser-
uarunt. Pythagoras nihil scripsit nisi paucula quædam quæ damæ filiæ moriens com-
mendauit. Aegyptiorũ tẽplis insculptæ sphinges hoc admonebant ut mystica dogma
ta per enigmatũ nodos a ꝓphana multitudine inuiolata custodirentur. Plato Diony
quædam de supremis scribens substãtijs: per enigmata inquit dicẽdũ est: ne si epistola
forte aliorum peruenerit manus: quæ tibi scribimus ab alijs intelligant̃. Aristoteles li-
bros Metaphysicæ in quibus agit de diuinis/editos esse & nõ editos dicebat. quid plu
ra Iesum christum vitæ magistrum asserit Origenes/multa reuelasse discipulis: quæ il-
li ne vulgo fierent cõmunia/scribere noluerunt. Quod maxime confirmat Dionysius
areopagita: qui secretiora mysteria a nostræ religionis auctoribus

idest ex animo in animũ/sine lr̃is medio intercedente verbo ait fuisse transfusa: hoc eo
dem penitus modo cũ ex dei præcepto vera illa legis interp̃tatio Moysi dcitus tradita
reuelaret̃ dicta est Cabala: quod idem est apud hebræos quod apud nos receptio. Ob
id. s. q̃ illam doctrinã nõ per litterarũ monumẽta: sed ordinarijs reuelationũ successio-
nibus alter ab altero quasi hæreditario iure reciperet. verũ postq̃ hebræi a Babylonica
captiuitate restituti per Cyrũ & sub Zorobabel instaurato templo/ad reparãdam legẽ
animũ appulerunt. Esdras tunc ecclesiæ præfectus post emendatũ Moseos librũ cum
plane cognosceret per exilia/cædes/fugas/captiuitatem gentis israeliticæ institutum a

Magie bone & male diuersitas

Nota

Mosem p̃ter pentateucũ secretas a deo doctrinas hausisse

Sapiẽtiam a vulgo clam habenda

Cabala

maioribus more tradendae p manus doctrinae seruari nō posse. Futurumq́; ut sibi diui=
nitus indulta cælestis doctrinæ arcana periret: quorum cōmētarijs nō intercedētibus du=
rare diu memoria non poterat: cōstituit ut cōuocatis qui tūc supererāt sapiētibus affer
ret vnusquisq́; in medium: quæ de mysterijs legis memoriter tenebat: adhibitisq́; nota
rijs in .lxx. volumina. (Tot enim fere in sinedrio sapientes) redigerentur. Qua de re ne
mihi soli credatis patres: Audite Esdrā ipsum sic loquētē. exactis .xl. diebus loquutus Esdras
est altissimus dicēs. Priora quæ scripsisti in palam pone: legant digni & indigni: nouis=
simos aūt .lxx. libros cōseruabis ut tradas eos sapiētibus de populo tuo. In his enī est ve
na intellectus & sapientiæ fons / & sciētiæ flumē / atq́; ita feci. Hæc Esdras ad verbū. hi
sunt libri scientiæ Cabalæ in his libris merito Esdras venā intellectus .i. ineffabilem: de
sup substantiali deitate Theologiā sapientiæ fontem .i. de intelligibilibus angelicisq́;
formis exactā metaphysicam & sciētiæ flumen .i. de rebus naturalibus firmissimā Phi Syxtus quar
losophiam esse: clara imprimis voce pronunciauit. Hi libri Syxtus quartus Pontifex tus
maximus qui hunc sub quo viuimus foeliciter Innocentium .viij. Proxime antecessit: Inno. viij
maxima cura studioq́; curauit ut in publicam fidei nostræ utilitatem latinis litteris mā=
darentur. Iamq́; cum ille decessit tres ex illis peruenerant ad latinos. hi libri apud he=
bræos hac tempestate tanta religione colunt: ut neminem liceat nisi annos .xl. natum
illos attingere. hos ego libros nō mediocri impensa mihi cū comparassem: summa di=
ligētia indefessis laboribus cum perlegissem: vidi in illis (Testis est deus.) Religionem
nō tam Mosaicam q́ christianam. Ibi trinitatis mysteriū: ibi verbi incarnatio: ibi mes=
siæ diuinitates: ibi de peccato originali: de illius per christum expiatione: de cęlesti Hie
rusalem: de casu dæmonū: de ordinibus angelorum: de purgatorijs: de inferorum pœ
nis. Eadem legi quæ apud Paulum & Dionysiū: apud Hieronymū & Augustinum
quotidie legimus. In his vero quæ spectant ad philosophiā Pythagorā, prsus audias & Augusti:
Platonē quorum decreta ita sunt fidei christianæ affinita: ut Augustinus noster immē=
sas deo gratias agat: quod ad eius manus peuenerint libri platonicorum. In plenū nulla est
ferme de re nobis cū hebræis controuersia: de qua ex libris Cabalistarū ita redargui con
uinciq́; nō possint: ut ne angulus quidē reliquus sit in quē se cōdant. Cuius rei testem
grauissimū habeo Antonium cronicū virum eruditissimū: qui suis auribus cum apud
eū essem in cōuiuio audiuit Dactylum hebræū peritū huius sciētiæ in christianorum prs Antoni⁹ cro
sus de trinitate sentētiā pedibus manibusq́; descēdere. Sed ut ad meæ redeā disputatio= nicus
nis capita pcēsenda. Attulimus & nostrā de interpretādis Orphei Zoroastrisq́; carmi= Dactylus he
nibus sententiam. Orpheus apud græcos ferme integer. Zoroaster apud eos mancus bræus
apud Chaldæos absolutior legitur. Ambo priscæ sapientiæ crediti patres & auctores. Zoroaster. Orpheus
Nam ut taceā de Zoroastre cuius frequens apud Platonicos nō sine summa semp ve= Iamblicus
neratione est mentio. Scribit Iamblicus Calcideus habuisse Pythagoram Orphycam Calcideus.
Theologiā tanq́; exemplar: ad quā ipse suam fingeret formaretq́; philosophiā. Quin Pythago.
iccirco tantum dicta Pythagoræ sacra nūcupari dicunt q́ ab Orphei fluxerit institutis:
Inde secreta de numeris doctrina: & qcqd magnū sublimeq́; habuit græca philosophia
ut a primo fonte manauit. Sed qui erat veterū mos theologorū) ita Orpheus suorum Poetarum mos
dogmatū mysteria fabularum intexit inuolucris / & poetico velamento dissimulauit:
ut si quis legat illius hymnos: nihil subesse credat præter fabellas nugasq́; meracissi=
mas. Quod volui dixisse ut cognoscat quis mihi labor quæ fuerit difficultas: ex affe=
ctatis enigmatū syrpis: ex fabularū latebris latitātes eruere secretæ philosophiæ sensus:
nulla præsertim in re tā graui: tam abscondita inexplorataq́; adiuto aliorum interpre=
tum opera & diligentia. Et tū oblatrarūt canes mei minutula quædam & leuia ad nu=
meri ostentationē me accumulasse quasi nō omēs quę ambiguę maxime cōtrouersęq́;
sunt quæstiōes: in quibus principales digladiant academiæ: quasi nō multa attulerim
his ipsis q & mea carpūt: & se credūt philosophorum principes / & incognita, prsus & intē
tata. Quin ego tantum absum ab ea culpa ut curauerim in q́ paucissima potui capita

cogere disputationem. Quam si (ut cōsueuerunt alij) partim ipse in sua membra & lan
cinare voluissem / in innumerū ꝓfecto numerum excreuisset. Et ut taceam de cæteris
quis est q nesciat vnū dogma ex nōgētis quod. s. de cōciliāda est Platonis Aristotelisq;
philosophia potuisse me citra oēm affectatæ numerositatis suspitionē in sexcētane di
cā plura capita deduxisse. locos. s. omēs in quibus dissidere alij conuenire ego illos exi
stimo particulatim enumerantē. Sed certe (dicam enim q̄q̄ neq; modeste / neq; ex in
genio meo) dicā tamē; quia dicere me inuidi cogunt. Cogunt obtrectatores volui hoc
meo cōgressu fidē facere / nō tam quod multa scirem: q̄ quod scirem quæ multi nesci
unt. Quod ut vobis re ipsa patres colendissimi iam palam fiat ut desiderium vestrum
doctores excellentissimi quos paratos accinctosq; expectare pugnam nō sine magna
voluptate cōspicio mea longius oratio nō remoretur: quod fœlix faustumq; sit quasi ci
tante classico iam cōseramus manus:

Ioannis Mirandulæ Orationis. De hoīe FINIS

Nannes Picus Miran. Io. Francisco ex fratre nepoti. S. in eo qui est vera
Cōsolatoria & excitatoria ad locationē sacrarū literarum — i — salus. Discedenti tibi a me plurimas statim ad malum oblatas occasiones
quæ te perturbēt / & arrepto bene viuēdi ꝓposito aduersentur: nō est fili
q admireris: sed neq; q doleas / aut expauescas. Quātum illud potius es
set miraculum / si tibi vni inter mortales sine sudore via pateret ad cælū: quasi nūc pri
mū & fallax mūdus / & malus dæmon esse desineret; aut q̄si tu in carne adhuc nō esses
quæ concupiscit aduersus spiritum: & (nisi saluti nostræ vigiles perspexerimus) circeis
æbrios poculis in ꝓdigiosas brutorū species illecebrosa deformat. sed & gaudendum
Iacobus tibi esse affirmat Iacobus scribens, gaudete fratres cum in tentationes varias incideritis
nec immerito: quæ enim spes gloriæ / si nulla sit spes victoriæ: aut victoriæ locus quis
esse potest vbi pugna nō est: vocaī ad coronā qui ꝓuocaī ad pugnā / atq; ad eam præ
Christiani magna felicitas — sertim in qua nemo vinci potest inuitus: neq; alijs nobis / ut vincamus viribus opus est
q̄ ut vincere ipsi velimus. Magna christiani fœlicitas: q̄n & in eius arbitrio posita est vi
ctoria; & omni vincentis voto / omniq; expectatione maiora futura sunt præmia. Dic
q̄so fili carissime: est ne aliq̄d in hac vita ex his q̄ꝝ libido terrenas agitat mētes / ꝓ q̄ adipi
scēdo nō multi prius subeūdi labores multa indigna & misera tolerāda sint; bñ actū se
cū putat mercator: si post decēnē nauigationē post mille incōmoda mille vitæ discrimi
na rē sibi cōparauerit paulo vberiorē. De militia sæculi nihil est q̄d ad te scribā; cuius mi
Hoīm anxietas — serias ipsa satis te docuit & docet experiētia. In principiū grã ꝓmerēda: in æqualiū ami
citijs cōciliādis: in honoribus ambiēdis; quæ moles molestiarū: quantū anxietatis: quā
tū sit sollicitudinis ex te ego discere potius possū q̄ te docere; q meis libris meo oòolo
cōtētus / a pueris usq; intra fortunam viuere didici & (quātū possum) apud me habitās
nihil extra meipsum suspiro vel ambio. Ergo terrena hæc caduca incerta / vilia / & cum
brutis quoq; nobis cōmunia / sudantes etiā & hanelantes vix consequemur: ad cæle
stia atq; diuina quæ nec oculus vidit / neq; auris audiuit / neq; cor cogitauit somniculo
si & dormientes & ꝓpemodū inuiti a dijs trahemur: quasi sine nobis aut deus regnare
aut cælestes illi ciues beati esse nō possint. Profecto si terrena fœlicitas ociosis nobis cō
pareretur: posset aliquis laborem detrectans malle mūdo seruire q̄ deo. sed si nihil mi
nus q̄ in via dei immo longe magis in peccatorꝝ via fatigamur (unde illa vox damna
Sapie. viij — torum. Lassati sumus in via iniquitatis) nō potest non extremæ esse dementiæ: ibi nol
le potius laborare vbi a labore itur ad mercedem / q̄ ubi a labore itur ad supplitiū. Mit
to quāta sit illa pax / quantaq; fœlicitas animi nihil conscire sibi; nulla pallescere culpa;
quæ ꝓculdubio voluptatibus oṁibus quæ possideri vel optari possint in vita lōge præ
Memorāda sententia — pōderat. quid enī optabile in voluptatibus mundi: quæ dum quærūtur fatigant / cū ac
quiruntī infatuant / cū ammittuntī excruciāt. Dubitas fili impiorꝝ mētes perpetuis cu
ris nō agitari. verbū est dei qui nec falli potest nec fallere. cor impij quasi mare feruens
quod quiescere nō potest. nihil enī illis est tutū; nihil pacatū; omnia metū omnia curas

intentant: omnia morte. his ne igitur inuidebimus: hos æmulabimur: & obliti pro-
priæ dignitatis; obliti patriæ: patrisq; cælestis: horum nos ipsi: cum liberi simus nati: vl-
tro mancipia faciemus: & vna cum illis misere viuentes: morientes miserius: miserri-
me tandem æternis ignibus affligamur. O cœcas hominum mentes o pectora cœ-
ca; quis nõ videat vel luce clarius hæc omnia esse ipsa veritate veriora: nec tamen faci-
mus quæ faciẽda esse cognoscimus: sed hæremus adhuc. nec quicquã ceno cupientes
auellere plantã. Occurrẽt tibi fili (ne dubita) in his præsertim locis in qbus habitas innu
mera singulis horis impedimẽta: quæ te ꝓposito sancte beneq; viuendi deterreant &
(nisi caueas) agant in præceps. Sed inter omnia exitialis illa est pestis: versari inter eos
dies & noctes; quorum vita nõ solum omni ex parte illecebra est peccati; sed tota in ex-
pugnanda virtute posita sub imperatore diabolo; sub vexillis mortis; sub stipendijs ge
hennæ militat aduersus cælum: aduersus dominũ & aduersus christum eius. Tu au-
tem clama cũ propheta: dirũpamus vincula eorum & ꝓijciamus a nobis iugũ ipsorũ. Prophera
hi sunt enim quos tradidit deus in passiones ignominiæ & in reprobũ sensum: ut faci-
ant ea quæ nõ cõueniũt: plenos omni iniquitate: plenos inuidia: homicidijs: contentio
ne: dolo: malignitate: detractores: deo odibiles: contumeliosos sup hos elatos inuento-
res malorum insipientes: incompositos: sine affectione: sine fœdere: sine misericordia.
Qui cũ iusticiam dei quotidie videant: nõ intelligunt tamẽ: quoniã qui talia agunt di-
gni sunt morte nõ solum qui ea faciunt: sed etiã qui cõsentiũt facientibus. Tu igitur fi- Placendũ nõ
li noli illis placere quibus ipa displicet virtus. Sed illud apostoli tibi semper sit ante ocu esse qbus vir
los: oportet deo magis placere q̃ hominibus: & illud. Si hominibus placerẽ christi ser- tus displicet
uus nõ essem: inuadat te sancta quædã ambitio: & dedigneris eos tibi vitæ esse magi-
stros: qui te potius præceptore indigeãt: longe enĩ decentius ut ipsi tecũ bene viuendo
homines esse incipiãt q̃ ut tu velis per omissionẽ boni ꝓpositi cũ illis turpiter obbrute
scere. Tenet me (Deũ testor) aliquãdo extasis quasi & stupor quidã: cũ mecum incipio
studia hominũ aut (ut dixerim significantius) meras insanias: nescio an cogitare po
tius q̃ dolere: mirari an deplorare: Magna enĩ ꝓfecto insania: euãgelio non credere: Nota
cuius veritatẽ sanguis martyrum clamat: apostolicæ resonant voces: ꝓdigia ꝓbant: ra
tio cõfirmat: mũdus testatur: elemẽta loquunt. dæmones cõfitent. Sed longe maior in
sania: si de euangelij veritate nõ dubitas: viuere tamẽ quasi de eius falsitate non dubita Euãgelij cer
res. Nã si illa sunt vera difficillimũ esse diuitẽ ingredi regnũ cælorum: quid cumulan- titudo
dis quotidie diuitijs inhiamus: & si illud est verũ: querendã gloriã nõ quæ ex homini-
bus/sed quæ ex deo est: cur de iudicijs hominũ semper pẽdemus. Deo placere nemo
est qui curet. & si firma in nobis est fides: futurũ aliquãdo: ut dominus dicat: Ite male- Xpiani mul
dicti in ignẽ æternũ: & rursus: venite benedicti possidete regnũ paratũ vobis a cõstitu- ri nomine
tione mũdi: cur nihil minus aut timemus q̃ gehenã: aut speramus q̃ regnũ dei. Quid
possumus aliud dicere q̃ multos esse noĩe christianos/sed re paucissimos. Tu vero fili
cõtende intrare per angustã portã: nec quid multi agant attende: sed quid agendũ: ipsa
tibi naturæ lex: ip̃a ratio: ip̃e deus ostendet. Neq; enĩ aut minor tua erit gloria. Si fœlix
eris cũ paucis: aut leuior pœna. Si miser et is cũ multis. Erũt autẽ duo præcipue præsen
tissima tibi remedia aduersus mũdũ & sathanã: quibus quasi duabus alis de lachryma
rum valle tolleris in altũ: elemosina. s. atq; orõ. quid enim possumus sine auxilio dei:
aut quomodo ille auxiliabit nõ inuocatus. Sed & inuocantẽ te certe nõ audiet qui in- Elemosyne
uocãtem prius pauperẽ nõ exaudisti. neq; enim decet ut te deus hominẽ nõ contẽnat: & orõis vir
qui prius homo hominẽ cõtẽpsisti. Scriptũ est in qua mensura mensi fueritis remetiet tus
vobis: & alibi: beati misericordes quoniã misericordiã cõsequetur. Cum aũt te ad orõ-
nem inuito: nõ ad eam inuito quæ in multiloquio est: sed quæ in secreto mentis reces-
su: in penetralibus animi: ip̃o affectu: loquit deo: & in lucidissima cõtemplationis tene Orõ qualis
bra mẽtẽ patri nõ præsentat modo: sed vnit ineffabilibus quibusdam modis quos soli esse debet
norũt experti; nec curo q̃ lõga sit orõ tua; sed q̃ efficax; q̃ sit ardens; interrupta potius

suspirijs/q̃ perpetua/ quadam serie dictionum/ numeroq̃ diffusa/ si tua tibi salus est
cordi/si tutus a diaboli laqueis/a mundi procellis/ ab inimicorum insidijs. Si deo gra-
tus, si fœlix tandem esse desideras fac nulla prætereat dies; qua vel semel deũ tuum per
oratione͞ nõ adeas/& ꝓstratus ante eum humili piæ mẽtis affectu illud nõ de summis
labris; sed de imis visceribus clames cum ꝓpheta: Delicta iuuentutis meæ & ignoran-
tias meas ne memineris; sed secũdũ misericordiã tuã memẽto mei ꝓpter bonitate͞ tuã
dñe. Suggeret tibi cũ spiritus qui interpellat ꝓ nobis; tum ipsa necessitas singulis horis/
quod petas a deo tuo/ suggeret & sacra lectio / quã ut omissis iã fabulis nugisq̃ poeta-
rũ semꝑ habeas in manibus etiã atq̃ etiã rogo. Nihil deo gratius/nihil tibi utilius face-
re potes/q̃ si nõ cessaueris litteras sacras nocturna versare manu versare diurna. Latet
enim in illis cælestis vis quædam viua & efficax quæ legentis animũ. (Si modo illas pu-
re humiliterq̃ tractauerit) in diuinũ amorem mirabili quadam potestate transformat.

Sacræ lectio-
nis utilitas

Sed epistolæ iam fines excessi/trahente me ipsa materia & mira quadam charitate; qua
tecum semper tum ex ea præsertim hora sum ꝓsequutus qua sanctissimi tui propositi
factus sum certior. Illud postrem o te admonitum velim. (de quo hic etiam cum mecũ
eras/tecum sæpe locutus sum) ut duo hæc nunq̃ obliuiscaris; & filium dei pro te esse
mortuũ/& te quoq̃ etiã si diu vixeris breui esse moriturũ. his quasi geminis stimulis/
altero quidẽ timoris/amoris altero/ vrge equũ tuũ ꝑ breue stadiũ momẽtaneæ vitæ ad
premia fœlicitatis æternæ/quãdo nullũ aliũ finẽ præfinire nobis aut debemus aut pos-
sumus/quam ut perpetua utriusq̃ hominis pace infinito bono sine fine fruamur. Va-
le, & Deum time. fer. xv. Maij. Mcccclxxxxij.

Iannes Picus Miran. Philippo Beroaldo. S.

Cœpi abs te doctissime Beroalde & epistolã cũ amabilem tum eruditam &
a versus plurimos ipsam etiã dubio ꝓcul antiquitate͞ ꝓuocantes gratissimũ
id mihi munus fuit. Quare per te bono in negocio bonas horas sum ocia-
tus & voluptati nulla in re vel iocundius poteram vel honestius. Agam vero homine͞
oppido q̃ ingratum si tua quæ sunt optima remunerari meis vellem quæ sunt pessima
& catullianis salibus suffeni venena permutare. Sum enĩ in poematis illo nihilo meli-
or/nisi hoc præstem/q͞ me suffenum esse agnosco; & quid manticæ in tergo sit video.
Tu tame͞ hoc flagitas ut. s. de nostris ad te aliquid scriptionibus dedã, atq̃ ita flagitas;
ut quasi postules/videarisq̃ repulsam æquo aĩo nõ laturus. Quare tibi vel cũ dispẽdio
si qua est apud te de me existimatio satisfaciẽdum. Habeas igit̃ duas epistolas alteram
ad Laurentiũ medice͞; alterã ad Hermolaũ de genere dicẽdi philosophorũ. Quibus &
versiculos quosdã addidi: qui ꝑ hos dies etiã agẽti alia mihi exciderũt. Tu hæc ita leges
ut memineris in humanioribus his studijs me tum ulcuaria cura & subcisiuis esse tẽpo-
ribus ut qui philosophis operã primariã & ut dicũt seriosas addiderim lucernas. Apud
quos ut id ꝓfecerim quod tu apud rhetores & poetas. Quos inter (loquor ex aĩo) non
video cur tibi primas/iure nõ vendices. Politianus tuus est totus amat te ut qui maxi-
me. De me polliceri tibi nihil nõ potes quod ego possim. Vale.

Catullianis
salibus suffe-
nũ cõparat

Ioannes Picus Miran. Laurentio medici. S. P. D.

Egi Laurẽti Medice Rhytmos tuos; quos tibi vernaculæ musæ per ætatem
I teneram suggesserũt, agnoui musarũ & gratiarũ legitimã fœturã; ætatis te-
neræ opus nõ agnoui. Quis enĩ in tuis Ryhtmis & numerosa versuũ structu-
ra saltãtes ad numerũ grãs nõ ꝑsenserit? Quis in canoro dicẽdi genere & modulato ca-
nentes musas non audiat? Quis in lepore nõ affectato. Hilari argutia; mellitis salibus
aptis illecebris/miro cãdore. In prudenti dispositione/in grauissimis sensibus ex pene-
tralibus philosophiæ erutis/adolescentem homine͞ quis agnoscat? Scio ꝓfecto me nõ
esse in hoc albo; nec eũ qui huc ascendã, i. ad iudiciũ rerũ. Sed vellem dici posse extra su-
spitione͞ adulationis: quod de illis sentio. dicere͞ ꝓfecto nõ esse veterũ scriptorũ/ que͞ in
hoc genere dicendi longo interuallo non antecesseris. Quod ne putes dictum ad gra-

tiam afferã tibi huiusce sensus rõnes meas: Sunt apud vos duo praecipue celebrati poe= Franciscũ pe
tae florẽtinae linguae: Franciscus petrarcha/ & Dantes aligerius: de quibus illud in vni= trarchã & dã
uersum sim praefatus/ esse ex eruditis/ qui res in Francisco verba in Dante desiderent. tẽ cõparat
In te qui mentẽ habeat & aures neutrũ desideraturũ: in quo nõ sit videre an res oratiõe
an verba sententijs magis illustrentur. Sed expendamus velut in libnli particulatim
vniuscuiusq; merita. Franciscus quidem si reuiuiscat quod attinet ad sensus quis dubi
tat vltro herbam tibi daturum adeo tu & acutus semper grauis & subtilis: ille vero de
medio plurimũ arripiens sententias colorat verbis & quae sunt gregaria egregia facit
genere dicendi in quo videamus quid tibi ille; quid tu illi praestes in quibusdã dulcior
apparueris. Sed mihi illius dulcedo / ut ita dixerim dulciter accida & suauiter austera.
Ille fusus & aequabiliter deliniens. Tu maiestate & quadã viuaci luce orationis animos
perstringens. In illo ambitiosa & nimia: in te neglecta potius q̃ affectata diligentia: ille
tener & mollis: tu masculus & torosus. Ille volubilis & canorus: tu praesus plenus fir=
mus & modulatus. Ille forte lepidior: tu certe amplior & erectior. Ille fucacior / sed tu
neruosior. In illo est quod amputes; in te nihil redundans & nihil curtum. Sed forte au
daculus qui tollendũ aliquid de illo dixerim. Ita est certe ita multis videt̃ quorum iudi Asiatica pec
cio confido. Nam meo nihil cum saepe sit videre peccantem illum quod asiatici pecca=
bant. i. inferciente verba quasi rimas expleat/ adhibẽtemq; voces pletias & concinnas
non ut exornent: sed ut substineãt quasi tibicines carmen ne claudicet. In te omnia ver
ba nõ minus in re necessaria q̃ in ornatu grata ita ut qui ex te demat mutilet: qui ex illo
tondat & repurget. Quod & si demus (quod nunq̃ dabo) lepidiora esse quae ille scri=
psit & cõptiora tuis: facile id fuit praestare hominẽ cui nõ esset cum ipsis sensibus labor
& pugna. At tuae illae acres subtiles: & (ut vno dixerim verbo) laurentianae sententiae
vix dici potest ut calamistros respuant: & istos fucos nõ libenter admittãt quas ille tra
ctandas si habuisset quẽ mollem legimus nitidũ & iocũdũ: legeremus equidem spino=
sum/ squalidũ & ingratũ. cũ sit videre illum: quotiens aliquid tale aggreditur acutum
implicitũ vel nodosum tam stilo cadere q̃ sensu surgit. Cũ vero illam suã verborũ ostẽ
tat suppellectilem; sua vnguenta cincinnos/ & flores admoneret saepe si adesset castri= Castritius
tius quod admonuit in graccho; ne falleremur rotundato sono: & versuum cursu. Sed
inspiceremus quidnã subesset: quae sedes: quod firmamentum: quis fundus verbis/
quod si facias illic videas epicuri quãdoq; vacuũ: ita aut nullum subesse sensum: aut fri
gidum & leuem. Qua parte quãuis est maxima; etiã illi si non praestes; non video om=
nino cur praestet ille tibi dicẽdi gratia. Cum & verba apud te esse non possint illustrio= Nota
ra; & collocatio illorum ita sit apta; ut nec coherere melius / nec fluere rotundius / nec
cadere numerosius vllo modo possint. Sed iam Dãtem tecum pensiculemus; de quo
fortasse plures cõtrouersiam sint facturi; sunt enim multi; qui in scriptorum collatione
nõ tam expendant merita q̃ annos numerent; iubentq; alios ut priscos legant cũ reue=
rentia coaetaneos ipsi legere nõ possunt sine inuidia. Primas certe; quod ad stilum spe=
ctat denegatum iri tibi neminẽ puto; ita est Dantes nõnunq̃ horridus; asper; & strigo=
sus; ut multũ rudis & impolitus; hoc eius etiam aurarij fatent̃. Sed in etatẽ & seculum
illud (id quod sit ita) culpã reijciũt; oĩo tu orõne cultior/ & nõ ille grãdior. At sensibus
inquient grandior & sulimior. Quaeso quid mirũ in philosophica re illũ philosophari
ipsa natura ad hoc cogente; atq; vltro suppeditante sentẽtias. Si de deo/ de aĩa/ de beatis
agitur affert quae Thomas quae Agustinus de his scripserũt. & fuit ille in his tractãdis Augustinus
meditandisq; tam frequens q̃ assiduus; tu in obeundis maximis negocijs publicis & Thomas
priuatis. Non fuit tam praeclare in Dante hoc fecisse: q̃ nõ fecisse turpe fuerat. At fuit
dubio ꝑcul summi ingenij opus; quod ipse praestas philosophica facere quae sunt ama
toria; & quae sunt sua seueritate austerula; superinducta venere facete amabilia. Ita in
tuis versibus amantium lusibus philosophorum seria sunt admixta / ut & illa hinc di=
gnitatem; & haec illinc hilaritatem gratiamq; lucrifecerint; ut ambo hac copula; & res

tinuerint quod erat propriũ/& mutuo sesibi ita participauerint: ut habeant vtraq; sin-
gulatim quae prius erant simul amborum. Sed nõ est hoc tam admirandum / q̃ illud
quod me maxime mouit: ita haec a te inuecta ut nõ inuecta / sed de materie ipsius: de q̃
agis: eruta gremio / & ex illa ipsa: ut ita dixerim te irrigante solum efflorescere videan-
tur ut appareant natiua nõ aduenticia / necessaria non comparata: genuina omnino nõ
insiticia: hoc est quod admirari satis non possum: quo mihi videris Dantẽ exsuperasse
Nam & si ille sublimis volat: materiae alis attollitur tu repugnante illa / & deorsum tra-
hente tolleris in altũ alis ingenij: atq; ita tolleris ut a materia nõ discedas: sed illam tecũ
simul attollas tãtum de ipa tu quãtum de Dante ipsa fuit bene merita. Iam videre licet
quid te inter Franciscumq; & Dantẽ intersit: de quibus hoc addiderim Franciscũ quã-
doq; nõ respõdere pollicitis: habentẽ quod allectet in prima specie / sed vlterius nõ sa-
tisfaciat. Dantẽ habere quod in occursu quandoq; offendit: sed iuuet magis intima per-
uadentẽ. Tua nõ minus habent in recessu quod detineat q̃ habeãt in prima fronte q̃d
capiat. Adde q̃ illi suas poeses in secessibus in vmbra in summa studiorum tranquilli-
tate: tu tuas inter tumultus / curiae strepitus / fori clamores / maximas curas turbulentis-
simas tempestates / occupatissimus cecinisti. Illis erant musae ordinariũ negocium &
principale: tibi ludus & a curis quaedã relaxatio. Illis summa defatigatio / tibi defatiga-
to ocium: Deniq; eo animũ remittens pertigisti quo illi omnes animi neruos cõtenden-
tes fortasse non pertigerũt. Sed quid dicã de mea paraphrasi: meã enim cur nõ appel-
lem: vel huius quae mea est appellationis iure. Demũ cur nõ meã: quam & si veneror
ut tuã amo tamẽ ut meã. Admiror pfecto illam & te in illa ex qua cõijcio quãtum ego
aberam a vera laude tuorũ versuum in quibus quae erant maxima quaeq; maxime illu-
stria quibus sum noctuinis oculis nõ introspexeram. vide deinde per te reuelata quid
solus & poteras & debebas: debebas tibi & nobis / ne multa & te gloria / & nos volu-
ptate fraudares. Lego (deum testor) maxime laurenti eam / nõ tam ad delectationem /
Aristoteles q̃ ad doctrinam. Quot enim ibi ex Aristotele / auditu. s. physico: ex libris de anima / de
moribus / de caelo ex pblematis quot ex Platonis pthagora ex rep. ex legibus / ex sym
Plato positio quae oĩa q̃q; alias apud illos legi: lego tamẽ apud te ut noua: ut meliora & in
nescio quã a te faciem transformata ut tua videãtur esse & nõ illorum & legens discere
mihi aliquid videar. Quod maximo est indicio haec te sapere nõ tam ex cõmentario q̃
ex teipo. Solent enĩ plurimi maiore in litteris σοφιστεια q̃ opera cũ quid scripturi sunt
philosophos habere velut pragmaticos eis dogmata quaedã suggerentes quae ingerant
Nota suis libellis ut videant̃ philosophi. Sed facile hos deprehẽdas. Nã videas illa / nec recte
disposita / nec cohaerẽtia & ab ipis nõ explicata: sed implicata. Atq; hoĩes alioquin elo-
quentes in illis dicẽdis apparent infantissimi. At te quis nõ videat ea nõ tenere precario
sed ut in quae ius habeas & potestatẽ pro arbitrio versare: agere & tractare: haec tu (proh
foelix ingeniũ) in aestu reipu. in actuosa vita es assequutus quae nõ philosophorũ nõ di-
scipuli / sed inquilini in vmbratili vita & sellularia sequimur potius q̃ cõsequamur. Sed
Cesar quid dicã de paraphraseos tuae suauissimo stilo is mihi videtur penitus qui Caesaris in
Romana lingua: est enĩ oratio nõ manufacta / nõ bracteata / non tota / sed suo ingenio
erecta candida & quadrata nec temere excurrẽs / sed pedẽ seruans: nec luxuriãs / nec ie-
iuna / nec lasciuiens / nec ingrata: dulciter grauis / grauiter amabilis: verba electa & non
captata illustria nõ fucata necessaria / nõ quaesita / nõ explicantia rẽ / sed ipsis oculis sub-
ijciẽtia. praetereo q̃ tuae psonae semp memineris q̃ sint vbiq; tuae illius prudẽtiae insper-
sa passim semina / atq; vestigia haec ego & cũ multis & alius quisq; longe ponora. Sed
duo praecipua praeter haec vidi quae videãt forte nõ multi q̃q; ocelatiores. primũ est il-
lud ut illa suas diuitias dissimulet: ut inuidiã fugiat / flores in sinu habeat nõ ostentet nõ
exurgat in plantas; sed subsidat ingenua ut minor appareat alterum quid sit nõ video
neq; enim tam solers / sed video esse nescio quid ut dicam signatissime laurentianum.
Quod si quis videat Laurentij dotes ingenium: praestantiam Laurentium totũ videat

graphice effigiatū. Sed hæc nimis fortasse multa quæ dixi etiā inuitus ipsa me transuersum ut dicunt trahente in verba animi sententia. Illud nō præteribo inhortari te quanto possum opere maximo ut aliquod quādoq; a moderāda repu. ocioli͂ suffuratus absoluēdæ paraphrasi impartiaris tibi quidem & linguæ patriæ ad honorem ciuibus tuis & nobis oīnibus futuræ ad vsum & voluptatem. ❡ Florētiæ idibus Iulijs. M. quadringētesimo octuagesimo quarto.

❡ Ioannes Picus Mirandulanus Hermolao barbaro suo. S.

Excusat rudē phorū nosirorū stilum

EGo quidē mi Hermolae nec possum aut tacere quæ de te sentio aut non sentire ea quæ de illo debeat: in quo oīa veluti singula summa reperiant. Sed utinam essetis meæ mentis captus ut pro meritis tuis de te sentirem utinam ea dicēdi vis: ut exprimere aliquādo possem quod semp sentio. Scio quæ de te concipi infinitum subsidere infra fastigia doctrinæ tuæ. Scias & tu quæcunq; loquimur longe esse minora ijs quæ cōcipimus. tam deesse scias animo verba: q̃ rebus animus deest. & tamē ita me audere credis ut sperem posse imitari tua quorū nec magnitudinē estimare possum. Admirari te possunt oēs imitari tam pauci possunt q̃ nemo reprehendere. Et utinā ea mihi fœlicitas ut quæ scribā Hermolaū meum aliqua ex parte imaginent. Ipse enī ut taceā cætera stilus tuus cui tu adeo parū faues mirum quantū me afficit quātū me delectat. Ita est doctus: grauis: cōpositus: eruditus: excussus: ingeniosus. In quo nihil expositū: nihil sit triuiale seu verba seu sententias species. legimus sæpe ego & noster Politianus quascūq; habemus tuas aut ad alios: aut ad nos epistolas. Ita semper prioribus certant sequentia: & nouæ fertiliter inter legendum efflorescunt gratiæ: ut perpetua quadam acclamatione interspirandi locum non habeamus. Sed mirum dictū q̃ persuadeas: & legentis animū quocunq; velis impellas. Expertus sum ego cū semper alias tum hac pxima tua ad me epistola. In qua dum barbaros hos philosophos insectaris: quos dicis haberi vulgo sordidos: rudes: incultos: quos nec vixisse viuentes nedum extincti viuant. Et si nūc viuant viuere in pœnam & contumeliam. Ita porro sum cōmonis ita me puduit piguitq; studiorum meorum. Iam enim sexennium apud illos versor. ut non minus me fecisse velim q̃ in tam nihil faciendare tam laboriose contendisse. perdiderim ego inquā apud Thomam: Ioannem scotum: apud Albertum: apud Auerroem meliores annos: tantas vigilas: quibus potuerim in bonis litteris fortasse non nihil esse. Cogitabam mecum ut me consolarer si qui ex illis nunc reuiuiscant: habiturine quicquam sint: quo suam causam argumentosi alioquin homines: ratione aliqua tueantur. demū succurrit ex ipsis quempiam paulo facundiorem suam barbariā q̃ poterit minime barbare: hunc in modū fortasse defensurū. Viximus celebres o Hermolae & post hac viuemus nō in scolis grāmaticorum & pædagogijs. Sed in philosophorum coronis: in cōuentibus sapientū: vbi nō de matre andromaches nō de niobes filijs: atq; id genus leuibus nugis. Sed de humanarū diuinarum rerum rationibus agitur & disputatur. In quibus meditandis inquirēdis & enodandis ita subtiles: acuti: acresq; fuimus: ut anxij quandoq; nimiū & morosi fuisse fortasse videamur: si modo esse morosus quisq; aut curiosus nimio plus in indaganda veritate potest: atq; in his quidem si quis nos arguat hebetudinis & tarditatis: age amabo quicunq; is est pedem cōferat: experietur habuisse barbaros nō in lingua: sed in pectore Mercurium / nō defuisse illis sapiētiam: si defuit eloquētia: quam cū sapientia nō coniunxisse / tātum fortasse abest a culpa ut cōiunxisse sit nephas. Quis enim cincinnos. Quis fucum in pba virgine nō damnet: & detestet. Tanta est inter oratoris munus & philosophi pugnāria ut pugnare magis inuicē nō possint. Nam quod aliud rhetoris officiū q̃ mētiri decipere: circūuenire: præstigiari: Est enim vestrum / ut dicitis / posse pro arbitrio in candida nigrum vertere: in nigra candidum. posse quæcūq; vultis tollere: abijcere: amplificare: extenuare dicendo demū res ipsas magicis quasi quod vos iactatis / viribus eloquentiæ in quā libuerit faciē habitumq; trāsformare / ut nō qualia sunt suopte

Thomas
Io. scotu
Albertus
Auerrois

Oratoris & phi diuersitas

ingenio / sed qualia volueritis nõ fiant quidē / sed cum nõ sint esse: tamen audientibus appareāt hoc totū: estne quicquā aliud ꝙ̄ merꝫ mēdaciū: mera impostura merum præstigiū: Cum a natura rei semper vel augēdo excedat / vel minuēdo deficiat: & fallacem verborum cōcentum: veluti laruas & simulachra prætēdens auditorꝫ mentes blandiendo ludificet. Erit ne huic cū philosopho affinitas: cuius studiū oē in cognoscenda & demōstrāda cæteris veritate versat̄. Addeq̄ nobis nulla erit fides / lauticias vocū & veneres affectantibus quasi rebus parū fidētes / nec vero nixi / trahere in sentētiā his lenocinijs hoīes quærimus. Est ob hāc causam legere res sacras rustice potius ꝙ̄ eleganter scriptas: ꝙ nihil sit magis dedecēs & noxiū in omni materia in qua de vero cognoscendo agitur ꝙ̄ vniuersum istud dicendi genus elaboratū. Hoc forensium est quæstionū / nō naturalium atq̄ cælestiū. Non est eorum qui in academia: sed qui in repub. illa versantur: in qua quæ fiunt / quæq̄ dicunt̄ populari trutina examinant̄: apud quam flores fructibus longe præponderant. Nonne scis illud nō omnia omnibus pari filo cōueniunt: Est elegans res (fatemur hoc) facūdia / plena illecebræ & voluptatis. Sed in philosopho nec decora nec grata. Quis mollem incessum / argutas manus: ludibundos oculos in histrione & saltatore non ꝓbet: in ciue in philosopho quis nō improbet arguat abominet̄: Si puellam viderimus moribus lepidam atq̄ dicaculam laudabimus exosculabimur. hæc in matrona dānabimus & ꝑsequemur: nō ergo nos / sed illi ineptiq ad pedes vestæ agāt bacchanalia. Qui grauitatē philosophicarꝫ rerꝫ & castitatē iudicis

Sinesius veluti & calamistris dehonestēt, ꝑfecto quod Sinesius de adolescēte: de orone dici cōmode potest / comatā orone semꝑ cinedā. Quare nos nostrā malumus capillis hirtā globosam: inexpeditā ꝙ̄ cū impuritatis vel nota / vel suspitione belle comatā. Et ut nihil sint reliqua: hoc est verissimū nihil esse diuersum magis ab instituto philosophi quacunq̄ in re / ꝙ̄ ꝙ luxū aut fastum aliqua ex parte sapit. Sicionios calceos habiles aptosq̄

Socrates ad pedē dicebat Socrates. Sed Socrati nō cōuenire omnino non eadē rō ciuilis habitus

Phi & ciuis & philosophici sic uti neq̄ mensæ neq̄ sermonis. Vtit̄ his philosophus dūtaxat ad ne

discrepantia cessitatē utitur ciuilis homo etiā ad grām. Quā & hic si neglexerit non ciuilis: & ille si

Pythagoras affectauerit / nō erit philosophus. Si posset Pythagoras viuere sine cibo holeribus etiam parceret. Si sua sensa aspectu: aut demū minore ꝙ̄ sermonis opa explicare: oīno nō loqueret̄. tm̄ abest: ut linguam poliat & exornet: quod vel ob id cauendum nobis ne illectus cute medicata lector demoret̄ ad eā: ad medullam & sanguinē non ꝑuadat: quem subesse sæpe cerussato oti infectū vidimus. Vidimus inquā in hisce oībus / qbus ꝓpterea in usu venit: cum nihil sit intus nō inane & vanum: detinere lectorem in prima fa

Musonius cie modulatu vario / atq̄ cōcētu. Quod si fecerit philosophus: clamabit Musonius nō philosophum loqui: sed tibicinē canere. Nō ergo nobis vitio detur id nō fecisse: quod fecisse vitiū erat. Quærimus nos qdnā scribamus: nō quærimus ꝙ̄modo imo ꝙ̄modo q̄ rimus: ut. s. sine pōpa & flore vllo orōnis. Quā nolumus ut delectabilis / venusta & faceta sit. Sed ut utilis: grauis / & reuerenda: ut maiestatē potius ex horrore / ꝙ̄ gratiam ex mollitudine cōsequat̄: nō expectamus theatri plausum / ꝙ aures demulserit æqbilis clausula vel numerosa: ꝙ hoc sit falsum / illud sit lepidū. Sed expectamus paucorꝫ potius præ admiratione silētiū / introspiciētiū penitius aliqd / aut de naturæ adytis erutum aut de cæli aula ad hoīes adductū: tum vel aliquid ita argutum ut defendēdi: ita defensum ut arguēdi nō sit locus. Admirent̄ præterea nos sagaces in inquirēdo. Circunspectos in explorādo: subtiles in cōtēplando: in iudicādo graues: implicitos in vinciendo faciles in enodando. Admirent̄ in nobis breuitatē stili foetam rerū multarum atq̄ magnarū: sub expositis verbis remotissimas sentētias plenas q̄stionū / plenas solutionū. Quam apti sumus ꝙ̄ bene instructi / ambiguitates tollere: scrupos diluere: inuoluta euoluere: flexianimis syllogysmis & infirmare falsa: & vera confirmare. his titulis o Hermolae vindicauimus huc usq̄ & vindicaturos post hac ab obliuione memoriam nostrā nō dubitamus: ꝙ si vulgo ut dicis / habemur sordidi: rudes: inculti: hoc nobis ad

gloriã est nõ ad cõtumeliam/vulgo nõ scripsimus/sed tibi/& tui similibus. Nec aliter
q̃ prisci suis enigmatis & fabularũ inuolucris arcebant idiotas hoies a mysterijs; & nos
cõsueuimus absterrere illos a nostris dapibus quas nõ polluere non possent/amariori
paulũ cortice verborũ. Solẽt & qui thesauros occultare volũt; si nõ dat̃ seponere; quis/
quilijs integere vel ruderibus ut praetereũtes nõ deprehendant nisi quos ipsi dignos eo
munere iudicauerint. Simile philosophor̃ studiũ celare res suas populũ; a q̃ cũ nõ pba
ri modo/sed nec ĩtelligi illos deceat/ nõ põt nõ dedecere h̃re aliqd q̃ ipi scribũt; theatra
le/plausibile/populare. Quod demũ multitudinis iudicio accõmodare se videat̃. Sed
vis effingã ideã sermonis nr̃i. Ea est ipsissima quae silenor̃ nr̃i alcibiadis. Erãt enĩ ho/ Alcibiades
rũ simulachra hispido ore/tetro/& aspnabili. Sed intus plena gẽmarũ; suppellectilis
rarae & praeciosae. Ita extrinsecus si aspexeris/ferã videas; si introspexeris/ numẽ agno/
scas. At inqes nõ ferũt aures; nũc asperã nũc hiulcã; semp incõsonã texturã. Nõ ferunt
barbara noia ipo etiã pene timẽda sono/ o delicate cũ accedis choraulas & citharedos
pone te in auribus. Cũ vero philosophos auoca a sensibus redeas ad teipm in animi pe
netralia mẽtisq̃ secessus. Assume illas thianei aures; qbus cũ oino nõ erat in corpe nõ Thianeus
terrestrẽ Marsiã; sed apollinẽ caelestẽ diuina cithara vniuersi melos ineffabilibus tempe
rantẽ modis exaudiebat. his auribus philosophor̃ verba si delibaueris/ mellea tibi ad
nestoris inuidiã esse videbunt̃. Sed haec sinamus nimio plus assurgẽtia, pfecto fastidi/
re in philosopho subtilissime disputãte minus cõcinnã eloquutionẽ non tã delicati sto
machi est q̃ insolentis. Neq̃ est aliter/ ac si quẽ in Socrate de moribus docẽte offendat
aut laxus calceus/aut toga dissidẽs & sectũ praue stomachet ob vnguẽ. Nõ desiderat Tullius
Tullius eloquẽtiã in philosopho; sed ut rebus & doctrina satisfaciat. Sciebat tã prudẽs
q̃ eruditus homo nr̃m esse cõponere mẽtẽ potius q̃ dictionẽ. Curare ne quid aberret Phĩ officiũ
rõ/nõ orõ. Attinere ad nos ευδιαθεσει λογου nõ attinere πονευ προφορα. laudabile
in nobis habere musas in aĩo & nõ in labris nequid in illo vel pirã sonet asperius: vel p
libidinẽ eneruatius; deniq̃ ne qua sit discors a genuina ipsa; qua temperatus est modu/ Plato
labiter harmonia. Quã Plato cum intelligeret theatrali ista & poetarũ saepe corrumpi
a re pub. sua poetas omnes eliminauit. gubernandã autẽ philosophis reliquit mox cer
te si per lasciuiã differendi poetas fuerint imitati exilio condemnandis. At instabit Lu/ Lucretius
cretius & si nõ egeãt p se philosophiae cõmẽtationes amoenitate dicendi; p eius tamen
adhibitionẽ dissimulandã esse ipsarũ rerũ austeritatẽ. Sicut absynthia per se pellũt mor
bos/melle tñ illiniunt; ut puerorũ aetas improuida ludificet̃. hoc forte tibi faciendũ erat
o Lucreti. Si pueris scribebas tua; si vulgo; faciẽdum utiq̃ tibi; qui non absynthia mo/
do; sed meracissima toxica ppinares. Sed longe alia nobis habenda ratio; qui vulgus;
ut ante diximus nõ allectare quaerimus/sed afterrere. Nec terra absynthia; sed nectar p Lactantius
pinamus. Sed cõtẽdet Lactantius satis cõstare in auditorũ animos vel seniorũ influere Efficacia verborũ sacrae scripturae
potẽtius veritatem & vi sua instructã; & luce orõnis ornatam. Si fuisses o firmiane tam
frequens in sacris litteris q̃ in fictis litibus fuisti; & hoc non dixisses / & nostra non mi/
nus bene fortasse cõfirmasses/q̃ destruxeras aliena; dic quaeso quid mouet fortius & p
suadet q̃ sacrarum lectio literarũ nõ mouent nõ persuadẽt. Sed cogũt agitant / vim in
ferunt. legis rudia verba & agrestia; sed viua/sed animata; flãmea/aculeata/ ad imũ spi
ritum penetrãtia; hominẽ totũ potestate mirabili trãsformãtia. periclis orõnibus elabo Pericles
raris & luculẽtis nihil se cõmoueri inquit Alcibiades; Sed Socratis verbis nudis & sim/ Alcibiades
plicibus. Addit etiã si sint inepta; rapi in furorẽ extra se poni & velit nolit/ faciendum
ei/q̃ ille praeceperat. Sed quid perdo verba in re cõcessa. si non desipit auditor/ a fucato
sermone quid sperat aliud q̃ insidias; tribus maxime psuadet̃; vita dicẽtis; veritate rei; Socrates
sobrietate orõnis; haec sunt lactãti quae philosopho fidẽ cõciliabũt si bonus fuerit si ve Tribus maxie psuaderi
ridicus; si id genus dicẽdi appetẽs; quod nõ ex amoenis musarũ siluis; sed ex horrendo
fluxerit antro; in quo dixit Heraclitus latitare veritatem. At dicet quispiam; Age amice
examinemus haec deposita cõtẽtione. Reuerẽdũ quiddã atq̃ diuinũ p se est sapientia;

Quędā q̄ ornari nolūt nec exotico quoq; eget ornatu. Sed quæ inuidia & huc accedere? Quis negat quæ ꝑ se decēt; si adornēt fieri decēriora: ego amice hoc in plerisq; nego: adeo multa sūt q̄ꝗ splē dorē si quid adiūxeris elimines & nō illustres: ita sunt. s. in sua natura optimo statu: ut demutari ab illo nisi in peius nō possint: Marmorea domus picturā nō recipit. Si opus albariū sup induxeris demas de dignitate de pulchritudine. Non aliter & sapientia / & quæ tractantur a philosophis tectorio nō clarescūt sed offuscant. Quid plura? Nōne vulgatū bonas formas cerussa deuenustari? In vniuersum q̄cq̄d pulchri sup iponas: celat: q̄d inuenit: q̄d affert secū / illud ostētat. Quare si q̄d prius fuerat aduētitio præstat. la cīturā fecerit illud q̄cq̄d est nō lucrū ob eā cām nudā se ꝓbet philosophia: undiq; cōspicuā: tota sub oculos: sub iudiciū venire gestit. Scit se hr̄e unde tota undiq; placeat. Quā tū de ea velles: tm̄ de forma velles tm̄ de laude minuas sincerā & iꝑmixtā se haberi vult. quicq̄d admisceas infeceris: adulteraueris aliā feceris. Stat pūcto in sectili & indiuiduo. Quapropter nec ludēdū tropis / nec verbis: aut nimis luxuriādū aut trāslatis lasciuiendū aut factitijs audēdū in re tā seria; tanti discriminis in qua demere: addere: demutare aliq̄d sit flagitiū. At inquies age damus hoc vobis ut nō sit vestrū ornate loqui. Sed vestrū est certe: quod nec præstatis / ut latine saltē / ut si nō floridis: suis tm̄ verbis res expliceris. Non exigo a vobis orōnē cōptā: sed nolo sordidā nolo vnguentatā / sed nec hircosam. Non sit lecta / sed nec neglecta. Non quærimus ut delectet: sed quærimus ne offendat. Bene habet iam. s. ad nos deficis. Sed amabo incognoscamus quid istæc sit latinitas; quā solā dicitis debere philosophos & nō ꝓsoluere. Si dicendo incurrat exemplicā a sole hoīem ꝓduci: causari hoīem nostrates dicent. Clamabis actutum hoc non est latinum. hucusq; vere. non est Romanæ dictum: hoc vero verius / igitur non recte: peccat argumētū: dicet Arabs eādē rem: dicet Aegyptius / nō dicēt latine: sed tamen recte. Aut enī noīa rerū arbitrio cōstant / aut natura. Si fortuito positu: ut. s. cōmunione hoīm in eandē sententiā cōueniēte: quo sanxerint vnūq̄dq; noīe appellari: ita apud eos recte appellet. Quid ꝓhibet hosce philosophos q̄s nuncupatis barbaros / cōspirasse in vnā dicēdi normā: apud eos non secus sanctam ac habeant apud vos Romana: illam cur rectā nō appelletis: appeletis vestrā: nulla est ratio. Si hæc ipositio nominū tota est arbitraria. Quod si dignari illā Romani noīs appellatione nō vultis: Gallicam vocetis Britannicā Hispanā: vel quod vulgares dicere solent parisiēsem. Cum ad vos loquentur / cōtinget eos pleraq; rideri / pleraq; nō intelligi: idē accidet vobis apud eos loquen-

Barbarism⁹ tibus ἀνάχαρσις παρ᾽ ἀθηναίοις σολοικίζει, ἀθηναῖοι δὲ παρὰ σκύθαις. idest anacharsis apud athenienses solœcismū facit athenienses apud scythas. q̄ si nominum rectitudo pendet ex natura rerum debemus ne rhetores an philosophos qui rerū omniū naturam soli ꝑspectā habēt & explorarā de hac rectitudine cōsulere? forte quæ aures respuūt / utpote asperula: accepta ratio utpote rebus cognatiora. Sed quid oportuit nouare eos linguā & si nati erant inter latinos nō latine loqui. Nō poterant illi o Hermolae dum legebant in cælo fatorū leges & ordinem vniuersi legebāt in elemētis nascendi vices & obcūdi: simpliciū vires / mixtorū tēperaturas? Nō poterant unquā eodē tēpore in Cicerone in Plinio: in Apuleio Romanæ linguæ ꝓprietates leges obseruātias annotare. Quærebant quid abhorrēs: quid receptū in natura: quid a Romanis interea / non curabant. verū enī uero iā te loco meliore statuo: do tibi eloquētiā & sapiētiam mutuo nexu inuicē cōspirasse. Abiūxerūt philosophi sapiētiā ab eloquētia abiūxerūt historici

Philostratus rhetores: poetæ: quod deflet Philostratus eloquētiā a sapiētia. hos tu victuros celebri fa-

Cicero ma minime dubitas: illos nō nisi in pœnā & cōtumeliā vide quid agas. Indisertam mauult Cicero prudētiā q̄ stultā loquacitatē. Nō quærimus in pecunia: q̄ moneta ꝑcussa

Cato sit / sed q̄ materia cōstet. Nec est q purū aurū non malit habere sub nota teutonū: q̄ sub Romano symbolo factitiū. peccāt q dissidiū cordis & linguæ faciunt: sed qui excordes toti sunt lingua: nonne sunt mera / ut Cato ait / mortuaria glosaria? viuere sine lingua possumus / forte nō cōmode: sed sine corde nullo modo possumus. Nō est humanus

q̄ sit insolẽs politioris lr̃aturę. Nõ est homo q̄ sit exps philosophiæ. ꝓdesse põt infantissima sapiẽtia insipiẽs eloquẽtia/ uti gladius in furẽtis manu/ nõ obesse maxime nõ põt. Ergo ingẽs & statuæ nõ a figura/ sed a materia cõmẽdant: & si cherilus eadẽ q̄ Homerus: & de eisdẽ Meuius ac Virgilius cecinissent futurę erat: ut æq̄ illi atq; isti inter poetas reciperent. Nõ ne vides disparilitatẽ similitudinis. Illud & nos asseueramus a specie rẽ estimari nõ ex subiecto. Est enĩ a specie res id q̄d est. Sed alia spẽcie q̄spiã inter philosophos/ alia inter poetas recipiẽdus. Scribat Lucretius de natura/ de deo/ de ꝓuidẽtia/ scribat de eisdẽ ex nr̃is q̄spiã. Scribat Ioãnes scotus & q̄dẽ carmine ut sit ineptior. dicet Lucretius rerũ principia atomos & vacuũ/ deũ corporeũ: rerũ nr̃arũ inscitũ temere omĩa fortuito occursu corpusculorũ ferri. Sed hæc latine dicet & elegãter. Dicet Ioãnes q̄ natura cõstãt sua materia specieq; cõstitui esse deũ separatã mẽtẽ/ cognoscẽtẽ oĩa/ oĩbus cõsulẽtẽ. Nec ꝓpterea q̄ vniuersa etiã infima videat ac moderet e sua pace minimũ dimoueri. Sed quid dici solet κατιον μυκα πενοι. At dicet insulse: ruditer / non latinis verbis. Quæso q̄s in dubiũ reuocet uter poeta melior: uter philosophus. Extra oẽm est cõtrouersiã tã rectius Scotũ philosophari: q̄ ille loquit ornatius. Sed vide q̄d differat: huic os insipidũ/ illi mẽs desipiẽs: hic grãmaticorũ ne poetarũ dicã decreta nescit: ille dei atq̄ naturæ: hic infantissimus dicẽdo/ sentit ea: q̄ laudari dicẽdo satis nõ possunt/ ille fando eloquẽtissimus eloquit nefanda. Hæc illi fortasse afferẽt Hermolae carissime in defensionẽ suæ barbariæ aut q̄ sint subtilitate multo fortasse meliora. Quorũ sentẽtiæ nec ego plane accedo nec ingenuo cuiq; & liberali accedẽdũ puto. Sed exercui me libẽter in hac materia tãq; infami: ut qui q̄rtanã laudãt: cũ ut ingeniũ periclitarer: tũ hoc cõsilio ut velum glauco ille apud Platonẽ iniusticiã laudat nõ ex iudicio: sed ut ad laudes iusticiæ Socratẽ extimulet: ita ego & eloquẽtiæ causam a te agi audiã in eã licẽtius repugnãte paulisper sensu atq; natura inuectus sum: quã si vel negligendã vel posthabẽdã barbaris existimaẽ: nõ ab illis ad eã quod nup feci: ad græcas lr̃as: ad tuũ nunq; satis laudatũ themistiũ pene totus defecissem: cõuis dicã libere q̄d sentio mouent mihi stomachũ grãmatistæ quidã: qui cũ duas tenuerint vocabulorũ origines ita se ostẽtant: ita venditant: ita circũferũt iactabundi/ ut præ seipsis ꝓ nihilo habẽdos philosophos arbitrent. Nolumus inquiũt hasce nostras philosophias. & quid mirũ: nec phalernũ canes. Sed nos hac fini epistolã claudamus. Si decus aliq̄d nomẽq; sibi ꝓmeruerũt barbari illi sola rerũ cognitione nõ esse facile dictu. Quẽ locũ: quid laudũ tu tibi vẽdices qui sis inter philosophos eloquẽtissimus: inter eloquentes/ ut dicam græce φιλοσοφωτατος. Floren. iij. nonas Iunias. Mcccclxxxv.

[Margin: Cherillus / Homerus / Meuius / Virgilius / Lucretius / Scotus]

S alue pater dilectissime: de Appollonio thianeo nihil sentio magis q̄ q̄d tu sentis sup qua re scribã ad te plura/ cũ erit ociũ & quæ tibi erũt fortasse nõ ingrata. de diuersitate translationis nr̃æ a littera hebraica in. iij. capite libri Geneseos vbi de Eua agit & serpẽte/ sic eq̄dẽ cẽseo/ est in hebreo. Queadmodum scribis ipsum cõteret caput tuũ: referturq; ad semẽ Euæ de quo dixerat inimicicias ponam inter semen tuũ & semẽ illius. lxx. vero & Hierony. transtulerũt ipsa cõteret. Caput tuũ utrobiq; aũt idẽ sensus. Nã quod dicit ipse cõteret nõ tã ipsam Euæ psonã q̄ Euæ posteritatẽ respicit. Cũ id dicat factura: quod in semine sua factura est: sed cur maluerint ipa vertere q̄ ipm. hoc fuisse arbitror in causa ut significarẽt cũ ex Eua nõ fœmine solũ sed mares essent ꝓpagãdi: quod de semĩe dicebat ad fœmineũ solũ semẽ referẽdũ. hæc sunt quæ sup hac re in præsentia in mẽtẽ veniũt. Cõcordiã Platonis & Aristo. assidue molior. do illi quotidie iustũ matutinũ post meridianas horas/ amicis valitudini/ interdũ poetis & oratoribus: & si qua sunt studia ope leuioris: noctẽ sibi cũ somno sacræ litteræ partiunt. tu fac quæso ne tua diutius desiderẽ. Saluta Beroaldum. Politianus tuus est totus. Vale: & deũ ora ꝓ me. Flo. die. xx. Marcij. Mcccclxxxx

[Margin: De hoc q̄ scriptũ est ipsa conteret caput tuum]

[Margin: Studiorum partitio]

¶Reuerẽdo in christo patri fratri baptistæ Mãtuano ordinis Carmelitarũ poetæ philosopho & theologo insigni &c. Filius Ioannes Miran.

Ioannes Picus Miran. Altomanutio. S.

Itto homerū/ quē desiderabas: serius tñ q̄ & tu voluisti & ego debebam. Ita mi alte distringor occupatione ut neq̄ interspirādi sit locus. Addixi me (q̄d & tu nosti) iam dudū litteris in famulatū. Ille pro suo imperio: ita seuere legēdi/ dictandi exigunt pensum ut vix valitudinē redimā. Tu quod te scribis facturum: accinge ad philosophiam: sed hac lege ut memineris nullā esse philosophiā: quæ a mysterioꝝ veritate nos auocet: philosophia veritatē quærit. Theologia īuenit. religio possidet. Vale Floren. die vndecimo Februa. Mcccc. nonogesimo anno grāe.

Ioānes Picus Miran. Hermolao barbaro patrarchæ Aquil. S.

Vdio te patriarchā Aquiliensem electū. Gratulor illis hoībus pastorē optimū: toti ecclesiæ militē strenuissimū: tibi tuæ virtutis illustrandæ amplificādæq̄ occasionē datā. Tria fere viuendi genera: Ciuile cōtemplatiuū: religiosum: in illo prudentiā/ in secundo doctrinam/ in tertio quasi fastigio totius vitæ præter duo illa etiā sanctitatē exigimus. Te ante hac & tua ciuitas in repub. gerenda: magnisq̄ eoꝝ tractandis rebus diligētissimū prudētissimūq̄ sunt experti: & studiosi oēs quasi patronū ac vindicē bonarū artiū amant & admirant. quod erat reliquū hoc te facturum & ꝓculdubio scimus ita serio gaudemus: ut. s. non minus tibi imposterū ecclesia debeat q̄ & tua ciuitas & litteræ hactenus debuerūt.

Viuēdi tria genera

Ioannes Picus Mirandu. Hermolao suo. S.

Vid esse hoc dicā mi Hermolae/ q̄ me quotidie nouis oneras officijs: quasi tu mihi aliquid debeas: cui ego iāpridē oīa debeo: Venit superiobus diebus huc Antonius frater in patriā se recipiens. Rogo quid Hermolaus agit: hoc inquit ille agit. Te amat/ laudat/ in cælū fert/ apud me/ apud alios/ apud ipsum pontificē/ atq̄ hoc ita assidue/ ita valide agit/ quasi nihil habeat præterea quod agat. Scribunt itē ad me aliq̄ndo quos istic habeo amici: vnus præcipue Cosmus pactius vir (ut semel laudes eius cōplectar) dignus: quem tu vnice ames. Is vero quotiens scribit/ totiens de tuis in me officijs scribit/ de amore/ de mira quadā animi ꝓpensione/ ut sentias/ ut loq̄ris de me semp honorificētissime/ o inauditā hāc tuam humanitatē/ qui nūq̄ satis tibi esse in hoīes dictionis putas/ & si talis erga me es quo me facias magis tuū magisq̄ obliges. a ctū ut dicūt/ agis. Aut plus debere/ aut amare magis nō possum. Sed ita homines/ alios oēs prudētia/ moribus/ doctrina/ humanitate etiā teipm vincis. Vale: & meiā quæso lauda modice: dū tñ ames īmodice. Salutat te Politianus in te amādo & laudando semper verus/ semp immodicus. Floren. die vlti. Iulij. Mcccclxxxx.

Ioannes Picus Miran. Hieronymo. S.

Isi angelus noster ad te scriberet/ ego plura ad te scripsissem: sed nolo picas meas illius musis obstrepere/ & voluptatem tuam importunus ego interturbare. Quod si beneficiū intulit/ qui abstinuit iniuria quā inferre potuit: hāc litterarū breuitatem nō potes mihi pro beneficio nō imputare/ quod eris pulcherrime remuneratus si pro breuissimis longissimas mihi ipse reddideris. Nihil enim nobis tuis litteris gratius/ quibus quæso ne me defraudes/ alioquin si silueris/ par pari reponam. Namq̄ ego tūc maxime nō silebo: sic enim te perbelle retaliauerim. Vale: & Hermolaum nostrū delitias Romanæ linguæ meo nomine plurimū salutato.

Beneficiū p̄stat q absti- net iniuria

Ioannes Picus Mirandu. Ioan. Francisco Pico nepoti. S.

Vod hactenus tuis litteris nō respōderim hoc fuit in causa. inciderunt in manus meas libri quidā hebraici in quibus iā ꝑpetuā hebdomadā assiduus fui dies & noctes: ita ut pene me exoculauerint. Est enim hinc ad. xx. dies discessurus: qui huc libros attulit siculus quidam hebræus: quare dum me ab illis extricauerim ne litteram quidē a me expectes: neq̄ enim possum momentū ab illis discedere ne forte illi discedant prius q̄ ego eos omnes excusserim. Cum ab hac cura liber fuero obruam te litteris: q̄q̄ scis animū me habere occupatissimū. Si quid autem tu unquā

mea causa es facturus: da operã qua ratione potes ne meũ istuc aduentum Barri prin⸗
ceps desideret: studia enim omnia interturbarẽ mea quibus nos situ q̃ sim deditus: q̃q̃
nihil praeter ea curem: haud satis autem mihi constat utrum mihi molestius illi an mihi
displicere. Vale & deum time: & te quotidie cogita esse moriturũ Ferrariae. xxx. Maij
Mcccc. nonagesimosecundo.

Ioannes Picus Miran. Marsilio Ficino. S.

q Vi ab amicis q̃d cupiũt pluribus cõtendũt in iunã faciũt amicitiae quasi ipa
nõ possit q̃d potest illecebra orõnis. Quare agã tecũ simpliciter ut ea exigit
quae mihi tecũ iã pridẽ intercedit beniuolentia: est hoc tẽpore ad mea studia
plurimũ necessarius Iamblicus Platonicus / huc si ad me miseris / ppetuo me tibi officio
deuinxeris: erit hic ad dies viginti aut summũ ad mẽsem / post illico p tabellariũ remit⸗
teĩ. Tu interim & bibliotheca mea & rebus oĩbus utere atq̃ tuis. Vale.

Ab amicis paucis verbis aliquid ponendũ

Ioannes Picus Miran. angelo Politiano. S.

n Ec vrbanius unq̃ nec hilarius acceptos se amores mei praedicant q̃ his pxi
mis diebus apud te / & q amice quidem confossi sunt cum sibi gratulantur
maxime: tum tibi plurimũ debent. Quis enĩ nolit ab isto ense mori dolent
tamẽ indulgentius id factũ esse q̃ oportebat / atq̃ in eo sunt: ut dubitent amore ipso in
amores te cecutientẽ factum meos. Ac ita demũ dubitant / ut iudicio tuo alioquin gra
uissimo / in sua causa haud satis confidant. Confidunt tamen & iam sese vinculis asse⸗
runt: domi esse nesciunt / libertatẽ & publicum secure postulant. Sed quid de Epicteti
tui festiuitate dicam. o rem iocosam & risu dignã catoniano: vix erat in limine cum pã⸗
dens sinus en inquit obelos / en sagittas / si nescis graece. En me si ex vestris quisq̃ au⸗
dax fuerit paratũ referire. Quis cachinis tẽperasset eũ stoicus homo tam lepide iocaretũ
abstinuimus pfecto telis / & q interminatus erat repositurũ sese iniuriã / & q ita cutis
occaluerat ut tam leues ictus nõ admitteret. Qua igitur veneratione debuimus / senẽ
excedimus. Qui ut demũ apud nos cõsedit philosophari coepit de moribus. Et id qui
dem latine nõ tam ob id q apud latinos erat. (Nã & erant in eo cõsessu / qui graeca no⸗
uerant) q̃ q latine ipe beneficio nro luculentius saperet. Sed nec operã perdidit / quãdo
quidẽ nõ prius loqui desijt q̃ nos ex peripatheticis stoicos fecerit. Et apathian illã om⸗
nes approbauerimus / iam videre sit paulo ante delicatos homines iam factos omnium
tollerantissimos qui lacessiri quidem possumus ab alijs. Laedi a nobis tãtum / qui fato
reluctemur nunq̃ / & quae nostra non sunt sic fieri demũ velimus / ut deus vult: & eos
nec culpemus unq̃ nec accusemus / nihil doleamus / nihil expostulemus / seruire / vin⸗
ci / nesciamus. Re nõ oratione philosophemur: & qui nouitij sumus nos ipos ut aduer
sarios obseruemus. Alior̃ de nobis opinionẽ atq̃ id generis alia quae externa sunt ne⸗
gligamus potius q̃ reijciamus. Ad diẽ curemus ut hospitiũ viatores: habeamus ea de⸗
niq̃ nõ habeamur. Silentiũ amemus / ne quicq̃ euomat nõ cõcoctũ. Et nobis alij raro
& nos alijs nunq̃ risum pariamus. Et ut vno cõplectar verbo. Epictetũ totũ / & susti⸗
nere aduersa & abstinere volptatibus abũde didicerimus. vide q̃ singulatim ad epicte
tum tuũ effinxerimus vitã nostrã. vide q̃ & cito ne hac quoq̃ parte stoici nõ essemus:
qui nos admonitos volunt tã diu deficere hominẽ / q̃ diu nõ pficit. Id quod q̃q̃ in cae⸗
teris admiratus sum in me tamẽ vno vel maxime. Qui cũ semp in lyceo vel academia
nũquã in porticu sim versatus: ita victus sum oratione senis / ut in eius sententiã nõ pe⸗
dibus modo / sed manibus quoq̃ & toto corpore discesserim. Indicem graecorũ libro⸗
rum: qui mecum hic diuersanĩ cũ manuelis epistola / quod tuae litterae postulant ad te
mitto. Indicẽ tuor̃ itidẽ desidero. Laurẽtio iuniori meo noĩe salutẽ dicito: ad quẽ scri⸗
pturus erã: sed pudor deterruit ne videar hoĩem lr̃is cõpellare. Vale.

Stoice vitę descriptio

Hõ tã diu deficit q̃ diu nõ pficit

Ioannes Picus Miran. Thomae medio. S.

q Vod fabellam tuam & eam festiuam quidem atq̃ concinnam meo nomini
nuncupaueris indicio mihi fuit: & doctrinae tuae & singularis in me beni⸗

uolentiæ: grauis utraq; causa quæ me ad te amãdum vrgeat & impellat utra nescio magis; ut enim in amore (quod in ꝓuerbio est) mutuũ nõ reddidisse flagitiũ est: ita laudatissimũ hominẽ & si non ꝓuoceris nõ amasse: aut rustici est ingenij: aut sane improbi. Vide igitur q; me geminis (ut aiũt) funibus amiciciã nõ vocas modo: sed trahis quãdo nec in ea est fabella quicq;: quod doctrinã: quod ingeniũ nõ oleat. Nec de me bene mereri magis præclare poteras: q; egregiæ fabellæ dicatur a meo nomini tã amice tã liberaliter cõsulere. cuius argumẽtũ tm̃ abest: ut vel negligã: vel accusem: ut etiã summopere ꝓbem. Mea enĩ semper fuit sentẽtia: cui neq; ex doctis quenq; reclamaturum puto: Acrioris esse ingenij iocularia hæc & fabellas scribere: modo id (quod præstitisti ipe q; cumulatissime) erudite & eleganter fiat q; de grauissimis rebus vel ornate disseruisse.

Fabulas scire scribere sũmũ artificiũ est

Quippe cũ operosius longe ex limo q; ex ære auro ve decorã effinxisse statuã arbitremur: cur nõ itidẽ erit de humili q; de sulimi materia insigne aliquid dictitasse: & pluris certe negocij: & iccirco etiã laudabilius: illoꝝ operi argumenti dignitas lenocinat̃. Hi quicquid dignũ afferũt: id totũ de scriptoris pænu depromit̃. Nihil ipa materia / velut asymbola cõferẽte. Illis natura sedulo opitulatur. Hi aduersus naturam certe cõtẽdũt. Quod & si ita sit nõ ibo tamẽ inficias inter has quas dixi humiliores materias: alijs alias mi ꝗꝗin modũ ꝓstare & esse etiã id generis nõnullas ita iacẽtes ita insipidas ut nulla vi aut maiestate verborũ attoli satis & scite cõdiri possint. Quod vitij his nunq; inesse potest; quæ venusta iocoꝝ vrbanitate resarciũtur. At vero summis subsellis constituẽdas eas duco: quæ cũ saliũ lepore admixtũ habent ætatũ ꝑsonarũq; graphicã exscriptionẽ; q; & habẽt ea oĩa: quæ comicorũ sunt: & tu in ea quã ad me dedisti fabella pulcherrime imitatus es: quãtũ ibi argutiarũ: quæ saliũ oportuna / & ingeniosa ꝑmixtio. Vt delectat; ut lepida; ut absoluta est undiq;. & si qua materiæ humilitate sordidiuscula & debilior apparuerit orõnis luce & dignitate seipsam erigẽs & nitorẽ ac neruos assumẽs; ea est ꝑfecto (ut paucis dicã) quæ se a litteratissimo hoie ꝑfectã liquido demonstret: verum inter cætera omnia illa mihi præcipue cordi est moꝝ ætatũ ꝑsonarũq; exquisita & cõmoda notatio; in qua vnã prudẽtiã tuã: eamq; nõ mediocrẽ; velut e specula longe ꝑspicio. Videres vellẽ quẽ mihi cachinũ moueat octogenarius antistes; qui ut cũq; cætera succedãt; hoc tñ cõtinue saxũ voluit: ut alicũde pecuniã corrodat; quod vitiũ senibus cognatũ & familiare semꝑ fuit. Quid dicam de parasito nr̃o qui a parcissimo sene coenã salia rẽ dissimulãs extorquet. Qui ipm̃ ut ita dicã singularissime pumicẽ emungit. Nullũ est mi Thoma in ea fabella verbũ; quod nõ sibi quoddã peculiare palmam vẽdicet. sed neq; meũ est / referre quæcũq; olfeci: neq; bis sum naribus quæ olfecerint oĩa hoc tibi cõstet; rem aut gratã magis; aut iucũdã mihi contigisse nunq;: & ipsam igitur intra hos lares / & teipsum intra animũ recipi: habes mi Thoma quod (& si tu petis) petendum erat a me: mutua est inter nos amicicia: quam ipse (ut te virum decebat præstantissimũ) a musis auspicatus es. Reliquũ est. ut quotiẽs vel re mea quãtulacũq; est: vel opera indigneris: de mea in te voluntate periculũ facias. Neq; enim (si qua dabit occasio) illum erga te officij genus prætermittã; quod ipe aduersum me in amicíciæ vestibulo fecisti prior. Vale.

Io. Picus Miran. Concordiæ comes suo Nicolao leoniceno. S.

Am sæpius & pluribus tecum per litteras collocutus fuissem Nicolae suauissime si vbi nã esses. mihi aut nuncio aut litteris aut rumore notum fuisset.

Ego vero id anxie a multis percũtatus fui dubiũ ab omnibus respõsum accepi. Tandẽ superioribus diebus in manus meas inciderũt Antonij fauentini grauissimi philosophi ad Thomã frignanũ litteræ ex illis te esse Florentiæ: q̃d mihi tũc gratissimũ fuit accepi. hoc simul ac intellexi litteras per tabellariũ ad te Florentiã dedi. Vanũ fuit iter neq; enĩ illic te repperit. Dolui summopere: hodie Thomas significauit te Florẽtia discessisse / & Bononiæ esse: illico has ad te deferri iussi. In quibus quidẽ neq; meã in te beniuolentiã neq; singularẽ amorẽ pluribus aperire nitar: neq; enĩ de nostra in te

volũtate tibi vel pauxilulũ quidẽ subdubitandũ nisi me & egregiae virtutis tuae & tuorũ in me officiorꝝ (quod meũ nõ est) oblitũ existimares. Nõ potui autẽ nõ mirari summopere/ ꝙ tũ ex verbis tumultibus te eripuisti quaesiturus sedẽ / in qua viuere & tranquille posses & iocũde hoc oppidulũ nostrũ aut certe oblitus sis / aut certe contẽpseris / visus es Nicolae diffidere aut voluntati meae aut facultati / ut vero haec tuis meritis minor. Ita illa tua maior opinione: gratũ mihi erit si me tui cõsilij admon ueris: gratissimũ omniũ si meos lares tibi cõmunes nõ dedignaberis mecũ ociaturus: dũ caeteri cũ ma i te negociabunt: Reliquũ Io. grãmatici ad te mitto quod ꝑ multos dies nõ inuentũ nunc repertũ est. Tuus sum & te expecto. Vale Mirãdulae die. xx. Iulij. Mcccclxxxij. Cura omni diligentia si me amas habere indicẽ omniũ librorũ qui in bibliotheca sancti Dominici reperiunt Mitte vel tecũ affer. Vale iterum.

¶ Villã exedificaui suburbanã amoenã satis ꝓ loci & regionis cõditione. Carmẽ lõgũ de ipa cõposui & tibi domus futuris & carmẽ erit nõ iocũdũ iterꝝ. Vale.

Ioannes Picus Miran. Angelo Politiano suo. S.

q Vod ꝓximis litteris tuis me tantopere laudaris debeo tibi tãtum quantum ab eo absum ut merito laudet. Id enim debetur cuiqꝫ quod gratis dat / non quod persoluit. Quare & ipse id totum tibi debeo quod de me scribis cum in me tale sit nihil. Cum id mihi ipse nullo pacto deberes: id totum tuae fuit humanitatis / & singularis in me beniuolentiae. De caetero si me examinaris nihil inuenies / nisi tenue humile & angustum. Nouicij sumus atqꝫ tirunculi qui ex inscitiae tenebris pedem modo mouimus promouimus fere nihil. Benigne nobiscum agitur si inter studiosorum ordines referamur. habet docti nomen quiddam aliud quod sit tibi & tui similibus peculiare mihi tam grandia nõ conueniunt. Cum eorum quae in litterarum studiis sint praecipua nihil nõ solum exploratum habeam / sed nec adhuc etiam nisi per transennam viderim. Conabor quidem (id quod nunc ago) talis esse aliquãdo qualem nũc me praedicas & esse aut iudicas; aut certe velles. Interea imitabor te Angele qui te graecis excusas ꝙ sis latinus latinis ꝙ graecisses. Simili & ego utar perfugio ut poetis rethoribusqꝫ me approbẽ propterea ꝙ philosophari dicar: philosophis ꝙ rethorissem & musas colam cꝫ qꝫ mihi longe aliter accidit atqꝫ tibi. Quippe ego dũ geminis (ut aiunt) sellis sedere volo utraqꝫ excludor: fitqꝫ demum (ut dicam paucis) ut nec poeta nec rhetor sim neqꝫ philosophus. Tu ita utrunqꝫ imples ut utrum magis haud satis constet qui & graecam & nostrã mineruã ita pulchre amplectaris quasi cygnus utriusqꝫ linguae quae inscitia sit quae genuina nõ facile discerni possit. Nam ut de latinis taceam (de his enim cui e primo loco cesseris) quis credat (ut de Adriano ille) romanum hominẽ tam graece loqui. Iurabat Emanuel noster dum tuas legeret nõ esse tam atticas athenas ipsas. Is es mi Angele (facessat adulatio) cui ex nostris vnus aut alter ne dicam nemo conferendus sit. Quod si plures essent tales nõ haberent haec saecula cur inuiderent antiquitati. Incumbe quaeso & litteras quãnum potes a situ recipe; ne niror ille Romanae linguae iniuria temporum penitus obsolescat; excude semper aliquid nouũ quod rem latinam adiuuet & illustret. Et quae domi habes fac tandem exeant in communem studiosorum vtilitatem. Ego quidem ut teipsum ita tua omnia amo atqꝫ desidero; tum eo magis ꝙ te mihi exemplar proposui ad quod effingar & si is es; quem ut sequi omnes debent ita consequi pauci possunt. Vale. Prouerbiũ

Ioannes Picus Miran. Paulo cortesio suo. S.

b Ene cogitas Paule. Mittamus crebro epistolas ut qui locorum interuallis diuidimur epistolarũ certe vicissitudine coniungamur; leuare solet absentum desideriũ. Si qꝫ domi illius aut statuam fortasse habeas aut imaginem. Mihi vero inter imaginem & epistolam hoc interesse videt / haec mẽtẽ / corpus illa effigiat / illa extrema tãtum deliniat; haec intima etiã plane exprimit & effingit. illa amici quasi tunicam & amictũ; haec verũ nobis amicũ repraesentat. illa carnis colores figurãqꝫ quod Epistolae virtus Epistolam imagini cõparat

potest æmulari/hæc cogitationes/consilia/dolores/gaudia/curas/oẽs denic affectus. Et quæ ipse sibi vix quisq praesens loquit̃ secreta animi ad amicũ absentem fidelissime transmittit. hæc deniq viuũ & efficax illa emortuũ & mutum simulachrum est. Mittemus has igit̃ inuicẽ aĩoꝝ imagines tu quidẽ quas potes aureas & argenteas ego vel æreas vel testaceas. Sic enim extra omnẽ erimus iniuriam locoꝝ & temporꝝ. Sicut nec ipsa animi vis aut loci intercapedines aut tẽporꝝ moras nouit. At vero illud quãtum est quod ego tibi debeo Paule officiosissime qui me ad hoc officium prior vocasti tali praesertim epistola quæ me adeo tenuit & oblectauit/ut multos iam dies nulla me magis lectione meminerim oblectari. Est enim plena facundiæ/plena gratiarum/plena amoris & beniuolentiæ expectabas fortasse ut dicerem plena mearum laudũ. Equidẽ erã & hoc dicturus. Nõ enĩ adeo ferreus aut si hoc mauis dici adeo sum philosophus ut amicoꝝ laudationibus nõ oblecter. Quæ si sunt veræ meipsum mihi si falsæ illoꝝ mihi amorem voluntatẽq cõmendant: facile igit̃ impetrabo a mea philosophia ut tuas epistolas & crebro legã & cũ voluptate etiã q̃ pte me laudãt. Sed nõ illud tã facile ut in rependendo officio hoc lr̃aꝝ satis ciuilis apparẽa aut nõ ingratus. Ita enĩ ĩperiosa dñ̃a me distringit: ita pensum exigit quotidie: ita deniq totũ me occupat: ut vix qcq̃ de me mihi etiã ipsi reliquũ sit. Sed q̃ tu es humanitate & epistolas etiã malis cũ scribemus & silentiũ equi boni consules cum tacebimus. Politianus cõmunes delitiæ te salutat. Vale.

Laudẽ amicoꝝ a philosopho nõ detrectandum

Ioannes Picus Miran. Troilo Maluetio. S.

l Ibellus tuus de sortibus tãta me affecit voluptate q̃ta soletis affici cui optima sors cõtigerit. Ago tibi ingẽtes gr̃as q me tuaꝝ lucubrationũ feceris participẽ/taliũ praesertim. In q̃bus & disputãdi subtilitas/& multiplex variaꝝ reꝝ cognitio facile apparet. Quoꝝ alteꝝ ingenij: alteꝝ diligentiæ laudẽ habet. Nugas nostras q̃s desideras ꝓpediẽ ad te dabo. Incertũ enĩ utrũ indignius illarũ te lectione occupatissimũ iurisconsultũ detineri: an desiderio amicissimũ hoĩem diu suspendi. Vale & me ama. Fer. xxix. Maij. Mcccclxxxxij.

Ioannes Picus Miran. Thadeo Vgolino. S.

g Ratissimas habui lr̃as tuas plenas amoris fidei & charitatis: nõ ob id tãtum q tu mei memineris: sed q in illis me amice admones/ut ego ipse mei. id est bonoꝝ studioꝝ/& quã dedi expectatiõis substinẽdæ/meminerim/equidẽ infirmitatis meæ conscius: nihil vel mediocre de me polliceri ausim. Sed ille a quo omne bonũ pater luminũ clemẽtissimus ut antehac dedit unde de nobis aliquid sperarent hoĩes: ita dabit in posteꝝ: ut tã bene cõceptã opinionẽ frustra nõ habeamus. Romã ꝓpero vbi de nr̃is studijs periculum/vel cũ periculo faciemus. Si quid ꝓfecerimus/dei est munus: illi laudes & gratiæ. si quid defecerimus: nostra est imbecillitas/nobis ĩputato. Cæterum ego sum tuus/ut qui ob tuam/& vitæ & morũ integritatẽ/vix Hieronymo nr̃o in te amando primas cõcesserim. Vale ex fracta.

Ioannes Picus Miran. Thomæ medio. S.

f Olidius nũq me oblectatũ memini q̃ nup: dũ tuã epyrotã legerẽ: fabellam ꝓculdubio facetissimã: cũ argumenti festiuitate: tum stili eruditione priscas etiã comœdias ꝓuocãtẽ. Quid enĩ has nouitias dicã/ineptas plane & infacetas: q̃ auctoꝝ infantiã facile declarãt: digna ꝓfecto fuit: quæ Hermolao barbaro/nescio an tuo q̃ meo magis/noĩarim dicaret. Cui vni oẽs lr̃atos tm̃ debere existimo: q̃tũ vix debẽt antiq̃tati. Quod me ea minime fraudaris: fecisti pro tua in me antehac ꝓspectissima beniuolentia. Nec est qcq̃ apud me tanti: q̃d si tibi quasi mutuũ misisti: relatã abũde gr̃am putẽ: Comœdiæ nouæ/quã mihi polliceris: iam expectãs inhio. Neq est quicq quod ea magis optẽ: præter vnũ ad nos aduẽtũ tuũ. Quẽ nisi ad decẽ dies hinc mihi abscedẽdũ foret: ut ex lr̃a nr̃o te cognouisse arbitror: efflagitando certe abs te impetrassem: est enĩ ex his cõijcere q̃ scripsisti. Quid sit futurũ amœnitatis in consuetudine: q̃d in ipso cõuictu: quid in viuis vocibus quæ ꝓfecto latitãtẽ habẽt energiã: quæ al-

tius animũ voluptet afficiatq; miris modis: q oĩbus scriptionibus longe præpõderant.
Sed qñ hoc nõ licet interim a me comœdiæ materiam nõ expectes. Malo utrũq; e tuo
penu ꝓmas/ut Thomã mediũ/nõ mediũ/sed totũ fabella sapiat. Vereor enim ne ob
seqndo tibi hebetudo ingenij mihi facturã faceret. Et ex eo quod de nr̃o admitteret ab
opifice opus degeneraret. Apud me nihil est nõ expositũ: insulsum: fatuũ: plebeiũ. At Comediæ
desiderãt hæ comœdiæ nescio quid secretiorꝫ rerꝫ: salsum: mordax: elegãs: acutũ: tibi
tuiq; ingenij amœnitatibus peculiare. Quare rẽ matura mihi futuram q̃ gratissimã: ut
quãdo te coram frui nõ licet: fruar hac rõne vel absente. Quod si ut dixi antea/tã citus
hinc mihi discessus nõ fuisset: ꝓfecto aliquot dies & genium simul & ingenium exco⸗
luissemus. Vale. Ioannes Picus Miran. Marsilio ficino. S.

n On poteras oportunius maumettẽ tuum latinũ repetere q̃ hoc tẽpore quo
me ꝓpediẽ maumettẽ ipsum patria lingua loquentem auditurũ spero: post
quã enim hebraicæ linguæ perpetuũ mensem/dies/noctesq; inuigilaui: ad
Arabicæ studiũ & Chaldaicæ totus me contuli nihil in eis veritus me profecturum mi⸗
nusq; in hebraica ꝓfecerim/in qua possum nondum quidẽ cũ laude: sed citra culpam
epistolã dictare. Vide quid possit impetus animi. Vide quid labor & diligẽtia etiã vbi
sint vires infirmiusculæ: animarũt autem/me atq; adeo agentem alia vi cõpulerunt ad
Arabum litteras chaldæorumq; perdiscendas libri quidã utriusq; linguæ/qui ꝓfecto
nõ temere aut fortuito/sed dei cõsilio: & meis studijs bñfauentis numinis ad meas ma
nus peruenerũt. Audi inscriptiones: vadimoniũ deseres. Chaldaici hi libri sunt. Si libri
sunt & nõ thesauri in p̃ris Ezre Zoroastris & melchiar magorũ oracula: in q̃bus & illa
quoq;: q apud græcos mẽdosa & mutila circũferunt̃ legũt integra & absoluta. Tũ est
in illa chaldæorꝫ sapiẽtũ breuis quidẽ & salebrosa: sed plena mysterijs ĩterpretatio. Est
itidẽ & libellus de dogmatis chaldaicæ theologiæ tũ ꝑsarũ græcorꝫ & chaldæorũ in illa
diuina & locupletissima enarratiõe. Vidi marsili quæ insperata mihi bona irrepserũt in
sinũ. Cur nõ ego & Cornucopiæ iã mihi nactus videar. Sed q̃d de arabicis? In quibus
& maumet toletini epistolæ & abulgalẽ: q Auerroẽ audiuit (& q̃d te magis tãget) ade⸗
landi cuiusdã q sub ammonio Plotini magr̃o in ægypto philosophatus est multæ sunt
q̃stiones. Deus bone q̃ pythagoricæ q̃ plenæ priscorꝫ dogmatũ: & secretioris discipli
næ inuasit statim animũ efficax votũ posse hæc ꝑ me absq; interp̃te euoluere & ꝑscru⸗
tari/atq; hoc nũc ago: hoc indefessus assiduusq; saxũ voluo. hic est Marsili meus cupi⸗
do: hi mei ignes: q nõ fluxã & vanã sed firmã mihi nõ pollicent̃ iã sed p̃stãt voluptatẽ.
Verã imaginẽ futuræ gloriæ quæ reuelabit̃ in nobis: sed redeo ad tuas lr̃as. Tuus Mau
mettes Perusiæ est: quo cũ rediero (absum enĩ ob pestis suspitionẽ) ibit ad te continuo:
de Plotino q scribis haud satis intelligo: hoc scio nõ excidisse mihi Plotinũ quẽ non in
manibus habẽdũ modo. Sed discẽdũ adeo mihi & sp cẽsui & nũc quoq; censeo. Si tu
quicq; de me vel apud mithridatẽ vel apud Petrũ leonẽ cõquæstus es nõ põt nõ iniuria
id a te factũ in me: q tibi & tuis rebus iniurius nunq; vlla ex pte fui. Quid tñ illud sit ad⸗
huc nescio volẽs nescio: pythagoricus sũ apud q̃s nihil sanctius amicicia q̃ si q̃d est q̃d
inter nos vel labefactare possit vel minuere (ut dicunt) abeat in zephyros. Vale: & me
ama q tuus sum æq̃ atq; olim fui ex fratta. Io. Pi. Miran. Hiero. donato. S.

Am diu quæ mea est negligentia, ad te nihil scripsi: ea vna fuit in causa silen
i tij huiusce nostri. Patiar me hoc crimine a te censeri negligẽtia: scilicet: Alio
quin nec obliuiosum virũ nec amiciciarũ desertorẽ. Quas mihi aduersus id
ingenij amicos: quo est Donatus nõ tẽporarias sed ꝑpetuas oĩno statuo.

Ioannes Picus Miran. Hermolao suo. S.

d Edi ad te lr̃as supioribus diebus ꝑ sitã nr̃m: nescio an delatæ fuerint. Cõmen
taria q̃ petebas in Aristo, cur nõ acceperis ex eodẽ te intellexisse nõ dubito.
Veniẽt cũ primũ ego ad bibliothecã meã rediero: q alienas huc in præsentia exploratu
rus veni. Nec est cur viæ me peniteat adeo multa hic reperi cũ græca tũ latina ad huma⸗

niores lr̃as eruditãq; philosophiã facetia. Quin & hac ipsa die/ q̃ haec dabam incidit in manus Apuleij fragmẽtũ de interp̃tatione: opus est eruditũ & q̃d Apu. plane esse cognoscas/ sed mutilũ mãcũq;. Scire abs te libẽter isticne aut usq; q̃d scias integer habeatur. Quãq; cũ tua edideris q̃ habes sub incude nõ erit amplius cur Apu. desideremus. De studijs meis ego q̃d ad te scribã nihil habeo nisi assiduũ me in Her. esse mearũq; noctiũ maximã p̃tẽ: in tuo themistio vigilare. Diuerti nup̃ ab Aristo. in academiã. Sed nõ trãsfuga: ut inq̃t ille verꝫ explorator. Videor tñ (dicam tibi Her. q̃d sentio) duo in Pla. agnoscere. Et Homericã illã eloquẽdi facultatẽ supra p̃sam orõnẽ sese attollẽtẽ & sensuũ si q̃s eos altius introspiciat cũ Aristo. oĩno cõmunionẽ; ita ut si verba spectes nihil pugnãtius: si res nihil cõcordius q̃ si q̃n dabit: id q̃d votorꝫ meorꝫ sũma est tecũ ad diem aliquot philosophari agemus de hijs corã latius & sensus huius mei periculũ aliq̃d faciemus. Vale. æui nr̃i decus. Flo. Mcccclxxxiiij. die. vi. decẽbris.

Ioannes Picus Miran. fratri Baptistæ Mantuano Carmelitæ. S. &c̃.

Commẽdat Baptistæ carmina

f Alue pater optime olim ad te nõ scripsi/ sed interim legi quæ tu scripsisti diuina. f. atq; sanctissima illa tua poemata; in q̃bus ea rerꝫ maiestas is splẽdor est eloquẽtiæ ut certatim in illis palmã sibi vendicare verba atq; sentẽtiæ videant̃: fœlix q̃ velis optima eadẽ possis/ fœlices nos q̃bus nõ solũ legere quæ scripsisti sed etiã te amare te videre te alloqui datũ est. Diues hic mihi materia & quæ nõ epistolã sed iustũ volumẽ impleat si euagari me in laudandis tuis poematis vel imbecillitas nr̃a sineret vel pudor tuus. Hoc vnũ dixero delectari me adeo lectione tuorꝫ carminũ ut fere quotidie cũ me vel tediũ vel fatigatio ceperit in illã quasi in hortũ solitus sim secedere. Vnde aĩo tãta semp̃ oborit̃ voluptas ut nihil cupiat magis q̃ iterꝫ fatigari/ ut iterum recreet̃. Philostratũ de Apollonij vita si satis illo es usus desidero & Zachariæ philosophi; quẽ te nactũ Romæ dixisti exẽplar cura ut aliq̃n habeã/ praetereaq; indicẽ bibliothecæ vestræ Bononiẽsis si tuo id cõmodo fieri potest. Vale.

Ioannes Picus Miran. C. F. S.

q Væsitũ diu apud me fuit tecũ ne silentio an lr̃is agendum foret. Quæ res ut pote ansam utrinq; habens cũ nũc in hãc nũc in illam partem a me iudicaretur in causa fuit cur in hoc usq; tẽpus tecũ siluerim. Videbat̃ eĩ praeauribus praesertim occupatissimi/ leuioribus his nugis obstrepuisse nõ minus impudens q̃ importunũ; & erat q̃d ad te scriberẽ te dignũ penitus nihil. Rursus si hoĩnem qua tu es dignitate insignẽ de me optime meritũ quãdo corã nõ possem per lr̃as non venerarer ab officio p̃culdubio deficiebã. His cũ diu fluctuasset animus vicit tandẽ pudorẽ pietas persuasitq; audaculi & temerarij subeundã potius notam q̃ obliuiosi hoĩs vel negligentis. Accipe igit̃. C. P. qua me excipiebas semper cũ isticerã hilari & porrecta fronte lr̃as meas ineptas illas quidẽ & incõpositas/ sed fidei erga te meæ: sed deditissimæ tibi p̃fecto voluntatis grauissimũ testimoniũ. Quibus hoc vnũ tibi in primis significari volo nihil esse quod magis cupiã/ q̃ dari mihi occasionẽ aliquã qua testẽ dilucide apud te reliquã meã in te fidẽ pietatẽ & obseruãtiã. His enĩ si de nobis periculũ aliquãdo feceris/ ita me inter eos qui tibi deditи sunt sup̃iorẽ esse cognosces: ut tu cæteros tui ordinis antistites virtute doctrina & sanctimonia mirũ in modũ antecellis.

Ioannes Picus Miran. Baldassari milliauaccæ. S.

m Iraberis & q̃dẽ nõ iniuria rn̄sum a me lr̃is tuis vel longe serius q̃ tu fortasse desiderabas & ipsæ lr̃æ tuæ merito postulabant: id cur ita euenerit paucis accipe. Iturus erat ad vos eisdem ferme diebus quibus tuas accepi vir sane probus: sed mihi antea ignotus negociari sese aiebat Mediolani oportunam mihi profectionem duxi quia fieret ut p̃ fidũ nunciũ & quod in primis optabã sine mora lr̃æ meæ tibi redderent̃. Sed austrũ p̃culi: nã cũ ille in mensem discessum suum p̃endinãdo; distulisset discessit tandẽ/ sed me penitus ignaro. Mihi vero cũ iam spe certi nuncij factus essem negligentior lr̃arꝫ obliuio pene surrepserat, nũc demũ cũ tua ad me epistola in manus incidisset

velut obdormiētē ilico excitauit; admonuitq; tēporis ſine officio ꝑtermiſſi. Dolui (deū teſtor) nō mediocriter & nūc quoq; doleo neci deo hæc dictavelim ut me excuſem ſed ut accuſem potius: facile patiar negligentiæ dānari me & in quā malueris pœnā abs te vocari. Nūc ad lr̄as tuas. Accepi & ex lr̄is ipis & ex libris græcis q̄ꝝ tu mihi copiā tam liberaluertam amice feciſti voluptatē nō mediocrē; nō tam ꝙ eoꝝ uſus ad mea ſtudia plurimū faceret q̄ ꝙ ꝑpetue inter nos futuræ neceſſitudīs fundamēta iecerimus. Quā vnā pluris facio q̄ aut Sunādij aut Ptolomæi vniuerſam bibliothecā. Tantū enī abeſt ut lr̄atoꝝ hominū amicicias negligam; ut nihil mihi aut curæ: aut cordi ſit magis. Scio autē quē tu inter lr̄atos hoīes tibi locū vendices. Quādoquidē doctrinæ eruditionis humanitatis tuæ euidentiſſimū mihi argumentū fuit epiſtola tua. Quare ni te amem plurimū dedidicerim ꝓfecto me / & faciam longe aliter q̄ conſueuerim. Amo igitur vnice q̄uis te nunq̄ viderim. Amo ita ex aīo ut ex aīo magis paucos amē / ut demū accedere ad familiaritatē quidē poſſit noſtrā ad amorē nō poſſit. Et ſi qd. i. quod poſſit accedet illud oē aduētu huc tuo. Quē & litteris tuis tu te vltro pollicitus es; & nos ita ardenter petimus ut impatienter deſideramus, Ioannē grammaticū in phyſica & Ariſtotelis metaphyſica ſi mihi cōpararis ꝑpetuo me tibi officio deuinxeris. Nā & apud me nō ſunt: & ſum eorū magna in expectatione. Vale.

Ioannes Picus Miran. Iacobo feltrino. S.

I Itteræ tuæ ſi qn̄ alias nūc me maxime oblectarūt: quibus eā de me exiſtimationē apud te eſſe cognoui: qua ne fingi q̄dē voto melior poſſit. Vnū illud me ꝑturbauit ꝙ cū in ijs quæ ad te ſcripſi nihil notaueris: ſuſpitionem feciſti ne cūcta nota digna exiſtimaueris. Tūc enī vel placuiſſe plurima credidiſſem cū diſpliꝗuiſſe aliqua ſignificaſſes. Quo fit ut ne teſtimōio tuo alioqn ꝓbatiſſimo in mea cauſa ſatis confidā. Amas enī nr̄a oīa ꝑinde atq; nos: & cū ex innata ingenij tui facilitate cunctos tollas id tibi præcipue in rebus nr̄is accidit: q id oē q̄d in nobis eſt ex tuo fōte manauit. Equidē æmulari te / tuis ꝑſtare veſtigijs / nec deſiſto nec deſinā. Vtinā te aliqn̄ cōſequar. Sed hoc doleo ꝙ locoꝝ intercapedine fiat quo minus te altiſſimos philoſophię locos ut ſoles grauiter ꝑtractātē corā audiā. Quod etſi eadē quæ dicis per epiſtolas mitti poſſunt id quod impetratū abs te maxime velim; habet tamen neſcio quid viua vox quod magis afficiat afformetq; diſcipulum. Vale.

Ioannes Picus Miran. Hieronymo Donato. S.

Cœpi lr̄as tuas & ſuaues ꝓfecto & eruditas q̄bus nō aliter oblectatus ſum
a atq; olim tua cōſuetudine cū patauij eſſem q̄tiēs ea mihi fruēdi occaſio offerebat: cuius q̄dē & cupidus & appetētiſſimus ꝑter tuā etiā opinionē ſemꝑ fui. Neq; enī latebat me q̄ dulce q̄ amœnū eſſet Donati īgeniū q̄ bonis oībus diſciplinis oī demū virtute exuberās undiq; atq; refertū. Sed ita eſt ꝓfecto mi Hieronyme: ita mihi ꝑſæpe cōtingit facultas & libera & expedita eius quam maxime rē cupimus adipiſcēdæ inertes nos facit & negligētes; dum enī id q̄d hodie prætermittimus & cras fieri per q̄ cōmode ſperamus; fit demū ut ex hac ſupina dilatione nr̄a cōniuentibus nobis effluat annus. Sed qn̄ res ita recidit; feciſti tu quidē perpulchre; qui me nūc etiā ad hoc officij genus obdormientē tuis lr̄is excitaſti. Quo utar aduerſum te ſæpſus impoſterū & te ut itidē facias rogatū maxime velim. Quod attinet ad tua carmina fuerunt illa quidē dū eſſem patauij apud me cōplures dies. meminiq; me libelli amœnitate & lepidiſſima verſuū cōpoſitione delectatū plurimū. Sed niſi fallor anteq̄ illinc abſceſſerim Ramuſio reddita ſūt de cæteris quæ aut in me aut mea ſunt ita cōſtitutū habeas ut vel eis ꝓ tuis uſurus ſis; vel certe & mihi & amiciciæ nr̄æ facturus iniuriā. Vale.

Ioannes Picus Miran. Angelo. S.

Vm tenues muſas meas quibus dum per ætatē licuit de amoribus meis io-
c catus ſum in libellos quinq; digeſſerim: mitto te ad illorum primū miſſurus reliquos in hoc vno amicū experiar te nō aſſentatorē. Ea enim lege ad te ve-

niunt ut castigentur/ & vapulent: ut erratorum poenas & ungue & obeliscis luant. Adhibe igitur te illis æquũ iudicem nõ iniquũ hoc est seuerum nõ indulgentẽ. Nam quæ maior iniquitas q̃ amicũ fallere de te sibi omnia ꝓmittentẽ: nõ eo usq; ingenio delicato sum ut alienas lituras fastidiã: non adeo mihi bellus videor ut censorem vel negligam vel accusem. Quin forte nec tu nec quispiã crederet q̃ hæc mea mihi nõ satisfaciãt: quã in ijs etiã quæ magis placent ne sim ut inquit ille Suffenus/ rimeã. Nimirũ oẽs fallimur nec videmus manticã quæ in tergo est. Quare operã tuam in re honesta & liberali amicissimo homini ne deneges: tam multo præsertim studio: tam ex animo eã efflagitãti.

Prouerbiũ Quod si is essem a quo in eiusmodi re ubi gratia referri posset/ nõ tacerem græcum illud Lisippũ apellis & apellem lisippi alterna opera vicissim uti solitũ. Vale.

Ioannes Picus Miran. angelo Poliriano. S.

c Vm superioribus annis Florentiæ essem amatorias elegias quattuor apud te reliqui: quas ut fit: exercendi ingenij gr̃a per id tẽpus pene puer effinxerã. Erant illæ quidem insulsæ: ineruditæ & leues quæ auctoris ætatem & inscitiam facile præseferrent. Tu tamen illas non pro rei merito/ sed pro tua benignitate: vel indulgenter approbasti. Et ob id ipsum ut fidem faceres ꝙ approbasses exemplaria petijsti/ profecto nõ ignarus ea esse animis adolescentum ad virtutem acerrima incitabula ut laudis cupiditate illecti: quam libauerint gloriolam mox degustare altius enitantur. Vt enim desperatione vires & iacent protinus & frigent. Ita spe attolli/ atq; inflammari nemo est qui dubitet. Sed iam ætatis patrociniũ tollitur: & quibus antea subsignabatur erroribus nunc vitio mihi vertetur/ ꝙ non eos iam maturior annis/ aut repurgauerim melius aut deleuerim. Quæ igitur apud te carmina ex nostris sunt si me amas/ aut remittas ad me/ aut laceres/ aut igni tradas. Ea omnia elaborata magis & cõplura alia/ quæ postquã istinc abscessi mihi per ocium exciderunt; breui tuæ limæ demandabũtur. Interim quæ sine amici intertrimento viuere nõ possunt capitali dãnentur calculo. Præterea Epictetum tuum: & quæ de Homero in hãc usq; diem a te translata sunt. Item quæ de Iuliano medice sermone patrio & quæcunq; alia latino sermone cõposuisti ad me missa omnino velim. hoc ita a te peto/ ut qui impẽsissime: ita enim desidero ut qui impatientissime: neq; est quod recuses ꝙ ea forte ad vmbilicum nondum deducta sint. Quandoquidẽ omnia si tua hæc fuerit sententia clam apud me futura tibi iam prænũcio atq; polliceor. Vale.

Adolescẽtes laudando ꝓficere

Ioannes Picus Miran. Marsilio ficino. S.

m Ei semper fuit iudicij Marsili doctissime nulla esse in te magis elaborandum q̃ ut ab animi nobilitate: qua trimegisto teste post Iouem proximi existimamur per desidiam atq; secordiam nullo pacto degeneremus: id q; mihi potissimũ semper fuit ut undecunq; possem mihi animi cultum & bonarum artiũ disciplinas cõpararem. Quod quidem meũ consilium etsi a puericia usq; cõstantissimũ mihi fuit: excitarunt tamen summopere atq; inflammarũt cũ apud te essem superioribus annis adhortationes tuæ: nec vnquã ardẽter magis q̃ ex illa in hanc usq; diem me totũ litteris addixi. Iam tres annos Marsili apud peripatheticos versatus sum: nec omisi quicq; quãtum in me fuit ut Aristotelicis ædibus quasi vnus ex eorum familia nõ indignus admitterer. Quod quidem etsi haud abunde cõsequutus sum: Quippe ꝙ vix sim in vestibulo: eo usq; tamen processi ut si nõ docti & eruditi: quod nec per ætatem licet studiosi tamen nomẽ mihi vendicare nõ dubitem. Sed quoniam & tua semper & doctissimorũ hominũ sententia fuit qui academica peripatheticis misceret: eum utrãq; sectam & rectius habiturũ & locupletius: aggrediendã mihi hanc ꝓuinciam existimaui: ut iam ꝓ mei viribus ingenij: ꝓ mea quanta maxima potest assiduitate et diligẽtia Platonem cũ Aristote. & vicissim alternis studijs Aristotelem cum Platone conferrem. Verũ ut te præmonitore prius: ita nunc adiutore opus est: nec q; erit humanitatis & in me beniuolẽtiæ nõ deesse ꝓposito meo atq; eo quidem tam honesto & liberali id

quod cumulatissime abs te factum cēsco si librum tuū de immortalitate animorum ad
me miseris. Quo veluti premonstratore quodā in platonica disciplina ꝓfecturum me
ut opto/ita cōfido. Quis enim Ficino: in quo si vera esset pythagoreorum sentētia re-
uixisse Platonē crediderim nō quæq; maxima in eo doctrinæ genere de seipso sibi pol-
liceatur? Tu modo mihi nō desis; quod impetratū abs te pluribus cōtenderem; nisi ipa
qua tu plurimi facis honesti ratio hoc idem a te cōtenderet. Si enim pro amicorum uti-
litate declināduū aliq̄ tenus de via & Ci. noster & Chilo sapiens & Theop. grauissimus
philosophus existimarunt. Nōne erit in tam honesta petitione amicissimo homini de-
fuisse flagitiū? Fac igitur ut quod iam diu adhortatione sequor: tua ope etiam aliquan-
do cōsequar. Qui enī hac in re mihi auxiliari possit præter te habeo neminē: quādoqui
dē ut speciosa alia cōplura/atq; præclara ita Platonicarum rerū cura apud nostræ ætatis
homines penitus exoleuit. Vale.

Ioannes Picus Mirandu. Hermolao. S.

On ꝙ quicq; habeam te dignū quod scribam ad te scribo: sed iccirco tātum
n ut rescribas. Alioquin mihi nec causa est scribendi vlla nec argumē tū. Quip
pe ꝙ damnarim semper eorū sentētiam qui ad amicos scribendū sentiunt/
ut hoc quasi debitum pendatur amiciciæ. Est enim hoc totū scribere & litteras missita- Amiciciam
re amiciciæ quidem/sed infirmæ & frigidiusculæ: quæ sua vi subnixa nō stet satis: quæ nō esse causā
ratq; aliunde unde consistat. at quæ in ipsis animi secessibus fā penitus radicē egit quid scribendi
amabo adminiculis litterarum eget. Dabo igiť Hermolae Barbare ob id ad te meas/ ut
quas maxime desidero tuas alliciam. Tu contra ne a me frustra desiderentur tuas red-
des q̄ cumulatissime. Vt enim infirmi est animi adhibere litteras amiciciæ quasi tibici-
nes ne vacillet; ita facilem præstare se amicis/ atq; beneficium liberalitatis est / & beni-
uolentiæ singularis. Vale & musicam Ptolomæi: si id incommodo nō fit tuo ad me de
das futuram hic ad dies paucul os. Quid enī a te non audactar petam; cui ego iampri-
dem mea o... nia voui dicauiq;.

Ioannes Picus Mirandu. Hermolao. S.

Ihi nūquam aut placui magis aut debui copiosius q̄ hoc tempore quo vna
m epistola ad te mea iam suaues tam eruditas tam tui persimiles literas ad me
vocarim. Quod si & abfuisse te Patauio dum illic fui & desiderasse me bien
niū cōsuetudinē tuā in causa fuit cur hæc ad me scriberes; nō potest mihi illud quicquid
sit; nunc nō esse iocundū; tam abunde vnæ litteræ tuæ vōtū omne meū nō adimplerūt
solum/sed etiā superarūt; nam ut epistolæ elegantiā; amœnitatē: eruditionem suauita
tem taceā; cuius lectio vel beneficij vicē cumulate exigit. Quanti apud me esse credis
ꝙ tam amāter tā benigne atq; adeo ex animo in amicū te mihi dedas. & quo nec opta-
re mihi quicq; maius ausim in me ornando vndiq; tuam operā tam liberaliter pollicea
ris. Quod q̄dē genus officij nō recipiendū adeo/sed mihi ambiēdū etiā fateri ingenue
nec coram erubescerē. Quippe nec ipsi stoici ut nosti ἀπάθειαν probant; nec inter has
quas græci πάθη dicunt affectiones vlla esse potest aut laudabilior: aut honestior ea; si
modo inter illas est quæ diciť cupiditas nominis & gloriæ; præstari vero mihi hoc nec
ab vllo vberius potest q̄ a teipso; in quo virtutes oēs velut singulæ sibi palmā certatim
vendicant; & ego cui debeam libentius habeo certe neminē. Est igiť hæc mihi pollicita
tio tua tā grata tā appetenda q̄ honorifica; qua vel id maxime plurimū gaudeo ꝙ egre
gij cuiusdā amoris in me tui & amantissimæ voluntatis fidē facit. Habeo tandē quod
ut diu antehac desideraui; ita nūc serio mūpho. Habeo inq; Hermolaū Barbarum lati-
næ linguæ delicias & bonarū artiū omniū insigne ꝓmptuariū mihi non beniuolū solū/
sed amicissimū. Habes & tu itidē Ioannē Picū Mirandulam ita tibi deditū; ita tui stu-
diosum: ut qui deditus qui studiosus esse magis nō possit: mutuis aduersum te offici-
is; quādo præstare nihil vel grande potest vel Hermolao dignū; futurū imparē quidē;
si vero animū species certe vel æqualem vel superiorē. Vale.

Ioannes Picus Mirandu.&c.

n

Ihil mihi dulcius fuit dum hic apud nos esses tua cõsuetudine: nihil item utilius: ea in te morũ suauitas ea est doctrina. vide autem quam mihi dulcis quam gratus fueris dum te fruebar / cum nũc dũ abes nihil mihi sit dulcius tui memoria. Sed pfecto si amiciciæ sedes animus est & nos id maxime sumus animus.s. ut scribũt Plato & Aristo. nõ est cur possint dissidiũ inter nos facere ulla vel locorũ remota: vel diuturna tẽporũ interualla. Cogitabã aũt nũc an qua etiã alia rõne cõsequi possem ut tecũ essem: necq; aliud in mentẽ venit quam ut nostra de sepriformi in sex dies geneseos enarratione lucubratio ad te veniret. Si enĩ libros quasi liberos parimus: & pris maxima pars in filio est; veniã ego quocq; ad te in illo quẽ genui. excipe igit venientẽ ad te filiolum meũ ut me solebas hilaris & lubens: placebit scio quia amas. Scio & displicebit itidem quia amas. Nã eiusmodi pietatis est & eorũ errata quos amamus signãter introspicere ut emẽdemus / & introspectis leuiter indulgere ne vexemus.

Hõ maxime animus est

Ioannes Picus Miran.F.B.C.Th.

s

Alue pater dilectissime. En tibi Apollonium quem si tuæ virtuti tuis in me officijs nõ deberẽ: deberem certe vel his litteris quibus eũ efflagitas tãtus in illis amor tanta humanitas. Est enĩ & summi amoris quo illuc vocare quo tu iam peruenisti: ad animi.s. purgationẽ hoc est ad veram fœlicitatem: & summæ humanitatis hortari me quasi equalem cui legem dicere quasi filio potes. Sed utinam usu eueniat aliquando ut in secessu aliquo vna aliquãdo pie philosophari possimus: videbis apud me nihil esse prius quam ut pietatem cum sapientia cõiungam. Videbis hoc mihi esse persuasissimũ nullam esse sapiẽtiam quæ æternæ in nobis sapientiæ imaginem oblitteret. & similes faciat brutis insipientibus: testẽ habeo cõtubernalem angelum tantũ me quotidie de meis studijs lucro apponere quãtum inde ad certamen purgandi animi instructior fortiorq; euado. Omnifaria hæc disciplinarũ tractatio / & quicquid litteræ pmittere nobis possunt cutem colorat: & quasi pigmentata facie non reddit formosiores. At sanam firmã robustam mẽtem sperare non aliunde possumus quam a vitæ integritate / amoribus / a diuina denicq; religione. volentẽ igitur cogis (ut ita dixerim) magis velle. Sed & tuis me sacris præcationibus iuua ut possim etiã quod & ego volebã & tu me velle tantopere vis. Vale pater amantissime quem vnice amo / quem in oculis fero. Florentiæ. xiij. Ianuarij. Mcccclxxxx. expecto tua omnia. Politianus meus deliciæ totius litteraturæ tibi ascribi salutem iubet.

Phiæ lucrũ est mẽtẽ purgare

Ioannes Picus Mirandu. Hermolao barbaro. S.

m

Emini me cũ deliberarẽ quãnã potissimũ ex Italiæ gymnasijs mihi sedẽ ad philosophiæ studia deligerẽ cũ me multa Patauiũ vocarẽt libentius illuc pertisse ut amor in te meus quẽ iamdiu aĩo nutriuerã mutua consuetudine tibi palam esset: Patauij fui & bienniũ. Hermolaũ tñ quis credat nec vidi / nec nisi ut multo ante fama cognoui. Ita sæpe euenit ut dum oblatã occasionẽ desidiosa quadã pcrastinatione cõtẽnimus: ea ut lubrica est manibus elabat. Huius rei me vehementer pœnituit & pœnitet & eo magis quod quã antea rerũ omniũ doctrinã tuam rumore tantum cognouerã eã nũc his oculis / his auribus agnoui: dum Romanũ themistium tuo illo ore de ingenio aĩæ de primis rerũ exordijs de rõcinã di sciẽtia dissertantem audiui. Deus bone quantũ doctrinæ: quæ dictionũ diuinæ: quis candor: quæ mũdicies orõnis: O virum præclarissimũ: o expressam antiqtatis imaginẽ: erat mihi frequẽs votum: ut Varronis diuinarũ humanarũq; rerũ scripta aliqñ reuiuiscerent: ut esset apud quem latine physicas rationes edisceremus. Tu vero & illum & pbatissimos quosq; referens eũ te nobis exhibuisti ut nihil aliud supersit quod desideremus / quam ut græca alia interpretando / & tibi uberiorẽ laudẽ parias / & cumulatius de naturali historia & de studiosis omnibus bene mereare: hæc omnia doctissime Hermolae ad nihil aliud spectant nisi ut me tibi amicissimũ esse intelligas: me ita virtutes tuæ ad te & amandũ & obseruandum accen-

Oblatã occasionẽ nõ esse pcrastinandum

duntːut nemini etiã ex cognatione tua amore concedã. Sanciet hæc inter nos epistola amicitiæ foedus; ut honestissimũ certamẽ mutuæ caritatis subinde certemus.

Ioannes Picus Miran. Andreæ corneo Vrbinati. S.

q Vas ꝓxime ad me dedisti litteras tuas idibus Octobris accepi. Quas scribis dedisse prius/non peruenerũt/rescripsissem ilico si accepissem/ita sum ad scribendum impiger: & in hoc munere siue studio siue natura minime cessator. Nõ tamen erat quod vereris silentio etiã diuturno amiciciã nostram posse labefactari/perpetuus amicus sum ego nõ temporarius. Et firma satis non est amicicia si qua velut tibicines has litterarum sibi vicissitudines postulet/quæ (ut Plauti dixerim verbo) quasi nutantem infirmusculamq; furcilent. Sed ut ad ea veniam/quæ scribis adhortaris me tu ad actuosam vitam & ciuilem/frustra me & in ignominiã quasi/ac cõtumeliam tam diu philosophatũ dicens/nisi tandẽ in agẽdarum tractandarũq; rerũ palæstra desudem. Et equidẽ mi Andrea oleũ operamq; meoꝝ studioꝝ ꝑdidissem. Si ita essem nũc animatus ut hac tibi parte accedere & assentiri possem. Exitialis hæc illa est & mõstrosa ꝑsuasio quæ hominũ mẽtes inuasit/aut nõ esse philosophiæ studia viris principibus attingenda: aut summis labris ad pompã potius ingenij/q̃ animi cultum vel ociose etiam delibãda. Omnino illud Neoptolemi habent ꝓ decreto: aut nil philosophandũ/aut paucis/ꝓ nugamentis & meris fabulis iam illa accipiuntur. Sapientum dicta/firmã & solidam fœlicitatem in bonis animi esse. Extraria hæc corporis; vel fortunæ/aut parum/aut nihil/ad nos attinere. Sed inquies: ita volo Martham amplectaris/ut mariam interim nõ deseras. tibi parte nõ repugno/nec qui id faciunt/damno vel accuso. Sed multũ abest ut a cõtemplandi vita ad ciuilem trãsisse error non sit; nõ transisse ꝓ flagitio aut omnino sub culpæ nota vel criminis censeatur: ergo vitio alicui vertetur. & virtutẽ ipsam virtutis gratia nil. extra eã quærens perpetuo affectet & ꝓsequatur/q; diuina mysteria: naturæ consilia perscrutans/hoc perfruatˀ otio/cæterarum rerũ despector & negligẽs: quando illa possunt. sectatorum suoꝝ vota satis implere. Ergo illiberalem/aut nõ oĩno principis crithon mercẽnarium facere studiũ sapientiæ. Quis æquo aĩo hæc aut ferat aut audiat: Certe nũq̃ philosophatus est/q̃ ideo philosophatus est ut aliq̃n aut possit/aut nolit philosophari. Mercaturã exercuit ille non philosophiã. scribis appetere tẽpus/ut me alicui ex summis Italiæ principibus dedã. Adhuc illã philosophãtiũ de se opinionẽ nõ nosti. Qui iuxta oratiũ se regũ reges putãt/mores pati & seruire nesciũt. Secũ habitant & sua contenti animi tranquillitate sibiipsis ipsi supsunt. nihil extra se quærunt/quæ in honore sunt apud vulgus/inhonora sunt apud illos & omnino quæcũq; vel humana sitit libido vel suspirat ambitio/negligũt & cõtemnũt. Quod cum oĩbus/tum illis dubio ꝓcul faciendum est. Quibus se ita indulsit fortuna/ut non modo laute & cõmode/sed etiam splẽdide viuere possint. Magnæ istæ fortunæ sublimãt quidẽ & ostentãt. Sed sæpe uti ferox equus & sternax sessorẽ excutiunt Certe semꝑ male habent & vexant potius q̃ vehãt. Aurea illa optãda mediocritas quæ nos uti manus vehat æquabilius. & imperij patiẽs nobis vere seruiat non dominetˀ. In hac ego opinione perstans cellulã meã/mea studia/meoꝝ libroꝝ oblectamenta: meã animi pacem: regijs aulis publicis negocijs vestris aucupijs curiæ fauoribus antepono. Nec mei huius litterarij ocij illos fructus expecto/ut in rerum publicarũ æstu atq; tumultu iacter & fluctuẽ. Sed ut quos parturio tandẽ pariã liberos & quod fœlix faustumq; sit dedã aliquid in publicũ: si nõ doctrinam ingeniũ saltẽ & diligentiã q̃d oleat. Et ne credas nostræ industriæ & laboris quicq̃ remissum: scito me post multã assiduis indefessisq; lucubratiõibus nauatã operam hebraicã linguã chaldaicamq; didicisse: & ad arabicæ euincendas difficultates nunc quoq; manus applicuisse: hæc ego principis viri & existimaui semper/& nunc existimo. Sed hæc ut vere ita seuere dixerim equidem principes istos excellentissimos in primisq; magnanimũ Barri ducem Ludouicũ ita colo & veneror/ut ex italiæ principibus neminem magis. illi me multum multis

Neoptolemus

Actiuã vitã phõ minime apperendã

Philosophãtiũ mores

de causis debere intelligo/& nihil est tam graue/nihil tam arduum quod(mihi si detur facultas) demerendi hominis causa facturus nō sim. Sed quae illorum est amplitudo & mea tenuitas: ut ego ipsis non egere non possim; ita egere ipsi aut mea opera: aut meo istuc aduentu nullo modo possunt. Romā ꝓpe diem proficiscar inibi hyematurus nisi vel repēs casus vel noua intercidēs fortuna; alio me traxerit. Inde fortasse audies quid tuus Picus in vita vmbratili & sellularia cōtemplando ꝓfecerit; aut quid tandem (dicam enī quamq̄ arrogantius) quid inquā/quando tu illi istuc accedenti doctorꝫ copiā polliceris/aliorꝫ operae indiger in re lr̄aria. Romae & vbi: vbi terrarum fuero habebunt principes isti cui imperēt; quē velut trusatilē ut inquit Plautus molā ꝓ arbitrio versent Quod scribis de re vxoria; nec temere nec de nihilo dictū existimo; sed dauus sum; Oedipus non sum/nec si sim esse volo. Id quicqd est; si videt̄ latius explica: sin minus esto harpocrates. Ego ut sese res dant in arma cōsiliū capio. Rhytmos meos ethruscos non est ꝙ desideres. Iam dudū amatorijs lusibus nuncium remisimus/alia meditātes. Sed hoc te quoq; monitū volo laurā tuam: si eam esses editurus; supprimas adhuc aliquot dies. Nam forsan paulo mox legēt nostri hoīes de amore. (Vide quid dicā) quae nōdū legerunt. Et tu annotare plurima poteris quae ad rem tuam plurimū facient. de albrana quāq̄ dignus nō est; de quo verba faciā; haec tn̄ dixerim benemeritū illum dn̄o male gratiā retulisse. Nec est ꝙ fugā suā in quenq̄ aliū q̄ in seip̄m reijciat aut deriuet quando meis domesticis quod negare ille non potest; non minus fere q̄ mihi debet; sed non primū nunc ut tu nosti: aut fidem fefellit; aut dominū ludificatus est. Scio quid postq̄ etiam aufugit in me ille & de me; sed non curat culicem elephas. Et condonatū tibi volo quicquid antehac leuis homo peccarit. sed ne abutatur in posterū patientia mea; ne qualem se mihi ille in merito praestitit; talem me ego illi tandem praestare cogar. Quod amicū illum tuū/cui in amore res male cessit apud Floreanū nostrum excusaueris/ex officio fecisti; habet ille quidem & historijs & ex poetis; ex ip̄a etiam philosophia unde se a nota criminis vendicet/habet unde magnorꝫ se hominū praeiudicijs dauidis/praesertim Salomonisq; tuetur; ut Aristotelem taceam. qui dum nōnullas etiam meretrices saepe deperibat/suorꝫ de moribus praeceptorꝫ nil meminit/quādo amatae foeminae uti cereri eleusinae sacra fecit. Sed ille haec tutamenta; & quasi ꝓpugnacula sui facinoris nō amplexat̄ modo vel amat/sed odit & reijcit/& recusat/iacturam querit̄ suā/nō culpam deprecat̄. dolet ꝙ peccauit/nō defendit. Et mihi quidē vel hoc nomine videt̄ caeteris excusandus/ꝙ ipse se nil excusat/nihil homine imbecillius/nihil amore potētius. Hieronymi illa inuicta & incōcussa mens/dum caelo tota inhaeret puellarum choris interat. Quae illum pestis potuit vel infestare/quem nō edomabit? Si hoc amor in eremo/in humo collisis membris/in ebdomadarū potuit inedia. Quid in pluma/in vmbra/in omni deliciarū affluentia nō poterit? Accedit ꝙ ille nūc primo cecidit ruinae huius alioquin insolens & ignarus. De neptuno cōqueri potest/qui semel tantū naufragiū fecit. Si ad eundē iterū offenderit lapidem nemo manum porrigat; nemo misereat̄. Nunc nō excusari iure nō potest. Quem ita facti poenitet ut fauore excusationis se dignū ip̄e nō existimet. Sed haec etiā nimis quando amicus tuus huiusmodi facti memoriā/nō solū aliquo modo litteris tradi sed q̄d sequens vita eius faciat oblitterari penitus cupit. Vale. Christophorus non aderat cū tuas accepi. dn̄o tuo & vniuersae Boromeae familiae/quā & amaui semper/& nūc plurimū amo; me nō vulgariter cōmēdabis. Perusiae. xv. Octobris. Mcccclxxxvi. anno grāe.

De amore Aristotelis

Ioannes Picus Miran. Io. Francisco nepoti. S. P.

Nota bonū christianum in calce

g

Rtissimae mihi fuerūt lr̄ae tuae; nō ob id modo ꝙ iam pridē de te nihil audiuerā; sed & ꝙ ea mihi significabāt/quibus sum mirifice delectatus; q̄ndo eadē & tibi sunt grata/& deo gratissima esse nō dubito. tu quoq; nihil dubites si modo q̄ caepisti viam perrexeris mercedē tuā copiosam in caelis esse futurā. Ego nōdū satis habeo exploratū cū dū Ro. mihi sit necne. Et q̄ nī eqdē assequi possum cōiectura/futurꝫ

potius credo/ut illuc mihi eundū sit/causam nosti. Hoc ubi certū habuero statim te cer⸗
nōrē reddā/ne si huc forte veneris (q̄d alioquin ego summope vellē) aut me hic nō in⸗
uenias: aut statim discedēte me in patriā tibi sit redeūdū. Interim domi esse poteris nisi
ni quidē aliter sentias. Sed & illud memineris habere te vxorē cui nō aliter corpris tuū Ad reddēdū
q̄ de ip̄am aīam debes. Est illius desiderio aliq̄ ex parte satisfaciendū: cogitādūq; tibi debitū vxori
est quid illa ex habitu corporis ex ætate aut appetat aut appetere possit. Quid ex pu⸗
dore ex virtute non petat. Cur enim pudeat hæc scribere quæ & Paulus scribit apo⸗
stolus; Nulla est fere res in qua te magis suspicer errare posse. Et quidem/falluntur nostri
homines plurimū/qui obligatas quidē addictasq; sibi vxores putant suas: se vxoribus
nihil: sed posse de se: quicquid illi censuerint p arbitrio statuere. Deniq; tuus totus es⸗ Maritos vx⸗
se non potes/qui semel nuptiarum legibus te subijciens vxoris esse voluisti: potes ni⸗ oribus tātū
hilominus totus esse dei quem & tibi pmereris dum ut legi eius obtemperes tibi ipsi obligatos q̄
etiā in his quæ sunt dei minus obtemperas. Sed de his alias tecū corā etiā sum locutus. cū feminæ vi⸗
ris
Ego ut primū aer vernauerit hoc est inter primos quadragesimæ dies; cū me scilicet ex
his græcorum librorū fascibus excitauero statim ferrariam veniā: interim sacris litteris
insta: præcipueq; euāgelicæ lectioni/quæ animū identidem ad deū adducat: quē inde
abducere & mūdus & dæmō/ille illecebris/hic fallacijs/dies noctesq; nō cessant. Vale
aīæ dimidiū meæ/ & deū ora p me. Cū primū de mea romā versus pfectione aliquid
statuero te certiorē reddā. Floren. xxvij. Nouembris. Mcccclxxxxij.

Ioannes Picus Miran. Iacobo Antiquario suo. S.

Nter voluptates quas cū eram Florētiæ de Politiani consuetudine maxime
i capiebā: viri mea sentētia nr̄o æuo omniū lr̄atissimi/ non erat illa mediocris
q̄ tuas ad ipsum Ep̄las graues illas semper & elegātis/ut quāq; accepisset/
statim mihi dabat legendas. Delectabat in illis me vehementer/& prudentia quædam
singularis qua magnis etiam in rebus negocijsq; tractandis a prudētissimis cōmēdaris
& orōnis cultus atq; sobrietas; tum q̄ in nōnullis honorificā nr̄i mentionem faciebas/
nō solum mihi tuæ litteræ placebāt; sed in illis quoq; ipse mihi placebam. scilicet testi⸗
monio tanti viri cedente cōscientia quæ nō nihil dissimulās q̄d sentiret; q̄ si ipsa se pde⸗
ret nō magnopere pugnās & ppe modū volens fallebatur. Ita duplici nomine tibi eram
deuictus inde tuæ virtutis hinc collati sæpius in nos non officij modo/sed beneficij co⸗
gitaui nō semel agere tibi grās per epistolā ne forte parū gratus aut ne tecum rusticus
existimarer. Verū cū tu Politianusq; noster pulcherrimū quoddā inter vos lr̄arū com⸗
merciū exerceretis/nolui musis importuna Pica obstrepere/quasiq; male vocalis An⸗
ser/alterne sibi concinentes olores interturbare. Alioquin tibi animū nr̄m per Politia⸗
nū nostrū patere sciebā. Tum cōscius infantiæ meæ interprete utebar eloquentissimo.
Nunc ab ipso missæ ad nos tuæ lr̄æ sunt/quas ad Riciū nuper dedisti; iuuenē ingenio⸗
sum: in q̄bus tm̄ tribuis mihi q̄tū nec optare ausim/nedū mereri me credā. Rupit offi⸗
cij magnitudo nostrū hactenus nescio an inciuile/certe nō supbū silentiū: nec potui ti⸗
bi nō agere gratias immortales/nō q̄ premas me laudibus īmodicis quas nō agnosco:
sed q̄ ita me ames/ut tuū illud alioquin constans robustūq; iudiciū tantopere tm̄ in no⸗
bis sub amoris pondere vacillauerit. Debeo igit̄ tibi super q̄ vel ego possim psoluere/
vel tu facile credere nec est quicq̄ tā arduū tam difficile/quod nō æque p tua dignitate
sim facturus/ac p mea salute. Tu quod in Politiano me possidebas hactenus / nūc ve⸗
ro nihil mutata re tuis tm̄ rōnibus Pici nomē quod suberat explicabis. Vale. Ex Agro
Ferrariensi die. xxviij. Iunij. Mcccclxxxxiiij.

¶ Præcellenti atq; doctissimo Viro domino Iacobo Antiquario tanquā patri.

Ioannes Picus Miran. Andreæ Corneo. S.D.

Atisfactū est plane votis meis abunde satis Andrea carissime. Q̄n quidē ex
ſ tuis ad Christophorum utriq; nr̄m carissimū lr̄is accæpi istic te cū tuo & cō⸗
modo & dignitate viuere. Est eni fuitq; semp hoc a me optatū maxime tibi

esse bene atq; beate/& quo nihil demũ habeo maius dicere ꝑ meritis tuis. Quod qdẽ
euenturũ nũq; dubitaui. Atq; hoc vnũ mihi semꝑ constitit dũ vel lingua tibi superstes
esset vbi gennũ sores futurũ te in sublimi. Noui (quod citra adulationẽ dictũ sit) animi
tui generositatẽ quæ nihil humile aut plebeium patieẽ. Noui virtutes tuas doctrinam
mores/atq; prudẽtiã. Quæ omnia te quocũq; collineabis facile perducẽt. Valitudinẽ
tãtum tibi timeo tot morbis ab ineunte ætate ut mihi narrare solitus es in hãc usq; diẽ
oppressam debilitatã tñ magis q; fractã/adeo & illa tuũ mouit ingeniũ/ut vinci nesciat
sed perpetua quadam soliditate sua aduersus fortunæ ictus strenue pugnet. habe quæ
so nõ minus valitudinis rõnẽ q; fortunarũ qñquidẽ hæ vbi vita deficit nullæ sunt. Qđ
vero de me apud oẽs honorifice verba facias: facis tu qdẽ ꝑ tua & humanitate & vete
re in me beniuolẽtia debeoq; ob id tibi tñ quãtũ qui debet maxime. Sed vereor ne tuã
ipsemet telã retexas dũ meas ineptias & quæ mihi in ætate teneriore nugæ ꝑfluxerũt
in publicũ euocas. sunt enim ea oĩa inepta satis ineruditã vel si etiam cũ eis benignissi
me decidaẽ nõ ea certe sunt quæ eã quã de me isti hoĩnes oĩone tua opinionẽ iam forte
conceperunt substinere possint. Qualiacunq; sint mittẽda duxi ut tibi vel totius famæ
dispẽdio satisfacerẽ. te tñ rogatum velim ut hæc leuiora oĩa habeas. Nã si res tandem
desiderabis meas & grauiora habemus in manibus quæ ad vmbilicũ nõdũ ducta sunt.
Et hæc q̃q; ipsa q̃ misimus absolutiorẽ poscebãt limã. Verũ & tẽpora & philosophiæ
studia qbus maxime inuigilo ab ope me diuerterũt. Redibimus tñ aliqñ ad musas: &
si qd excuderimus tuis auribus dignũ curabimus ad te ꝑtinus delatũ iri. Vale

Ioannes Picus Miran. R. C. C. S.

m Attheus noster vir officiosissimus & salutem mihi plurimã tuis verbis dixit
& quo me amore qua beniuolẽtia ꝑseq̃re aptissime declarauit. pollicitus in
suꝑ & tuo noĩe studiũ/operãq; tuã si qñ his mihi uti contigerit. Cui officio
utinã par essem pater humanissime. Suscipi enĩ me in tuã fidẽ & inter tuos cõnumerari
& optaui semꝑ & speraui. At obtuli habere te vltro me tã benigniter tũ amicis tã libera
libus pollicitis adeuntẽ/& q̃si ad amicitiã si licet sed per te licet vocantẽ tuam/& spem
meã & votũ oẽ superauit. Quid enĩ aut q̃tũ est ab eo inuitari/a quo fuerat satis non
excludi. Quãq; fecisti rẽ & si nõ me/te tñ dignã. poterã enĩ ꝑ meis meritis nõ admitti.
Nõ poteram ꝑ tua humanitate etiã non vocari. Quãobrẽ q̃tũ aut mihi gaudeã: aut ti
bi debeã quo pacto explicẽ qui nec cõcipio. Certe ob hæc tãto magis tibi debeo quãto
minus hæc (quæ nulla ex pte) mihi tu debeas. Neq; enĩ nimis sunt illa grandia & nimis
multa quæ & Mattheus & amici reliq retulerũt ex volũtate potius q; ex iudicio meo ex
timãtes. Sed qualis tñ/aut q̃tus sum patiare me quoq; inter oẽs esse q tuas virtutes ut
taceã cætera colũt & admiranẽ ꝑ quas in te est videre & qđ vincat antiquitatẽ & qđ vin
ci a me posteritate non possit: ut dixerim hoc merito cũ in te nihil qđ vel in honesto vel
prudentia vel doctrina sit positũ desidereẽ. desiderari hoc vnũ debere ab oĩbus/ut per
te aliqñ iuxta Platonis votũ summa potẽtia cũ summa sapientia cõiungatur. Sed hæc
a deo a te interim hoc peto & rogo ut mihi non referendæ grãæ: neq; enim locus aut per
tuã amplitudinẽ aut ꝑ meã tenuitatẽ: sed testandi animi erga te mei: testãdæ fidei & ob
seruantiæ occasionẽ præstes. Experieris Ioãnẽ Picum hoĩem supra oẽm opinionem ti
bi deditũ & deuotũ/de quo polliceri magis tibi nõ potes: sed potes ea omĩa qualiacũq;
sint quæ sunt in eo qbus tu ipẽ cũ uteris splẽdoris tui aliquid inuehes/fietq; magna cũ
tua esse ceperint quæ dũ sunt mea magna esse nõ possunt. Vale.

Ioannes Picus Miran. suo Alexandro cortesio. S.

g Ratissimæ mihi fuerunt lr̃æ tuæ quas nõ ut putas ad ignotũ ignotus: sed ad
amicũ & qdẽ veterẽ amicus ne dũ ad notũ notus nuꝑ dedisti: nosti enĩ & tu
me antea ut scribis/& dignũ existimasti quẽ amares. Ego itidem de tua doctrina atq;
virtute cũ a plerisq; tũ a Politiano nostro sæpius audiui: cuius iudicio quis nõ cõfidat:
fecit ille apud me tuæ probitatis fidem facere potest & apud te ceptæ meæ iam pridem

dem beniuolentiæ. Cui quidem & si erat maxima per epistolam tamen mam eos scito
cumulos accessisse quos concipere animo vel pauci possint. Quid enim illa suauius?
quid eruditius? ut est docta: ut est amabilis & puccio nostro de me amice magis q̄ vere
loquētī largissime subscribēs. ꝓfecto nec mihi quicq̄ illa gratius a te poterat cōtingere
nec tua de me opinione quicq̄ honorificentius / ꝓ quibus vniuersis & tibi gratias ago
q̄ maximas: & quæcūq̄ aut mea / aut in me sunt debere Alexandro meo cōfitcor. epi-
stolam quā petis nostrā ad Laurentium medicē / ad te mitto.

Ioannes Picus Miran. Dominico beniuenio. S.

s Alue mi dn̄ice in dn̄i sortem electe: gratæ mihi fuerunt lr̄æ tuæ gratius ꝙ &
corā ex fratre dū hic agebat & ꝑ lr̄as ex Petro ant. nr̄o cognoui firmiori te es
se habitu corpis & meliori stomacho. Cura si nos oēs si lr̄æ tibi sūt curæ / valitudinē tuā
de q̄ ꝓfecto nō ob id tm̄ fui sꝑ sum sollicitus ꝙ te amo (amo eni vehemēter) q̄ ꝓp terea
ꝙ lr̄as amo / q̄s te cū simul periclitari & credo & certe scio. Si q̄ de nr̄a in te beniuolētia ti
bi retulit frater / fidē habeas plenissimā. si qd de nr̄is laudibus / tā parꝫ ei credas q̄ ille me
multū amat. Cōmētariolū nostrū nō est ꝙ admireris ociosi cū esse voluimus / & oīno
nihil agere id egimus animū remittētes potius q̄ intēdētes. Oīno præludiū est cōmen
tarioꝝ quæ in platonis symposiū meditamur. Erit in illis q̄d tu saltē ames & laudes qui
oīa nr̄a amas & laudas. De cōcilio / de q̄stionibus ut puto retulit frater iā nosti cur scri-
pserim me tibi laborare. q̄da me petis maxime lubens faciā / cū te intellexero ex ea q̄ la
borasti hucusq̄ corpis imbecillitate / in primā optatāq̄ valitudinē restitutū / quā tibi eo
aīo precor & opto q̄ mihi tu salutem animi precaris & optas. Vale ex fratta. x. Nouem
bris. Mcccclxxxvi.

Ioānes Picus Miran. Andreæ corneo. S.

e T si ad te lr̄as dedi aut raro aut nunq̄ / cogitaui tn̄ de te & tuis rebus aut sæpe
aut semꝑ. Sed nolo tibi spem vēdere nec prius ad te scribā qd faciā in tuā uti
litatē q̄ cū scribere potero qd ꝑfecerim. Qđ si nunq̄ ꝓ tuo vel meo infortu
nio cōtiget malo credas me nihil potius q̄ frustra in tuis rebus laborasse. Sed forte læti-
or tibi erit fortuna q̄ aut ip̄e speres aut illa soleat / carmina nr̄a nō est ꝙ tua laura moret̄
qm̄ reuocata ad incudē sūt ut præstius afformenē nec ꝑdire / q̄ nūc sunt multa audēt in
publicū. Differt aūt emēdationē instās ratio & vrgēs noui opis q̄d habeo in manibus
hortatu Laurētij medicis: in q̄ dauidicos hymnos nō solū illumino lōgiori interp̄tamē
to / sed qm̄ q̄s ecclesia decātat hi a. lxx. versi sunt interpretibus eāq̄ translationē plus q̄
sexcētis locis uti parū fidelē hebræi coarguunt: ego ꝓp[illegible]tati innixus hebraicæ & chal
daicæ lr̄aturæ cū & sensuū integritati illos ab oī iudæoꝝ [illegible]lūnia assero & defendo. Re
liquū nō est q̄d scribā: nisi ut me Hermolao quotiēs hoīem vides totiens nō vulgariter
cōmendes. facitē vir doctus & grauis laco. volateranus amari se a me vehemēter intel-
ligatā quo si epistolas simmachi ad paucos dies dū. s. exscribant̄ unq̄ impetrauero per
petuo me sibi bn̄ficio deuinciet. Vale. Mcccclxxxix.

Trāslationē psalmoꝝ hebræi calum[illegible] niant̄

Ioannes Picus Miran. Baptistæ guarino præceptori suo. S.

q Vid contrahis frontē? an ꝙ contra quā præceperis / atq̄ ideo iniuria tibi in-
scripserim præceptori. Si præceptor nō es iure tuis non sto præceptis. Si præ
ceptor es iure te appello præceptorē. Tu vero quid discipulum renuis / quē
tantopere laudas? pugnant hæc inter se nisi alterū forte amoris est / alterū iudicij: & cu-
ius laudes prædicas ex beniuolentia / eiusdē errata vereris ex consciētia: ne. s. tibi pudo-
rem faciāt / quæ possis forte laudator nō possis præceptor nō agnoscere. At recipe quæ
so me vel hac lege in participatū disciplinæ ut te ego in nostræ / si qua erit gloriolæ / par-
ticipatū admittā: plagas sustinerē solus. Sed quid frigidis iocis moror ardorem / meæ
letitiæ / quam ex tuis litteris / ex nr̄a tam graui tam honorifica laudatione concæpi. nūc
demū mihi arridet. Nūc mihi est grata heptaplus mea postq̄ sub tuo præconio / quasi
clipeo palladis iam se ostentat æmulis inuulnerabilem. Hortaris me tu ad alias hoc ge-
nus scriptiones / quod frustra faceres nisi dum mihi pleta adeo cera subscribis ignicu-

los bonæ immittens spei fecisses me ad scribendum ꝙ fuerim antea longe fortiorem:
Adeo enim tam iudicio tuo mihi confido/ ut quod totius instrumenti veteris enarran
di onus suscepi. Cui omnino sum impar iam tamen solito lōge fortius feram/ quod at-
tinet ad libros fortasse tibi melius satisfacerem si indicē haberem eorū librorum qui sūt
apud te: quoniam possent multi ad rem tuā facere/ quibus tamē non egeres: Laurentio
medici tua prædicta virtus te fecit commendatissimū. Neq; unquā inter nos mentio de
viris doctis huius ætatis/ quin plurimus in ore sit guarinus præsertim cum noster inter
uenit Politianus (interuenit autē semper) qui tibi tātum tribuit quātum nemini. Vale
nostrorum optime atq; doctissime: & pictorium nostrum cōmunes delicias quantum
potes meo nomine saluere iube.

Ioannes Picus Miran. Antonio picimāno. S.D.

n Ihil tota vita mihi fuit iucundius his litteris quas nup a te accepi plenas amo
ris officij humanitatis ita sim fœlix ut te non fallo/ nisi mihi ille forte dies iu-
cundior quo me ipse & Grimānus nescio tuus an meus magis: & conueni-
stis amice; & honorifice salutastis: ꝙꝙ enim velut personā mutuati nō qui eratis; sed
quasi nescio quos lepido cōmento nominū mihi vos exhibuistis; suauissimū tamen
uestrum ingeniū singularis doctrina/ amabilis grauitas/ liberalis modestia/ ingenium
os lepidissimus sermo. Grimannū mihi & Picimannū apertos verosq; repræsentabāt.
Quare etsi ipsa falli nomēclatura fraudari tamen voluptate nō poteram/ quæ mihi ex
vobis debebatur: dissimulare nomina potuistis/ virtutē non potuistis: quæ suo se ꝓdit
fulgore & latere nescit. Illa de rebus physicis tam grauis tractatio / illæ acres contor-
tæ argumentationes illa iudicia castigatissima quos poterant alios ꝙ vos ipsos mihi de
nunciare: Gratulabar ego mecū met tacitus cum vos audiebam / ætati nostræ quæ nō
vnū ut putabam grimānū non vnū Picimannū: sed duos Grimānos duos Picimānos
fecūdior ꝓtulisset, ut autem mihi noster Politianus quinā fuissetis indicauit iam nō tā
ætati meæ ꝙ meo cœpi iudicio gratulari; ita mihi agnouisse in vobis omnia sum visus
quæ in illis; idest vobis cōstantissimo esse omniū testimonio deprehēderā. Sed videut
me agunt transuersum & a tua epistola ad se vestræ laudes abducant; ꝙꝙ & illa eodē
quoq; vocat vel nolētem; sed reprimā me ne videar quasi mutua opera velle laudibus
satisfacere: quibus tu plurimis me cumulasti quæ siue ex animi sunt propensione/ siue
ex iudicio nescio honori an voluptati mihi maiori fuerint. Debeo plurimū mi picimā-
ne animo isti erga me tuo. S[illegible] fac quæso tu quoq; si qn̄ accidit de me periculū/ de mea
ꝗ. in te volūtate. Cognosces [illegible]ominē ita amātē tuæ virtutis & studiosum ut nec ipsi gri
māno tuo primas in te amādo sim cōcessurus. Vale. die. ix. Iulij. Mccccl xxxix

Ioannes Picus Miran. Ignoto amico. S.D.

q Visqs es noster eris/ postꝙ Roberto saluiato nr̄o/ ut per eius accæpi singra-
pham es cōiunctissimus legi lr̄as tuas ad metridatem quas illi absenti redde
re nō potui. Amare te in illis cœpi nō tam iam eo nōie ꝙ te Robertus amat
ꝙ ꝙ te amare lr̄as (Et ꝙ est principalius) sacrarū rerū & legis studiosum esse cognoui.
Et quoniam de his quæ petebas visus sum mihi posse aliqua ex parte tibi satisfacere ut
hinc bene nostrā auspicarer amiciciā/ volui quid ego sentirē tibi significare. Quod cer
te facerē longe locupletius/ si hic illos meos omniū hominū amicos. i. meos libros ha-
berē quos cōsulerē: sed m eilli iā Romā quasi anteambulones dn̄m præcesserūt. & ego
ipse hæc petasatus iam & caligatus in ꝓcinctu cū essem ad te dedi tam familiariter ꝙ fe-
Ioseph iustū apud hebræos nō repiri stinātet. quod petis de Iosepho scias iustū Iosephū apud hebræos non reperiri. Sed Io-
sephi epithoma. i. breuiariū quoddam in quo & multa sunt cōmentitia: & quæ de de-
cem tribubus ibi legūtur quæ post babylonicā captiuitatem postliminio nō redierunt
ea esse notha & adulterina ex hebræis mihi plures confessi sunt. Quapropter illorū Io-
sepho nulla oīno fides adhibēda. In Iosepho græco scio esse quædā quæ de Christo &
fidem & honorificā faciant mentionē; Sed eadē esse penitus cum his quæ in latinis co-

dicibus leguntur/nõ assererẽ nisi exẽplar græcum cuius hic mihi nulla est copia recens
legerẽ:& ut ad ea veniam quæ de chaldæorũ hebræorumq; litteris desideras:percuncta
tus sum ego sæpe in mithridatem & multos hebræos de his quæ apud Hieronymũ in
galeato prologo legũtur vbi ille scribit eosdem olim fuisse samaritanorum & hebræo-
rum characteres. Esdrã autem post instaurationẽ templi sub zorobabel alias adinue-
nisse litteras quæ nũc sunt in usu nescios se huius mutationis oẽs prædicãt/&(quod
est maius) pro cõperto habẽt hisdem quibus nunc utimur in hebraica litteratura api-
cibus usos & Mosem & patriarchas antiquos oẽs. Cui sententiæ ut nunc mihi subue
nit fidem maximã facit scientia cabalæ: cujus scriptores qui cum ipso Esdra in synodo
fuerunt sub ipsis litterarum characteribus & figuris quibus nũc legẽ descriptam habe-
mus dissimulasse Mosem diuina mysteria/& volunt & ꝓbant quod esse nullo modo
posset si alijs Moses ab his quibus nũc utimur characteribus usus fuisset. Quo tamen
tutari dictum Hieronymũ possim: hoc vnũ habeo quod nuper legi in cõmentarijs li-
bri quẽ pater antiquus Abraam de creatione edidit: dum enĩ duas illas & triginta por-
tas/quarum meminit auctores interpretãtur/dicunt numerũ illum ex decem nume-
rationibus & duabus ac viginti litteris cõflari. Reliquas autẽ litteras quæ sunt mensa-
de/phe:chiaph. & nunc; duplices dicũtur quarum characteres sunt ab
episcopis siue præfectis additas fuisse. hoc forte Hieronymus intellexit: cuius testimo-
niũ & haberi apud omnes oĩbus in rebus debet:& habetur profecto apud me sanctis-
simũ. Alphabetũ chaldaicum quod petis/ nec a mithridate impetrasses nihil per illum
licet ut a me impetrare possis: a quo posses omnia. Nam ille docere me chaldaicam lin-
guam nulla voluit ratione nisi adiuratũ prius/& quidem cõceptis verbis/ ne illam cui-
quã traderem: facere fidẽ huius rei tibi potest noster Hieronymus beniuenius: qui cum
adesset forte dum me ille docebat/furens mithridates hominẽ eliminauit. Sed ne fru-
stra omnino scripseris vicariũ habeas pro chaldaico arabicum alphabetum/ quod mea
manu tibi annotatũ mittitur. Reliquũ quod scribã nihil est nisi me tui quisquis sis/esse
nõ posse non amantissimũ/si ego te amantissimũ esse bonarum artiũ intellexero. Va-
le ex fratta. x. Nouembris. Mcccclxxxvi.

De lris hebraic cõtra Hieronymũ

Ioannes Picus Miran. Io. Francisco Pico nepoti. S.

F Elix es fili quando nõ solum id tibi tribuit deus ut bene viuas: Sed ut be-
ne viuens a malis tamen ob id maxime/quia bene viuis/interim male au
dias. æqua enĩ laus a laudatis laudari/ & improbari ab improbis. Sed nõ
propterea te fœlicem appello/quia hæc tibi calumnia gloriosa est: sed quia dominus Ie
sus qui verax: immo ipsa veritas est futuram affirmat mercedem nostram copiosam
in cælis cum maledixerint nobis homines: & dixerint omne malũ aduersus nos men-
tientes propter eum. Apostolica/si nescis/hæc dignitas est. Dignũ haberi qui pro euan
gelico nomine ab impijs infameris. Quando apostolos legimus apud Lucam gauden
tes a conspectu abijsse consilij: quia digni habiti essent quibus ꝓ nomine Iesu cõtume-
lia irrogaretur. Gaudeamus igit̃ & nos si tanta apud deum gloria digni sumus: ut eius
gloria in ignominia nostra manifestetur. Et si quid a mundo durum patimur ac mole-
stum/dulcissima illa domini vox nos consoletur. Si vos mundus odio habet/scitote/
quia priorem me vobis odio habuit. Si mundus illum odio habuit per quem factus est
mundus/ nos vilissimi homũtiones: & si flagitia nostra pensitemus dignissimi omni-
bus usq; adeo ꝓbris/si quis detrahat/si quis maledicat ægre feremus ut ne ille maledi-
cat/male agere ipsi incipiamus. Excipiamus hæc potius alacres maledicta/& si non ea
fœlicitas nostra est ut pro virtute/pro veritate/ quemadmodũ olim heroes nostri/ ver-
bera/vincula/carceres/gladios sustineamus/satis nobiscũ bene actum putemus si vel
conuicia hominũ improborum/detractiones/ odia patiamur ne omni nobis merendi
occasione sublata/præmij etiã spes reliqua nulla sit. Si bene viuentem te homines lau-
dent: porro virtus hæc tua quatenus quidem virtus est similem te christo facit: sed qua

Aduersitatẽ patiẽter docet tolerãdã

Contra applausu mundanorum

tenus laudata est/facit dissimilem: qui praemiũ suae virtutis ab hominibus mortem cru
cis accepit: ꝓpter quod & deus: ut inquit apostolus exaltauit eum / & dedit illi nomen
quod est super omne nomẽ. Optabilius igiť crucifigi a mũdo ut exalteris a deo/ ꝙ ex-
altari a mundo ut iudiceris a deo. Ille enim crucifigit ad vitam. hic exaltat ad gloriam;
ille exaltat ad casum; hic iudicat ad gehẽnam. Deniq; si tibi mundus applaudit fieri vix
potest; ut virtus quae tota sursum erecta solum deũ debet habere cui placeat plaudien-
ti se paulisper hominũ gratiae nõ inclinet: & si de sua etiam integritate nõ perdit: perdit
tamen nõ de praemio; quod cum in terris incipit persolui vbi om̃ia sunt exigua/ minus
erit in coelo vbi om̃ia sunt immẽsa. Foelices contumeliae quae nos tutos reddunt ne aut
iusticiae flos pestifero inanis gloriae flatu marcescat / aut popularis rumusculi vano au-
ctoramento aeternitatis stipendia nobis imminuãtur. Amplectamur fili has contume-
lias / & de sola ignominia crucis dñi fideles serui sanctissima ambitione superbiamus.
Praedicamus inquit Paulus christũ crucifixũ hebraeis quidẽ scandalum / gentibus stul-
ticiam / nobis autẽ dei virturẽ & sapientiã. Sapientia ista mundi stulticia est apud deum
& stulticia christi illa est quae sapientiam vincit mundi per quã placuit deo saluos face-
re credentes: si insanos eos esse nõ dubitas qui virtuti detrahunt tuae: & christianam vi-
tam / hoc est sapientiã insaniam vocant: cogita quanta tua esset insania: de insanorum
iudicio a recte vitae instituto dimoueri: cum error omnis emendatione tollendus / non
imitatione augendus sit; hiniant illi / baubentur / allatrent / tu ceptum perge iter intrepi-
dus: & de illorum nequitia atq; miseria quãtum ipse debeas Deo perpende. Qui seden-
tem in vmbra mortis illuminauit / & de illorum coetu translatũ qui in densissimis tene-
bris deuij huc illuc sine duce bacchãť / filijs lucis associauit. Sonet vox illa domini sua-
uissima in auribus tuis semp; sine mortuos sepelire mortuos suos / tu me sequere. Mor-
tui enim sunt qui deo nõ viuunt / & in hoc temporariae mortis spacio / laboriosissime si-
Cõtra filios huius saeculi bi aeternam mortẽ acquirunt. A quibus si petas quo tẽdant quo sua studia opera curas
referant; quẽ deniq; finem sibi praestituerint; in cuius adeptione foelices futuri sint / aut
nihil omnino habebunt quod respõdeant / aut pugnantia secum cõtrouersaq; sibijpsis
verba velut phanaticorũ deliramenta loquẽtur. Neq; enim sciũt ipsimet quid agant/
sed more eorum qui fluminibus inhatant / male importatae consuetudinis vi / quasi tor-
rentis impetu feruntť; & hinc caecante eos nequicia / unde ad malum. Sathana extimu-
lante ruunt praecipites in omne facinus coeci duces coecorũ / donec improuisa eos occu-
pet mors / & dicat eis: Amice hac nocte repetent animã tuam a te: haec autẽ quae para-
sti cuius erunt. Tunc his inuident quos despexerunt / laudant quos deriserunt; & imi-
tari eos vellent cum nõ possunt / quos dum poterant sequi / persequi maluerũt. Obde
igiť fili carissime auribus ceras / & quicquid dixerint / quicquid senserint homines dete-
ꝓ nihilo habens solum iudiciũ dei specta: qui redde vnicuiq; secũdum opera sua / in re-
uelatione sua de caelo cum angelis virtutis suae / in flamma ignis faciens vindictam in
eos qui non vouerũt Deum / nec paruerunt euangelio eius. Qui poenas (ut ait aposto-
lus) dabunt in interitu aeternas a facie domini: & a gloria virtutis eius cũ venerit glori-
ficari in sanctis suis / & ad mirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. Scriptũ est nolite
timere qui corpus possunt occidere. Sed qui animã potest mittere in gehẽnam. Quan-
to minus hi tibi timẽdi sunt qui nec corpori tuo possunt nocere / nec animae; qui si nũc
tibi detrahunt ex ratione viuenti; nihil detrahẽt minus si relicta virtute vitijs obruaris;
nõ quia illis viciũ displicet / sed quia detrahẽdi viciũ illis semper placet. fuge si tua salus
Duodecima regła: ꝑpterea q̃ tentaris ne credas te a deo derelictũ aut deo parꝫ gratũ esse: aut parꝫ iustum & ꝑfectũ. memor sis q̃ postq̃ Paulus vidit diuinã essentiã patiebatur tentationẽ carnis: quia ꝑmittebat deus eũ tentari: ne de suꝑbia tentaretᷣ: in quo etiã homo debet aduertere q̃ Paulus qui erat vas electionis & raptus usq; ad tertiũ cælum: tñ erat in periculo ne de suis virtutibus suꝑbiret: sicut ipse dicit de se ne magnitudo reuelationũ extolleret me datus est mihi stimulus carnis meæ qui me colaphizet. Quare super omnes tentationes homo debet maxime se munire contra tentationem suꝑbiæ: quia radix omniũ malorum superbia est: cõtra quod unicum remedium est: cogitare semper q̃ deus se humiliauit pro nobis usq; ad crucem: & mors nos vel inuitos eousq; nos humiliabit ut simus esca vermium.

¶ Duodecim arma spiritualis pugnæ quæ in promptu haberi debent cum peccandi libido mentem subit.

Voluptas breuis & exigua	Aeternum præmium: æterna pœna.
Comites fastidium & anxietas.	Hominis dignitas & natura.
Iactura maioris boni.	Pax bonæ mentis.
Vita somnus & umbra.	Dei beneficia.
Mors instans & improuisa.	Crux christi.
Suspitio impœnitentiæ.	Testimonia martyrũ & exempla sanctorꝫ.

¶ Duodecim conditiones amantis.

Amare unum tantum & contemnere omnia pro eo.

Infœlicem putare eum qui non est cum amato.

Omnia pati: ut cum illo sit: etiam mortem. Ornare se ut illi placeat.

Esse cum illo quomodo potest: & si non re saltem cogitatione.

Amare omnia quæ ad eum attinent: amicos omnes: domus: vestes: imagines.

Cupere laudes nec posse pati aliquam eius ignominiam.

De eo credere omnia summa: idemq; cupere ut omnes credant.

Optare etiam pro eo pati aliquod incommodum & dulce esse illud incommodum.

Flere cum eo sæpe: vel si absens ex dolore: vel si præsens ex lætitia.

Semper languere semper ardere eius desiderio.

Seruire illi nihil cogitando de præmio aut mercede. Solemus autẽ ad hoc induci præcipue ex tribus causis. Prima est quando seruitium ipsum per se est appetibile. Secunda qñ ille cui seruimus est in se valde bonus & amabilis: sicut solemus dicere seruimus illi ꝑpter suas virtutes. Tertia est: qñ ille prius q̃ inciperes multa tibi beneficia contulit: & hæc tria sunt in deo: quia pro seruitio eius nihil nouiter accipitur quod nõ sit nobis bonum: & quo ad animam: & quo ad corpus: quia seruire ei non est aliud q̃ tendere ad eum: hoc est ad summum bonum. Similiter ipse est optimus & pulcherrimus & sapientissimus: & habet omnes conditiones quæ solent nos mouere ad amandum aliquẽ: Tria q̃ nos ad amorem dei ĩpellunt.

& seruiendum ei gratis: & in nos contulit summa beneficia cum nos: & ex nihilo creauerit: & per sanguinem filij sui ab inferno redemerit.

Conserua me domine.

Expositio psalmi Conserua me de⁹

Proprij status cõsideratio.

Si quis perfectus vult recognoscere statum suum: unũ habet periculum ne de sua virtute superbiat. Ideo Dauid loquens in persona iusti de statu incipit ab hoc verbo: Conserua me: quod recte consideratum omnẽ amouet occasionem superbiæ: nam qui potest aliquid ex se acquirere potest & illud ex se sibi conseruare. Qui ergo petit a deo cõseruari in statu virtutis significat per hoc ꝙ nec a principio ipsam virturem ex se acquisiuit: qui autem recordatur virtutem se consecutum: nõ virtute propria: sed virtute dei nõ potest de ea superbire: sed magis humiliari coram deo. iuxta illud Aposto. Quid habes ꝙ nõ accepisti: & si accepisti quid gloriaris: quasi nõ acceperis: duo sunt ergo verba quæ semꝑ habere debemus in ore: alterũ. s. Miserere mei deus cũ. s. recordamur peccatoꝝ. Alterũ est. Conserua me deus. s. cum recordamur virtutum.

Quoniam speraui in te.

Quę faciãt petita impetrare.

Hæc una res est q̃ facit nos a deo impetrare qđ petimus: quũ. s. nos impetraturos speramus. Et si duas has cõditiones obseruabimus: ut nunq̃ petamus a deo nisi ea q̃ nobis sunt salutaria: & ut id qđ petimus ardenter petamus cum firma spe ꝙ deus nos exaudiat: nunq̃ erunt irritæ orationes nostræ. Quũ igit̃ nõ impetramus est aut ꝙ illud nobis est noxium: nescimus eñ quid petamus: ut inquit Christus: & Ihesus dixit: Quicquid petieritis in nomine meo dabit̃ vobis: hoc eñ nomen Iesus saluatorẽ significat: & ideo nihil petitur in nomine Iesu: nisi quod est ad salutem ipsi petenti. Aut nõ exaudit: quia si bona petimus: nõ eñ bene petimus hoc est cum parua spe: qui autem timide sperat frigide petit: ideo dicebat Iacobus: postulet autem in fide nihil hæsitans.

Dixi domino deus meus es tu.

Postq̃ muniuit se contra superbiam incipit describere statum suum. Totus autem status iusti consistit in hoc verbo: Dixi domino deus meus es tu. Quod verbũ licet videatur fere omnibus cõmune: pauci tamẽ sunt qui illud possint vere dicere: Illud eñ quis habet ꝓ deo quod habet ꝓ summo bono: & illud habemus ꝓ summo bono: quo solo habito si cætera desint putamus nos esse fœlices: & qđ unũ si desit etiam si habeamus omnia alia bona putamus nos esse miseros. dicit igitur auarus pecuniæ. Deus meus es tu: quia etiam si ei desint honor & sanitas: & virtus: & amici: modo pecuniã habeat cõtentus est. Et si habeat omnia illa bona quæ diximus & pecunia desit: putat se esse infœlicem. Gulosus item crapulæ: & incontinens libidini: & ambitiosus imperio siue gloriæ dicit: Deus meus es tu. Vide igitur q̃ pauci possint dicere. Dixi domĩo deus meus es tu: quia ille solus hoc potest cui solus deus sufficit: ita ut si ei proponant̃ omnia regna mundi & cælestia omnia: & terrena bona: nõ tamen ut illa consequeretur vel semel deum offenderet: in hoc igitur dicto consistit totus status hominis iusti.

In quo consistat totus hoĩs status.

Quoniam bonorum meorum non eges.

Reddit ratione ꝓpositi sui: quare. s. soli domino dicat: Deus meus es tu. Ratio aũt q̃m solus deus bonis nostris nõ eget: nulla eñ creatura est quę nõ indigeat alijs creaturis q̃ ea imperfectionibus: ut ꝓbãt philosophi & theologi: quia si ille nõ essent: ista nõ essent quia destructa una parte uniuersi destruitur totũ uniuersum: Destructo aũt destruunt̃ omnes partes: omnes aũt creaturæ sunt partes vnius uniuersi: cuius uniuersi ipse deus non pars est: sed principium nihil ab eo dependens: nihil eñ acquisiuit deus ex hoc ꝙ creauit mundum: & nihil perderet si totus mundus annihilaretur. Solus ergo deus bonoꝝ nostroꝝ non eget. Debemus aũt erubescere illum habere pro deo qui bonis indiget nostris: qualis est oĩs creatura. Præterea nõ debemus habere pro deo: hoc est pro summo bono nisi illud in quo est summũ bonũ: in nulla autẽ creatura est omne bonũ. Soli igitur domino debemus dicere: Deus meus es tu.

Sanctis qui sunt in terra.

Post deum maxime debemus amare illos qui sunt deo maxime coniuncti: quales sunt angeli & beati in patria. ideo postq̃ dixit dn̄o: Deus meus es tu; subdit ꝙ deus:

Mirificauit voluntates suas.

Hoc est mirabiles fecit amores eius & desideria eius erga sanctos qui sunt in terra eius: hoc est in cælesti patria quæ dicitur terra dei & terra viuentium: & vere si consideremus quanta sit illius patriæ fœlicitas: quantaq; huius mundi miseria: quanta ciuium illorū bonitas & claritas desiderabimus semper hinc discedere ut illic habitemus. Hæc autem & similia cum meditamur illud semper curare debemus ne infructuosæ sint meditationes nostræ. Sed ex qualibet meditatiōe aliquam semper acquirere virtutem debemus: ut ex hoc videlicet de bonitate illius patriæ superioris debemus acquirere virtutē hanc ut mortem non solum fortiter feramus & patienter cum venerit hora nostra: aut si pro fide Christi nobis obeunda sit. Sed ultro etiā eam appetamus cupientes; scilicet ex hac valle miseriarꝫ discedere ut in illa fœlici patria cum deo & sanctis eius regnemus. Cum ergo iustus descripsit statum suum qui totus est in effectu erga deum & diuina despicit q̃ ex alto statum hominum malorꝫ: & dicit.

Meditatio nū fructus

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum.

Per infirmitates autem intelligit idola; & ita habet textus hebræus: sicut enī bonus unū habet deum quem colit: ita mali multos habent deos & idola: quia multas .s. voluptates: multa desideria vana: passiones diuersas quibus seruiunt: ideo autem multas quærunt voluptates; quia nullam inueniunt quæ eos quietet; & ideo in circuitu impij ambulant: & subdit postea acclamauerūt: quia .s. post sua desideria præcipites ruunt & inconsiderate: unde edocemur ut nō minus ipsi celeriter curremus ad virtutes q̃ ipsi currant ad vitium: nec domino nostro minus diligenter ipsi seruiamus q̃ ipsi seruiant domino suo dyabolo. Iustus autem considerans statum malorꝫ proponit firmiter sicut & nos semper debemus facere: nullo modo velle eos sequi; & dicit.

Quare peccatores non quietantur in suis voluptatibus.

Non cōgregabo cōuenticulam corꝫ de sanguinibus: nec memor ero nominū.

Dicit autem de sanguinibus: tum quia idolatræ solebant collecto sanguine victimarū circa eum suas agere cerimonias: tum quia tota vita malorꝫ relicta ratione sensualitatē sequitur quæ in sanguine sita est. Dixit autē ꝙ non solum vult sacrificare idolis: sed nec nominare ea: quod tantū dici & fieri potest ostendens per hoc ꝙ non solum homo perfectus debet abstinere ab illicitis voluptatibus sed etiam a licitis ut magis totus ferat̄ in cælum: & contemplationi diuinorꝫ purius vacet; & quia aliquis posset credere ꝙ esset stultitia priuare se omni voluptate subdit.

Sensus in sanguine

Dominus pars hæreditatis meæ.

Quasi dicat nō mireris si omnia alia relinquo ut deum possideam in quo etiam alia demiq; bona possidentur: debet hæc esse vox cuiuslibet boni christiani: Dominus pars hæreditatis meæ; quia nos Christiani quibus deus ipse pro hæreditate promittitur: debemus erubescere aliquid præter ipsum desiderare; & quia posset videri alicui præsumptio audere hæc sibi promittere; idem subdit.

Tu es qui restituis hæreditatem meam mihi.

Quasi dicat domīe deus meus bene scio ꝙ cum nihil sim respectu tui viribus meis nō possum ascendere ad te possidendum. Sed tu es qui trahes me ad te per gratiam tuam: & tu es qui teipsum dabis mihi possidendum: consideret deinde iustus quanta sit hæc fœlicitas ut ei deus pro hæreditate contigerit; subdit:

Funes ceciderunt mihi in præclaris.

Partes enim & sortes antiquitus per funes diuidebantur: & quoniam multi sunt qui licet ad hanc fœlicitatem sint vocati sicut sunt omnes christiani: ipsam tamen nihil faciunt: utpote pro leui sæpe voluptate commutant; ideo subdit.

Sortilegiū per funes

Hæreditas mea præclara est mihi.

Quasi dicat sicut ipsa est pręclara; ita ego eam præclaram reputo; & oīa alia respectu

eius: ut dicebat Paulus: sicut stercora repeto: qm̃ autem habere hoc lumen intellectus: ut homo cognoscat fœlicitatem sibi adeo datam donum dei; & ideo subdit.

Benedicam dominum qui tribuit intellectum.

Quoniam autem sæpe homo iudicat secundum rationem seruire deo: sensualitas aũt & caro repugnãt; tunc aũt homo perfectus est; ut non solum anima eius sed & caro in deum ferunt: iuxta illud; Cor meũ & caro mea exultauerũt in deum viuũ: ideo subdit.

Et usq; ad noctem increpuerunt me renes mei.

Idest renes ipsi in quibus maxima solet esse inclinatio ad cõcupiscentiam: nõ solum inclinant me ad malum: sed potius increpant: hoc est retrahunt etiam usq; ad noctem. i. eousq; ut etiam ipsi vltro proprium corpus affligant. Afflictio eñi sæpe per noctem solet designari; ostendit deinde quæ sit radix tantæ priuationis: & dicit.

Prouidebam deum semper in conspectu meo.

Nam si quis deũ semꝑ habere ante oculos ꝓ regula oĩm operationũ suarꝝ: & in oĩbus operationibus suis; nec propriã vtilitatẽ: nec gloriã: nec voluptatẽ quæreret: sed solum ut deo placeret breui ꝑfectus euaderet: & quia q ita agit sꝑ in oĩbus ꝓsperat: ideo dicit.

Ipse a dextris est mihi ne commouear.

Ostendit deinde quanta sit fœlicitas iusti viri; quia scilicet erit in æternum fœlix & in anima & in corpore; ideo subdit propter hæc.

Lætatum est cor meum.

Idest anima mea læta est sciens post mortem sibi cælum esse paratum.

Et caro mea requiescet in spe.

Idest ꝙuis ipsa nõ lætet; quasi acceptura statim post mortẽ statũ suũ; requiescit tñ in sepultura cũ hac spe ꝙ resurget in die iudicij cum aĩa sua ĩmortalis & splendidissima; & hoc totũ declarat in sequenti versiculo: nã quia dixerat ꝙ aĩa lætabat; subdit rationẽ.

Quia non derelinques animam in inferno.

Et quia dixerat ꝙ caro requiescebat in spe; subdit rationem dicens.

Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Quia siue & ꝙ fuit corruptibile resurget incorruptibile; & quia Christus fuit primus qui intrauit paradisum: & nobis vitam aperuit; & fuit primus qui resurrexit; & resurrectio eius est causa nostræ resurrectionis; ideo ista quæ diximus de resurrectione principaliter de Christi intelligunt; sicut declarauit Petrus Apostolus: & secundario intelligi possunt de nobis inquantum sumus membra Christi: qui solus non vidit corruptionem: quia corpus eius in sepulchro putrefactum non fuit; qm̃ igitur via beneuiuendi ducit nos ad perpetuam vitam animæ & corporis; ideo subdit.

Notas mihi fecisti vias vitæ.

Et quia tota fœlicitas huius vitæ consistit in aperta visione & fruitione dei; ideo subdit

Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.

Et quia fœlicitas in æternum durabit; ideo subdit

Delectationes in dextera tua usq; in finem.

Dicit autem in dextera tua: quia fœlicitas nostra completur in visione & fruitione humanitatis christi qui sedet in dextera maiestatis in excelsis; iuxta illud Ioannis. Hæc est tota merces ut videamus deum & quem misisti Iesum Christum. ¶ Finis.

COMMENDATIONES IOANNES PICI MIRANDVLAE.

Matheus Bossus Canonicus regulis vir doctus & eloquens in procemio suarum recuperationum fesulanarꝝ de quodam suo dialogo prius edito verba faciens ad Io. medicem cardinalem sanctæ Romanæ ecclesiæ, ita inquit cum eodem ipso Politiano nec inuitus legit semel & pluries ad calcem usq; insignis & clarissimus Ioannes Mirandula; cuius ingenium super humana omniphariamq; doctrinam omnes obstupescunt; & a cuius integritate animiq; nitore omnis abest halucinatio palpansq; confessio.

Ex epistola Angeli Politiani ad Picum qua defendit locos ab Hermolao damnatos in suis commentationibus.

Quo circa tu mihi nunc adeundus mi Pice doctorũ omniũ doctissimus nõ quidem ut iudex sed arbiter honorarius: qui videlicet inter amicos disceptantes litem dirimas.

¶Baccius Vgolinus Roberto saluiato.S.

[m] Erito te Roberte docti diligũt: quos miro quodã ardore coluisti semp: & studiosi oẽs amant: quos nõ modo opera sed & impensa iuuas: ut cõmodius proficiant: ego vero & si nec doctis: nec studiosis quidem annumerandus: plurimũ tamẽ tibi debere me fateor: ꝙ per te nobis vel remotioribus copia facta sit diuini admodum operis editi nuper a Pico Mirandula viro sane prae oĩbus qui sint: quiq̃ fuerint admirando: quẽ recte nõ iam Picum: sed suam vocat phoenicem in sacra medicũ lauro nidificantẽ Politianus meus: aliud aetatis nostrae miraculum. Illius tu librũ de septiformi sex dierũ geneseos enarranõe verae philosophiae & xp̃ianae religiõis argumentũ magno Laurentio medici patrono meo dicatũ cũ diligentissime imprimendũ tũ ad loca diuersa: ac distantia transmittendũ: & plurimis eius lectionis percudis: vel gratis habendũ curasti. Quos inter & mihi contigit: per Victorium caianum tuũ hominẽ: multi ioci: multaq̃ suauitate aspersum: & salibus optato hoc munere potiri: hoc tuũ in viros claros studium: hanc in oẽs virtutis amatores officiosam liberalitatẽ: qui nõ laudet & gratiore affectu ꝓsequat̃, Is ab omni humanitate discors: & ea litterarũ consuetudine alienus ꝓculdubio est habendus: nõ eñ publicae utilitati consuli amantius: rectius celeriusue potuit. Quare hoc apprime tibi esse exploratum velim: haud tenui mercedẽ sumpsisse te huiusmodi prouinciam: cum inde & bonorũ gratiam: & non mediocrem gloriam sis consequutus. Vale. Neapoli. xij kalendas Aprilis. M.cccc.lxxxx.

¶Iunianus maius Roberto Saluiato.S.D.

[q] Vod Ioannis Pici Mirandulae diuinũ opus: nõ minori cura imprimendum curasti: q̃ ille cõscrip̃sit & tuae plurimũ gratiarũ diligentiae: & illius diuinae doctrinae habendum puto. Tibi ꝙ tam sublime opus inter tenebrarũ obliuia delitescere passus nõ sis: qui una opa & amici perpetuitati: & cõmuni oĩm utilitati consuluisti. Illi autẽ ꝙ neq̃ priscorũ virorũ auctoritate vel sanctitate: qui haec eadẽ enarrarũt deterritus: neq̃ aliorũ insectatus vestigia suo quodã lumine: illa eadẽ collustrauit. Nam cũ primũ tam reconditũ: & a multorũ cognitiõe remotũ opus ad meas peruenit manus: diligentius id legere coepi. qđ nõ modo cũ admiratione attulit voluptatẽ: verũ etiam & eo sublimitatis cõtemplantẽ euexit animũ: ut neq̃ admirabilius neq̃ enucleatius quid unq̃ viderim: aut audierim. Quippe cuius ingeniũ sup̃ caeterorũ acumina praestat: scientiarũ indaginẽ incredibilem callet: & rerũ omniũ cognitionẽ supra q̃ credibile sit iam habet istac p̃sertim aetate qua paululum pubertatẽ egressus: tantã rerũ noticiam adeptus est: quantã etiã doctissimis & aetate ꝓuectis attingere nõ licuit. Quã ꝓpter oĩm bonarũ artium: atq̃ scientiarũ sacrũ domiciliũ: & nostri saeculi miraculum noĩare verebor nunq̃: p̃sertim cũ operis recõditos sensus a paucis hoĩbus excogitatos rerũ ꝓgressus naturae & dei patefacta tabula: & tandẽ summi opificis arcanas opes iam in ꝓpatulum editas accuratius lego: q̃ quid admirabilius unq̃ audiuerim ignoro: aut qđ altius legerim nescio. Cum phõs inter & Mosen: qui diuerso inter se itinere rerũ opificium contexabãt iam pacẽ initã & naturę & dei quaedã cõiuncta foedera siue cõtrouersia cõprehendant: sed hoc altius repetendũ: atq̃ verbosius explicandũ in aliud tẽpus reseruo. Venio ad te mi Roberte vir quidem egregie: quẽ ex tuis scriptis unice diligo: quae q̃uis paucula sint: tamen tale tuae virtutis specimen ostendunt: ut nõ minorẽ ꝓuenturã ingenij frugem: q̃ gratiorẽ nunc flosculorũ spem offerũt: polliceant̃. Sic itaq̃ tuũ scito Iunianum: & si qua deinceps de tuis ad me scriptis dederis: nõ minus tuarũ rerũ praeconẽ: q̃ ob id ipsum tui amatorẽ scias. Victorius itaq̃ tuũ praedicat ingenij praestantiã: tuamq̃ harũ literarũ eruditam humanitatẽ: ut eadem cupere ꝓuocet & praedicare: Vnũ tamen rogo ut quẽ Victorius blandis hortationibus ad amandum inuitauit: tu tua humanitate quã profiteris & amplecteris ꝓsequi nõ desistas. Quo circa meam excitabis desidiam;

ut sæpius ad te scribam: modo nostra nō asperneris. & si ex verbis nostri victorij meam nō possis habeas amicitiam necessitudinis vinculo ad te omni officio ꝓsequendū ꝓuocabis. Nihil est eñ qd' malim q̄ cum ingenuis & doctis viris mutuo amore & literarū mutatione concertare. Tuum Mirandulam: quē humanitatis columē prædicas & ipse naturæ delicias appellare audeo: mihi a se amari cupienti amicum reddas: & saluum ex me dicas. Vale Neapoli. pridie nonas Iunij. M. cccc. lxxxx.

¶ Ex Miscellaneorum Angeli Politiani procemio.

De isto eñ præ cunctis admirando: non pico iam: sed (ut ipse appellare soleo) phœnice potius qui nunc in tua Lauru nidificat. tanta mea quidem expectatio est ut ausim Propertio succinere: Cedite Romani scriptores cedite grai.

¶ Item ex capite eiusdem operis. xiiij.

Vt idem & comparit & ostendit Ioannes Picus Mirandula meus unus omniū prorsus ab omni parte beatissimus. in opere singulari atq; admirando: quo psalmus a septuaginta verso s isto notatꝫ præcipue argumento docet hebraicæ veritati respondere. Ne iam in salutare iudæus aut obijcere possit ea nos in templo singlis canere horis quæ ne ipsi quidem satis versa fideliter existimemus.

¶ Item ex capite eiusdem operis. lxxxx.

Qualis est item Ioannes Picus hic meus e mirādulanis pīcipibus: absolutissimū naturæ opus: a q̄ philosophia latine iam meditans loqui summū puto fastigium accipiet

¶ Item ex capite eiusdem operis. lxxxxiiij.

Percurrimus aliquādo ego & Picus hic Mirandula nunq̄ satis homo laudatus subsiciuis horis antiquos enarratores instrumenti sacri veteris: græcos maxime Diodorū philonem: Gennadium: Aquilam: Origenem: Basilium: Didimum: Isidorum: Apolinarem: Seuerianum: alios id genus complutis: quorꝫ ille sicuticq; latinorꝫ sententias omnes: quam diligentissime cum iudæorꝫ & chaldeorꝫ interpretatum conferens opinionibus: nihil non euentilat & pensiculat: unde modo: aut veritas elici: aut obscuritas tolli: aut roborari fides: aut refelli possit impietas.

Ex libro de scriptoribus ecclesiasticis Ioannis Abbatis Spanemensis.

Ioannes Picus natione Italus: Comes Mirandulæ: & concordiæ dominus: virorū bonæ litteraturæ studiosissimus: & sicut præclaro sanguine: ita diuino admodum ingenio nobilissimus: magna familiæ omnigenum artium stipatus caterua: dignus & optime meritus cuius profectionē musæ sequantur: doctissimus nostra ætate philosophus est: atq; disputator acerrimus. Scripsit stilo elegantissimo nonnulla: quæ ætas nostratum comprobare tum vel maxime admirari habebit: quibus nominis & gloriæ suæ memoriam non indigne sempiternam reddidit.

Ex compendio reuelationum doctissimi: & sanctissimi viri fratris Hieronymi sauonarolæ Ferrariensis ordinis predicatorum.

Comes Ioannes Mirandulanus vir temporibus nostris ingenio & multiplici doctrina singularis.

Ex secundo commentario in Propertium: doctissimi ac eloquentissimi viri Philippi Beroaldi Bononiensis: super illo versu: non tot achenijs & cætera: susa pro ethrusca scriptum legi in codice Ioannis Pici Mirandulani: qui vir est seculorꝫ memoria dignus qui multijugis disciplinis præditus: exornat ætatis nostræ gloriam: cui accommodari potest illud: qd' de Varrone scripsit Terentianus. Vir doctissimus undecūq; picus: qui te Mine mi: utpote eruditū eruditissimus: nobilem nobilissimus nō solum diligit: sed vehemēter amat: qui de te honorifice loquit: & optīe sentit. hic post sæueriora studia in Propertij lectione tanq̄ amœnissimo diuersorio requiescere consueuit. & mihi hūc locū ita legenti adstipulatus: ostenditq; in suo codice susa scriptū esse nō ethrusca: &c.

FINIS.

Ioannis Pici Mirandulæ concordiæ Comitis in disputationes aduersus astrologos. Procemium.

Omerus atq; Cecilius antiquissimi vates pessimos esse prædicāt inimicos/ qui sub amicorꝝ specie nos circū-
b
uenirēt. Qua sententia nulla verior dici; nulla salubrior præcipi potest. Quāq; quid egemus testimonio poetarū? cū diuina nos veritas vitæ morūq; magistra/ sub ouium pelle lupos euitari; & ne de facie iudicaremus admonuit. Siquidē hoc vnū inimicorꝝ genus quod nec auerti / nec euerti possit: quodq; superari cipi nō volumus; sed occurrimus; vltro osculamur; excipimus; & ab illo cōtra nosipsos; nō cōtra illud ut oportuit stamus: quod sane præstigiū / quia magno cōstat; & altius introspiciēdū; & diutius examinādū; nec temere admitti; nec statim ꝓfligari debet. Vbi vero detecta fallacia est; tāto acrius explodēdū; q̄to tectius ad pniciē sub ꝑtextu bñficētiæ illabebaē. Nec minus mala putāda sunt q̄ ideo nō videtē esse pessima; quia bonis interdū sint admixta; cū tāto noceāt exitialius; quāto ꝑ speciē admixtionēq; boni cū facilius admittunē / tū admissa q; semel inuasere; tenacius occupāt; retinētq; potētius. Quo pacto si cū mero venenū ꝓpinetē; quāq; sua natura saluberrimū merū est: attamē veneni maliciā illā tū suo sapore dissimulat; tū vigore ad venas & intimius adigit & celerius. Est autē hoc obseruādū cū in oīni vita; tū in artibus maxime & disciplinis; quarū illæ pniciosissimæ/ quæ præstigia cū sint; aut alio genere vanitates; ita tamē mēdacio lenociniū aliq̄d prætēderūt; ut sciētiæ vel artis nomē sibi vēdicauerint. Siue illud captatū ab antiquitate fictis auctoribus lenociniū/ siue a magnis ꝓmissis illecebra curiositatis & cupiditatis humanæ. Siue ab aliquo fuco specieq; ꝓbabilitatis; cū interdū sint falsa ꝓbabiliora veris Aristotele teste; præsertim nō introspecta nec explorata populo præsertim & multitudini/ cui ꝓpriū errare decipiq; semꝑ fuit/ & nihil sapere. Quid aūt exitialius? quid inexpugnabilius? q̄ cū titulo sapiētiæ ipe se nobis error insinuat; ut quod ille dixit operā demus/ ut cū ratione insaniamus. Nō aliud hoc q̄ cōsiliū & mentē/ cuius sola vis abigendæ falsitati nobis innata est/ missam facere; ut mēdaciū ipius & testimonio honestius/ & potestate robustius/ & ꝑsidio munitius euadat. Porro nulli spes vltra ad sanitatē/ cū natura ipa adiuuat morbū. Hoc aūt ut dudū dicebam/ euenit ꝑ insaniā; quæ sub specie vel artis vel scientiæ populo se circūfert & venditat; nō ideo minus insana/ q; sapiētiā summa cute mentiē; sed quo fallacior eo ꝑditior. Queadmodū apud medicos/ nulli delirant ut sic dicā deliratius q̄ qui delirio præferūt vultū seriū. Est autē hæc ꝓpria labes oīm supstitionū; quarū nō alia ꝓfessio q̄ præcepta tradere insaniēdi. Sed in primis hūc sibi titulū vēdicauit astrologia; sicut & inter ipsas supstitiones; q̄rū mater alumnaq; merito existimaē/ obtinet principatū. Astrologiā vero cū dico non eā intelligo quæ syderū moles & motus mathematica ratione metitur; artē certam & nobilem & suis meritis honestissimā / auctoritateq; hominū doctissimorū maxime comprobatā. Sed quæ de syderibus euētura pronūciat fraudē mercenariæ mēdacitatis legibus interdictam & ciuilibus & pōtificijs humana curiositate retētam / irrisam a philosophis/ cultā a circulatoribus/ optimo cuiq; prudentissimoq; suspectā; cuius olim ꝓfessores gentilicio vocabulo Chaldæi / vel ab ipsa professione genethliaci dicebantur; Genethliaci
mox ut nominis cōmunione honestarentur; mathematicos se dixerunt & astrologos;
quasi hæc quoq; de liberalibus disciplinis vna foret; quæ de syderibus cū ratione loque- Astronōia
retur; hoc se tātū discrimine separans ab illa vera mathematica / ut illi astronomiæ/ ipsi Astrologia
astrologiæ nomē dareē; nimis improbo zelo alieni tituli inuadendi; siquidem astrologia alterius artis nomen ut declarabimus; ipsam vero diuinatricem semper hoc ambitu laborātem; ut nominari vellet ab astris, non altero modo; sed utroq; cognomento dignabimur; & ad illius de motu syderum tractantis æmulationem pro astrologia astrologiam; pro astronomia astronomiā satis congrue satis pro merito nūcupabimus. De

qua utcūq; de nomine decidat; ego quidē cū rationibus nixus; tum præiudicijs hoīm sapientissimorū nihil dubitauerim affirmare/non esse inter artes præstigiosas: quæ aut plus fallat credulos & imperitos; aut quæ psuasis fallendo plus noceat; tāto reliquis supstitionibus exitialior; quāto ppius accedere visa ad veritatē. Nā ille quidē in prima facie notas suæ dementiæ leuitatisq; præferētes vix cuiq; imponūt præterq; penitus exoculato: hæc in sinu habēs & in præcordijs alens insaniā; prefert speciē habitūq; sapientiæ; ut si eminus inspectes vel p transennā forma capiaris/si cominus admoueris oculū exploratorē ipsam videas vmbrā/aut quasi laruā; & sub aperta luce fallaciā tenebrarū abominetis. Ita est certe ita p rationes manifestissimas luce clarius fiet/nullā esse maiorē fallaciā; nullā perniciosiorē: ostentat pcul cælum & planetas unde facile credas in tā sublimi tam lucido spectaculo nihil nō posse verissime præuideri. Mox vbi attētius cōsideraueris vides & sublime adeo esse speculū ut imagines illuc terrenarū rerū nō ascendant; & ita lucidū ut ad eius fulgorē nostra calliget infirmitas: tum ppius cum accesseris videbis intextas illius peplo/p celestibus portentuosas effigies & stellas in animalia transformatas/& plenū fabulis cælum/immo p vero cælo cōmentitiū cælum non factum a deo/sed ab astrologis fictū; sic instructa videtur oīni firmamento dogmatis cōprobati: quæ simul & libros circunferat magnis nominibus prætitulatos: & rationes tam multas decretorū suorū & præter rationē experimēta tam diuturnis obseruationibus/tam diligentibus annotamentis corroborata; tū ab usu tot sæculorū/& tam multarum ætatū approbatione recepta. Mirū q; per caligines istas & nebulas oculis imperitia offensis & speciosam & venerabilem & serie plenā auctoritatis imaginē sui repræsentat. Quas vbi tenebras & præstigia radio rationis & diligēti tractatione discusseris/videbis in illis libris nihil esse librarū; in auctoribus nullam auctoritatē; in rationibus nihil rationale; in experimentis nihil consonū; nihil constans; nihil verū; nihil credibile; nihil solidum: sed pugnātia inuicem: falsa; vana; ridicula; ut vix credas qui scripserunt fidem attribuisse his quæ scribebant. Quod vero spectāt ad vnitatē non inuenias temere quæ plus spei pponat suis aurarijs/quæ maiora desyderabiliora promittat. Prudentiæ se facit conseruatricem; cuius de futuris coniecturam certa præcognitione stabiliat; sed & philosophiæ cuius maxima pars quæ de cælis (ut isti volunt per) cæli influentiam ad liquidū absoluatur. De medicina nō attinet dicere; de nautica; de agricultura: dum nō solum futura prænūciat his; sed & vires cælorū ad terrena deducit; unde omnium artiū opera efficacissime: unde omniū artiū magistri quod volunt facile cōsequantur: & hæc quidē veteribus; sed etiā neotericis persuasit religioni/si dijs placet cum vniuersæ; tū christianæ plurimū conferre auctoritatis & emolumēti: & ut semel dicat imitata suū magistrū; & regna mūdi adorantibus se pmittit; & suū lignū gustātibus æmulationē diuinitatis boni maliq; cognitionem. Quæ nō modo vllis ut pollicet vitæ usibus cōmoda sit; sed fraus est oīm pestilentissima/siqdē illa ipa est; ut demōstrabimus: quę philosophiā oēm corrūpit; medicinā adulterat; religionē infirmat; supstitiōes parit aut roborat; idolatriā fouet; prudētiā aufert; polluit mores; cælū infamat; hoīes miseros anxios/quietos/& de liberis seruos; & in rebus pene agēdis oībus plane facit infortunatos. Quod cū ego exploratū habere mihi viderer atq; cōptū; putaui piaculū me facturū nulla victima expiandū/si tacerē/si dissimularē; nec vel penitus p virili venenum; hoc de credulorū manibus extorquere tētarem: hac præsertim ætate qua si quādo alias/ad hanc fraudē oīnis ætas & ordo sexusq; calligat. Est autē tanto magis p veritate pugnādum quāto plures habere cognoscitur oppugnatores; siquidē ut prodesse omnibus/ita placere tantūmodo bonis desideramus: nec iudiciū multitudinis fidē habet; vbi contra stat ratio consensusq; doctorum: nec nos auram spectamus popularem: sed lucem veritatis & publicam utilitatē.

Procemium finit.

Ioãnis Pici Mirãdulæ cõcordiæ Comitis disputitionũ aduersus astrologos.

LIBER PRIMVS

P Rimũ oĩm scire lectorẽ volo: nõ hoc nr̃m inuẽtũ audaciã𝔮 fuisse reijciẽ/
di cõfutãdiq𝔮 astrologiã. Sed a prima ãtiq̃tate bonis ita iudicijs semp visũ
nõ esse ꝓfessionẽ: q̃ tot hoĩ incõmoda: tot insanias undiq𝔮 sub p̃textu sciẽ
tiæ & utilitatis inueheret. Hinc Cesarũ legibus & prudẽtũ uti noxia vitæ
ciuitatibus eliminat̃. Hinc oraculis ꝓphetarꝫ: põtificũ sanctionibus: hoĩm sctissimorꝫ
vocibus & doctrinis: ut moribus & pietati pestifera cõdẽnat̃. Hĩc a philosophis & ma
thematicis q̃cũq𝔮 sapere ex libris nõ loqui didicerint: q̃si falsa nõ utilis / nõ possibilis / nõ
amica philosophiæ / vel cõtẽnit̃ fere vel cõfutat̃: Id q̃d alijs vel nescietibus vel denegãti
bus priusq̃ rõnibus res agat̃ / hoc libro sumus declaraturi: ut post tales accusatores nõ
ad inuidiã nobis hæc accusatio: sed potius ad pudorẽ bonæ frõtis boĩbus si q̃ suscipiãt
possit esse defensio. Exordiũ vero faciemus a philosophis: quorꝫ maior auctoritas q̃
prudẽtũ / & cõmunior interdũ esse solet q̃ ꝓphetarꝫ: Pythagorã astrologiæ fidẽ nõ p̃
stasse: tũ auctor est Theodoretus: tũ Laertius q̃q𝔮 Diogenes & Plutarchus indicauerũt
Democriti illud fert̃ q̃d añ pedes nemo spectat cæli scrutant̃ plagas. Academicus Pha
uorinus & Panætius stoicus ipsam incessuerũt: ridet̃ eadẽ a Seneca / cõfutat̃ a Cicerone
sed & disputãtẽ aduersus illã Carneadẽ & diuinis infensum Bionẽ philosophum quis
ignorat: Quod si superat oẽm insaniã / cui nec insanus accedat Orestes quãtum insa/
niæ cõtinet astrologia: cui nec multa delirãs assentiri potuit Epicurus / Plato & Aristo.
philosophiæ principes indignã putauerũt: de qua verbũ aliq̃n facerẽt tota sua philoso/
phia / plus eã silẽdo q̃ q̃q𝔮 voce scriptisue cõdẽnãtes. Nã q̃ aliter sentiunt / illud quæso
rñdeãt cur toto decursu suarꝫ cõmẽtationũ: vbi vel ꝓprietates explicadæ cælestiũ vel
causæ inferiorꝫ inde erãt petẽdæ astrologicũ illi nihil unquã attulerint: An ad philoso/
phũ hæc spectare nõ putarũt partes vniuersi primas & nobilissimas corpa mota rursus
q̃ mouẽtia causas efficacissimas: sine q̃bus fieri q̃cq𝔮 in natura aut cognosci nõ possit / si
q̃d tales esse credant̃ q̃les eas astrologi faciũt: de q̃bus vniuersalia quædã cognoscere q̃/
a scribũt philosophorꝫ duces: si q̃ ꝓpria magis possent intelligi: nõ philosophi sed im/
ꝑfecti philosophi est. Cur igit̃ Aristo. libros suos de cælo tã ieiunos reliquit: vbi tã mul
ta tã splẽdida dicere potuit: & si potuit debuit de stellis de planetis eorꝫ efficiẽtiã ꝓprie/
tates cognitionẽ indicãs nobis: Cur in metheorologicis imbriũ: cometarꝫ ventorꝫ: cau
sas ꝑscrutatus / astrologicarꝫ rerꝫ sp̃ obliuiscit̃: Cur in libris de aĩaliũ gñatiõe: nec gemel
los nec ꝑtus portẽtosos atq𝔮 mõstrificos: nec sexus nu merũue puerperij: nec formã nec
q̃litates ad sydera aut refert aut referri posse meminit in trãscursu: Cur idẽ in Timeo fa
cit & Plato: Cur ante Platonẽ Timeus ipse Pythagoreus in lib. de natura summus: ut
ait Plato philosophus pariter & astronomus: Cur & Ocelus idẽ leucanus in lib. de mũ
do: testimonio etiam ipse Platonis in philosophia eminẽtissimus. An hæc quasi parua
cõtẽpserũt: quæ si sunt vera maiora esse nõ possunt, an nõ cõtẽpserũt quidẽ / sed igno
rauerũt: & in Aegypto babyloniaq𝔮 versati nõ potuerũt hæc intelligere decantata apud
hos populos: & cuiq𝔮 de medio etiã nota: ꝓfessionis certe suæ nõ esse (ut diximus) non
putauerũt nisi suã ignorarũt ꝓfessionẽ: ut philosophi munus crederẽt apũ & formica/
rũ minutissime quærere ꝓprietates / Iouis & Saturni etiã nõ putarẽt: præsertim si veri/
tatẽ sup his nõ solũ obseruatio docet: sed & ratio monstrat: quod scriptores astrologi
maxime contẽdũt. Quidnã igit̃ aliud dici potest q̃ in ea fuisse Platonẽ Aristotelemq𝔮
sentẽtia / nõ esse causas cælestia quorꝫ dicũt astrologi: nec astrologiam vel artẽ esse vel
sciẽtiam cuius erat cũ alijs: alioquin mẽtio faciẽda: sed ex ludicris vnam siue fraudibus
potius circulatorꝫ: quo genere geomãtiæ / hydromantiæ / præstigia / incãtationes / qua
rũ veteres nulli philosophi inter sciẽtias artesq𝔮 meminerũt. nã si foret ars astrologia pẽ
deret a naturali scientia: sicuti medicina: ut quẽadmodũ medicus a philosopho fruticũ
herbarũ / animaliũ naturã mutuat̃ quibus utat̃ ad sanitatẽ corporibus conciliandã: ita

Caesarum leges
Oracula philosophorꝫ
Pontificum sanctiones
Doctrinæ sãctorꝫ hoĩm
Philosophi
Mathemati.
Pythagoras
Democritus
Phauorinus
Panetius
Carneades
Bion.
Epicurus
Plato
Aristote.

De syderib⁹ q̄d naturalis cōsi..eret

Quid astrologus: quid astronomus

discat astrologus a philosopho syderū vires & ꝓprietates q̄bus utat̃: & uti doceat ipse
ad prædicendū: nā qui diuinatricē astrologiā partē aut finē mathematicæ putat astro-
nomiæ plus q̄ cū ea si qua esse putet q̄ cū naturali philosophia habere cōmertij: Is q̄ lō
ge fallat̃ postea declarabimus. Nūc tñ admonemus rē positā doctis tñ extra cōtrouer-
siā ad philosophū ꝑtinere scire de syderibus quicquid eorū substātiā ordinē q̄ cōsequit̃
ad motus & moles eorū dimetiēdas astronomo delegato: ad præuidenda futura de ha-
bitu positura q̄ eorū astrologo. Siquis artifex .s. esse cōcedat̃ astrologus. Quare nimis

Plotinū scripsisse contra astrologos

oīno dormitās & inexcusabile Platonis Aristotelis q̄ silētiū foret ea nec indicātiū q̄dē:
quæ fuerāt illis etiā exactissime ꝑtractanda. Quod vbi q̄ apud Platonē miscellaneam
agentē: oīgenā q̄ doctrinā tū apud Aristo. in ꝓblematis maxime licet admirari. Quo
libro de mathematicis de q̄ oībus artibus & disciplinis q̄stiōes ꝓponēs: & eorū ex oī ge
nere dogmatū etiā antiquatorū afferēs solutiones: hiscere tñ astrologicū verbū nus q̄ in
uenit̃: licet itē in ethicis ad Eudemū vbi de bona fortuna disseruit. Quo si satis indicio
nō mouemur audiamus discipulos utrius q̄ philosophi eā nobis sentētiam testificātes
quā magistri silendo nobis eloquunt̃. Plotinus in Platonica familia primæ fere aucto-
ritatis habet̃. Eū scribit Porphyrius cū diligētē astrologiæ operā dedisset / cōperisset q̄
tandē artis vanitatē falsitatē q̄ prædictionū omnē astrologis fidem abrogasse. Quare li

Maternus

Origenes multis rōnibus astrologiā dānauit

bro quo q̄ dicato: cui titulus de stellarū efficientia dogmata astrologorū asseuerate insti
& cōfutauit. Quod ægre ferens Maternus multa super eius morte mentit̃: quasi de eo
pœnas sumpserit fatū. nam illa esse falsissima ex Porphyrio ipō Plotini discipulo facile
īnteligit̃: qui & genus morbi quo decessit: & causam & cur Roma discesserit plane fide
liter q̄ describit. Origenes adamātius in philosophica secta sicut in omibus disciplinis
eminētissimus sæpe multis q̄ rōnibus astrologicā vanitatē sugillauit: nisi forsitan eius
testioniū minus faciūt hoīes supstitiosi: q̄m fuit etiā christianus: sed nō fuit christianus
Eudoxus q̄ etiā Platonē audiuit & ī ægypto versatus est & habitus prīceps astronomo
rū sua tēpestate: qui tñ nihil credēdū astrologis ex hoīm genituris eorū fata prædicenti-
bus scriptū reliquit. Alexāder ex aphrodisiade summus auctor in Aristotelica philoso
phia de fato librū ad cæsares Seuerū primū & Antoninū filiū / scribens & fati reiecit ne
cessitatē: & de astrologicis siluit. Ad quæ fati tamē cōmemoratio trahit vel trāsuersos.
Nec forsitan aliud ei cōsilium elucubrādæ cōmentationis / q̄ ut ꝓpensum Seueri Cæ-

Auerrois astrologiā vbi q̄ lacerat

saris animū ad istiusmodi superstitionē philosophica rōne castigaret. Auerrois celebe-
in eadē familia philosophus & rerū naturaliū grauis estimator vbi q̄ astrologiā lacerat/
dānat/insectat̃. Nā in prima q̄dē philosophia astrologorū opinionē de cælestibus ima-
ginibus/quibus subesse terrena figuræ similis aīalia putāt fabulosam dicit; q̄ tñ subla-

Auicēna ꝓbat ab astrologis futura ꝑuideri non posse

ruit maxima ꝑs astrologicæ supstitiōis. Idē cātica exponēs Auicēnæ. alibi q̄dē ait cōtra
ria cē philosophiæ: alibi fere oīa falsa dogmata astrologorū: tū artē ipām in vniuersū va
nā & infirmā. in libris itē aduersus Algazelē artificiosas imagines in q̄s cæli virtutes de
riuare se posse putāt astrologi ꝓrsus inefficaces asseuerauit. Auicēna vir magnus in oī-
bus disciplinis vltimo suæ primæ phīæ libro multis rōnibus cōprobauit ab astrologis
ꝑuideri futura nō posse. Quare nec eorū ꝑdictionibus vllā fidē adhibēdā. Mitto Hēri-
cū ex Assia cōpluresq̄ neotericos illustres in academia parisiēsi dicatis opibus hāc vani-
tatē ꝑsequētes: q̄ q̄ maxima ꝑs philosophorū cōtēpserūt eā potius q̄ cōfutauerūt: sicut
artes alias circulatrices & aniles fabellas & deliria præstigiatorū. sed illud aīaduersiōe di
gnū q̄ astronomi quo q̄ ipsi ꝓfessionē istā reiecerūt: q̄d fieri oīno non potuit prater q̄
cōsciētia cōptæ falsitatis: cū alioquin illis in cælestiū motibus exercitatissimis tñ acce-

Eudoxus mouit ne astrologis crederemus

deret & sciētiæ/& gloriæ/& quæstus q̄ tū astrologiæ fidei & auctoritatis. At ille quē di
tauimus nuꝑ Eudoxus gnidius summus fuit in mathematicis cuius in astronomicis re
bus iudicio nitit̃ Aristo. Sed prudētissimus legislator; scripsit eni leges ciuibus suis. Et
sub Philistio medicus insignis & philosophus sub Platone: q tñ ne crederemus astrolo
gis nos admonuit litteris q̄ mādauit. ita .s. ei mathematica rō demōstrauerat / & magi-

fter etiā Plato ꝑſuaſerat: Caſſandrū & Archelaū cum in aſtronomia præcellerent: hoc Caſſander
prædictiōis genere nūq̄ uſos auctor eſt Panetius: Hoychilax halicarnaſeus q̄q̄ doctiſ- Archelaus
ſimus in oī mathematica: totū hoc tñ diuinādi ꝑ aſtra genus repudiauit. Veniamus ad Hoychilax
neotericos. Nicolaus oreſmius & philoſophus acutiſſimus & peritiſſimus mathema- Nicolaus oreſmius
ticus aſtrologicā ſuperſtitionē peculiari cōmētario indignabūdus etiam inſectatr̄: nihil
ratus ille fallacius: nihil deteſtabilius: nihil oībus quidē ordinibus: ſed principibus ma- Ioānes Mar
xime viris eſſe peſtilētius. Ioānes Marlianus nr̄a ætate ſūmus in mathematicis & erat lianus
& habebatr̄. is nō modo prædictiōibus iſtis ſemꝑ abſtinuit: ſed etiā de ipſaꝝ falſitate po- Luchinus
ſtremis annis ſcribere inſtituerat: q̄q̄ erat enī longæuus / interceptus morte id nō effece-
rit. Aiebat homo minime glorioſus habere ſe aduerſus aſtrologos certiſſimas demon-
ſtrationes. Quod cū alij / tū familiaris illi Luchinus noſter & ipſe præcellens mathema-
ticus mihi nō ſemel retulerūt. Paulus Florentinus in medicina quidē: ſed præcipue in
mathematicis græce latineq̄ doctiſſimus quotiēs de iſta ꝓfeſſione rogabatr̄: totiens eā
incertā fallaceq̄ aſſeuerabat / afferēs inter cætera de ſeipſo euidēs experimētū. Qui cū
quinq̄ & octuaginta iā impleſſet annos: in ſua tñ genitura quā examinarat diligentiſſi-
me vitalē nullā cōſtellationē repperiſſet. Afferrē multos ex his etiā qui viuūt & philo-
ſophos & aſtronomos idē ſentiētes. Sed neſcio an inuidiam aduerſus ſe cōcitari velint
hoīm cæli fatiq̄ potētiū. Porro noſter Marſilius ſcripſit aduerſus eos aperte Plotini ve- Marſilius
ſtigia ſecutus. In quo interpretādo & enarrando magnopere rem platonicā iuuit auxit
& illuſtrauit. q̄ ſi valitudini cōſulens hominū aliquādo corrogat ſibi de cælo quædam
etiā auxilia / optat ille potius ita fieri poſſe q̄ credat / teſtari hoīs mētē fideliſſime poſſum
quo familiariter utor: nec habui ad detegēdā iſtā fallaciā qui me ſæpius & efficacius ad-
hortaretr̄. Nec q̄tiēs vna facetiamur vberior nobis occaſio ſegeſq̄ ridēdi / q̄ de vanitate
aſtrologoꝝ præſertim ſi tertius interueniat Politianus / interuenit vero ſemper omniū Politianus
ſuperſtitionū mirus exibilator. Forte vero nec Nicolai Leoniceni noſtri iudiciū ſuꝑ hac
re diſſimulandū. Is cū mathematica ut oēs liberales ſciētias fideliter teneat: ita tñ hāc
vanā iudicat ꝓphetantē aſtrologiā: ut nec illos qui ſcripſerūt præſertim doctiores fidē
putet adhibuiſſe his quæ ſcribebāt. q̄ ſi cauſam interroges cur igitr̄ ſcripſerint: reſpōdet
partim auaricia / partim imperitia pincipū effectū. Nam cum inquit ille in demetiendis Aſtrologia
aſtroꝝ motibus & corporibus quod mathematica facit aſtronomia præcellētes illi viri quare inuen
die noctuq̄ laborarēt nullū erat eis inde apud principes emolumentū: quibus. ſ. nihil ta & quō
curæ q̄ magno ſydera corpe: aut q̄ veloci motu per cæli ſpacia reuoluerentr̄. hoc illi cū
vidiſſent ne cæleſtia perſcrutātes interim eſſent inopes terrenorum / lepidā excogitaſſe
fallaciā qua ſibi principū animos obligarēt: & ſuæ ꝓfeſſionis facerent amatores. quare Aſtrologo-
cōmentos ab his aſtris omniū fortunas / ſed præcipue principū dependere: liberos. ſ. vi- rū facetia fal
tā / iperia / victorias / valitudinē: ſibi vero qui illoꝝ diu motus & naturas obſeruaſſent / lacia
penitus cognitū & exploratū q̄d cuiq̄ vel boni pollicerentr̄ vel aduerſi denūciarēt. tum
habere præterea ad manū ſe remedia quibus præuiſa mala repellerentr̄: bona cōfirmarē-
tur. nā ſi fœlix hora notaretr̄ imagiēs ex materia quadā cæleſtibus illis naturis cognatio-
res poſſe cōflari: ad quas miris machinamētis deducta virtus ab aſtris fœliciſſimos face-
ret hoīes rerūq̄ potētes illarū vel tactu vel geſtatione quicq̄d appeterēt facile cōſequē-
tes: q̄bus omibus rebus quo plus fidei facerēt / illud addidiſſe reuelata ſibi diuinitus hu-
ius artis ſecretiora myſteria: quēadmodū a potētiſſimo mercurij numine & Petoſirim
& Aeſculapiū accepiſſe q̄plurima: legitr̄ apud Maternū: tum vero principes illiteratos
& curioſos & rerū quas ꝓmittebāt appetentiſſimos / adductos facile ut crederent: ut
ꝓfeſſores fouerent: & præmijs ſtudia hæc quotidie magis & magis excitarent. Hæc ſe-
rio noſter Leonicenus nec ꝓcul a vero ſuper aſtrologos loquitr̄ & ſentit. Cauēdū autē
imprimis ne qua nobis ad fidē irrepāt aſtrologi mētita magnis auctoribus volumina ꝑ-
ſcribētes: q̄d eſt illis cū oī ſuꝑſtitiōe cōmune. Nā q̄m quæ ꝓdunt ab his rōne cōfirmari
nō poſſunt: ſiue ipſi illa vera credūt: ſiue credi volunt ab alijs libros huiuſcemodi fabu-

larum viris clarissimis & antiquissimis inscribũt; & fidẽ errori suo de fictis auctoribus aucupant. Ex hoc genere liber de ꝓprietatibus elemẽtorꝝ in quo de magnis agit cõiũctionibus & de secretis ad Alexandrum quos tribuũt Aristo. nulla culpa boni philosophi nullo demerito: sicut libros Platonis de vacca magi circũferũt: & quos vocãt institutionũ execrabilibus somnijs figmẽtisq; refertos & a Platone nõ minus alienos q̃ ista sint mẽdicabula a Platonis ꝓcul & ꝓbitate & sapiẽtia. Sic olim hæretici gnostici nũcupati Zoroastri libros ostẽtabãt; quibus hæresim suã de Zoroastri antiqtate venerabilẽ facerent; quos nouos & cõmẽtitos esse nõ Zoroastri Porphyrius multis argumẽtationibus demõstrauit; falli aũt facile possũt & circũueniri p hæc mẽdacia si q sint hũaniorꝝ lraꝝ rudiores/ q̃q̃ alioqn docti/ cũ p illas maxime & phrasim & indolẽ statim auctorũ cognoscẽtes adulterina a legitimis discernamus. q̃q̃ astrologoꝝ nr̃oꝝ & q̃ nũc in manibus artiũ supstitiosaꝝ figmenta sic abhorrẽt ab oĩ similitudine veri ut cuius e medio etiam pateant. Quis enim adducat ut Ouidiũ de vetula Ouidiũ credat; in quo de magnis etiã cõiũctionibus & christiana lege mirabilia ꝓnũciant; adeo ut Rogerius Bacon magnus astrologiæ p̃ronus nullius libẽtius scriptoris testimonijs utat; nisi forte præferat Artephiũ q̃ oĩno secreta alia ꝓdit innumera. Quale illud inspecto non astro; sed locio posse hoĩs & vitã & ingeniũ & cõditiones; deniq; oẽs ad vnã præcognosci. Sic magnã quoq; ille fidẽ ethico philosopho; cuius liber de cosmographia translatus dicit ab Hieronymo. Est aũt lectio adeo deridicula ut nulla magis; sed frequẽter citata a Rogerio nostro in epistola ad Clemẽtẽ; ita ut fere adducat cõpositũ ab eo libellum quendam, cui titulus de erroribus studẽtiũ theologiæ; quo imprimis volumine erroris accusatur/ q theologi nr̃i mysteria religionis magis ex Arist. cæterisq; philosophis cõfirmẽt; q̃ ex auctoribus q̃s modo noĩauimus/ ethico/ Arthephio/ Ouidio de vetula poetisq; similibus. Præscribit vero liber Alberto/ sed mẽdacissime cũ nunquã in theologicis suis scriptis hæc ille sõmnia memorauerit; sed merito ad Baconẽ videt referẽdus; cuius alia scripta in ea eũ fuisse sentẽtia facile declarãt illoꝝ sẽp auctoꝝ testimonijs oraculisq; perscatẽtia. Quibus si potuit credere/ nihil mirum si credere potuit etiã astrologiæ. Ita vero supstitiosum hoc genus hoĩm frontẽ ꝑfricuerũt; ut etiã sub agnatis Thomæ titulo libros circũferãt de necromãticis imaginibus; ut iã minus mirãdũ q nescio quos Ptolomæi de anulis. sed & ad Aristonẽ astrologicos fingãt libros quos Pto. nunquã scripsit; qua temeritate vel ignorantia. Eboracẽsis etiã cuiusdã opusculum multi referũt ad Albertũ cõmemorãt: & Hippocratis libros de ꝓnosticis ægritudinum ex syderum cursu; quos puto ignorabat Hippocrates cum ꝓnosticorũ libros scripsit a Galeno expositos; & tota græcia celebratos. aut si nouerat/ quasi tamẽ secretiora seposuit puris & rite initiandis cõmunicãda. Prætereo quæ sup pluuijs sup quæstionibus Alchindus & alij pythagorea & Aristotelea cõmemorãt; & qui liber inscribit Aristo. de regiminibus/ ita loquunt ipi cælestibus. qui utinã ad sanctos etiã viros ꝓfana nõ retulissent; & libri cuiusdã de excantationibus interpretẽ diuũ Hieronymũ nõ fecissent; q̃q̃ si angelos infamarũt facile possunt hoĩes: dũ & hæc quidẽ deliria ab Adæ angelo; illa a Salomonis; alia a Thobiæ custode tradita dicunt: sed ad astrologos reuertamur omissis magis ad quos quasi cõfines erroris cõmunio nos deduxit. Aristo. quid de hoc hominum genere sentiret vno verbo monstrauit qui in ꝓblematis cũ minimo & præstigiatore astrologũ deputauit. At dices si nihil tale isti philosophi scripserũt; qui tamẽ ea scripserũt fuere philosophi. Qualis Abumasar: Ptolemæus; Haly Abẽzagel; Iulius Firmicus; innumeri alij; tum latini; tum græci barbariq; auctores astrologiæ; viri & doctrina & ingenio præstantissimi. Tu vir me oportune admonuisti ne id solum dicerẽ aduersus rẽ neglectam a philosophis astrologiã. Sed & quicũq; eã etiã scripsissent aut nihil aut male philosophatos. Quare relinquite nobis si dijs placet & Pythagoram; & Platonem; & Aristotelem; & vestros vobis habeatis Aomaras; Alchabitios; Auenazras; Abẽzageles. Qui omnes quantũ abfuerũt a philosophico ingenio palam demõstrabit; cũ accedere illos fa

Libri autoribus falso inscripti

bulosissimis rebus & asseuerare quæ nullam habeant ratione͂: & pugnantia dicere: & seipsos euertere palam oste͂demus: quæ diuersissima a philosopho su͂t: cuius maxime p̄priu͂ nihil credere/ nihil affirmare: q̄d vel euide͂tia vel rõne demõstrari nõ possit. Sed age dicamus hic & aliquid unde cõstet auctores astrologiæ aut paru͂ aut male philosophatos. Porro Ptol. principe͂ alioꝝ facile cõcede͂t. Est enim doctissimus astrologoꝝ & quod attinet ad mathematica vir ingeniosissimus. Quod au͂t ad genethliacos quemadmodu͂ dici solet optimus maloꝝ. Is igit̃ quo iudicio philosophicas res tractauerit: & in pœmijs magnæ cõpositionis qua͂ vocant Almagestu͂: & in libris apotelesmaton satis indicauit. Exordie͂s eni͂ libros mathematicos partit̃ philosophia͂ cõte͂platrice͂ ex Arist. sententia in tria genera: theologicu͂: naturale & mathematicu͂: tu͂ rõne͂ partitionis exponẽs oĩa inquit quæ sunt ex tribus cõsta͂t materia/forma/ & motu: quæ separari ab inuice͂ cogitatõne q̄de͂ possu͂t; re au͂t nõ possu͂t, ab his igit̃ tribus tria illa genera philosophiæ dicunt̃: a motu theologicu͂: cum primi motus causa nõ aliud sit q̄ deus: a materia phisicu͂: a forma mathematicu͂. Hæc est Ptol. sententia in q̄ tot esse apud bonos phõs errata q̄t verba nemo paulo doctior dubitauerit: neq; eni͂ oĩa ex illis tribus. Quod si oĩa dum dicit naturales res intelligit/ q̄modo circa has versabit̃ ipa philosophia in tria illa deinde genera diuisa; physicu͂: diuinu͂: & mathematicu͂. Sed neq; ex naturalibus quicq̄ cõstat ex motu q̄q̄ nõ fiat/ nec p̄maneat sine motu: sed demus ei ha͂c venia͂ loque͂di. Aristo. ipse que͂ p̄bat q̄modo ei dabit a motu oriri genus theologicu͂: Cu͂ & ipse deus quatenus primi motus auctor & causa nõ a theologo/ sed a philosopho inuestiget̃. Reliq̄ etia͂ aut falsa aut quæ facile videas ab hoĩe p̄lata paru͂ perito gnaroq; philosophiæ. Ia͂ vero ex libris apoteles. quos voca͂t quadripartitos insigniores errores & magis euide͂tes cu͂ & lunã humiliore͂ credit: q̄a humidus vapor a terra ad ea͂ reliq̄s astris terræ p̄ximiore͂ ascendat: & eade͂ rõne aridu͂ saturnu͂: q̄a ab his vaporibus magis elõget̃: eu͂de͂ vero & frigidu͂ esse: q̄a sit p̄cul a calore solis: Ioue͂ te͂peratu͂ q̄ iter gelidu͂ Saturnu͂: & feruidu͂ Marte͂ medius colloce͂t: atq; alia hoc genus multa de syderu͂ p̄prietatibus que exibilabu͂t philosophi potius q̄ cõfutabu͂t. Et q̄q̄ magistri errore͂ erubesce͂s arabs enarrator conet̃ in sensum aliu͂ Ptol. verba tra͂sferre: ipse t͂n defendi vel excusari se Ptole. nõ patit̃/ q̄ adeo hæc asserit affirmat & sæpius intereat: ut de sensu eius dubitatio nulla reliquat̃. Tu vero ex vno hoc disce oẽs: & ex optimo indica deteriores. Primus fere a Pto. habet̃ Abumasar is nec philosophus fuit nec dialecticus: & in mathematicis imperitus. erat eni͂ gra͂matices artis p̄fessor: & a scribe͂dis historijs (ut narrat Auẽroda͂) ad astrologia͂ se cõuertit: in q̄ etia͂ sua p̄fessione q̄ esset verus vel hinc cognoscas q̄ Ptolemæu͂ astrologu͂ ex ægypti regibus putat fuisse qui Alexa͂dro successeru͂t: quasi inter hos & illu͂ nõ plus quinge͂tis etia͂ annis intercesserit/ cu͂ reges Ptol. ante christu͂ p̄ q̄dringentos annos floruerint: Pto. astrologus sub Adriano scripserit & Antonino. vide miru͂ reꝝ altissimaru͂ indagatore͂ & obseruatore͂ fidele͂: qui in re ta͂ apta ra͂ta sit ingenij vel somnolentia vel tarditate. Ide͂ in astrologicis rebus qua͂tu͂ errauerit q̄ apertis cõfessisq; me͂dacijs institerit quasi veris/ postea declarabimus. Quid memore͂ Maternu͂ & in rudime͂tis arithmeticæ sic allucinante͂: ut scribat: quid decernat Mercurius/ cum in nocturna genitura cæli mediu͂ occupauerit quasi a sole Mercurius plus quadraginta aut circiter partibus abesse unq̄ possit: aut a cæli medio sol p̄ nocte͂ plus septuaginta semp̄ nõ absit. Mitto alia multa in qui bus cu͂ semp̄ multæ loque͂tiæ exiguæ semp̄ sapie͂tiæ hoĩem deprehendes. Iam Malliu͂ nisi esset poeta bone deus/ quo risu p̄sequeremur: qui cælestes illas quas fingit imagines paucis stellis inchoatas potius dicit q̄ absolutas/ ne pluribus ibi ignibus acce͂sis incendio mu͂dus flagraret. Ad iuniores nõ descendo hoĩes plebeios & idiotas: ad quos quasi ad iustos possessores tota fere p̄fessio deuoluta est. Est Bonatus inter eos primæ auctoritatis. Is nõ ignarus modo est phiæ/ sed furit plane atq; delirat. Lege eius primu͂ libru͂ de iudicijs in quo sup̄ ope ipse p̄œmiat̃. Me͂tior nisi helleboro dignu͂ hoĩem iudicaueris. struit vbi desipit minus rõnes q̄sda͂ q̄bus astrologia͂ p̄bet esse vera͂: illas q̄d dis

Qualis Ptole. in l͂ris

Snia Ptole.

Cõtra Ptol.

Cõtra eu͂de͂

Qualis Albumasar

Quo te͂pe Ptolemæus

Qualis Maternus

Qualis Mallius

Qualis Bonatus

cã falsas/imo supra quã dici possit pueriles atq; ridiculas. Quam vero putat efficacissi
mã illa est q̃driuiũ destrui si astrologia tollat̃. Esse cnĩ vnã ex q̃ttuor artibus mathemati
cis; vide ut nescit etiã q̃d sit hoc ipm q̃d ꝓfitet̃: Astrologia enĩ hæc diuinatrix quã cõfu
tamus tm̃ distat ab ea quæ mathematicis annumerat̃ quãtũ a tenebris lux/ q̃tũ veritas
distat a mendacio. Et hæc quidẽ quæ futuroꝝ prædictionẽ usurpat si prior illa verior-
q; tollat̃ stare nõ potest; at nõ remeat ratio ut diuinatrice sublata; mathematica quoq; il
la auferat̃: quod adeo est perspicuũ: vel his qui prima harꝝ artium attigerint elemẽta ut
pluribus hoc declarare superfluũ sit. Ptolemæus ipe in ꝓœmijs apotelesmaton posteq;
de duplici dicit astronomia: tm̃ ad priorẽ & mathematicã referẽs sermonem ita inquit,
&c quæ sequuntur

Quod si forte q̃busdã interdũ bonis iudicijs nõ displicuit ista ꝓfessio: non statim tñ est
bonũ q̃d bonus etiã aliq̃s nõ improbauerit; q̃m & boni nõ semp usq; quaq; boni & do
cti prærogatiuã oĩbus numeris pauci cõsequunt̃. & si dicẽdũ est aliq̃d

Philosophi nõ semp philosophi

nõ oẽs docti philosophi/philosophi semp sunt. Sed illud etiã opus meminisse esse veri
tates quasdã q̃bus nobis libido reluctat̃; essẽ q̃bus nulla in primo genere oĩa quæ sunt
de moribus & theologica multa cõtinentur: in altero maxima pars quæ de physicis re-
bus & mathematicis est. porro hãc veritatem quam nos tractamus de vanitate astrolo
giæ ad primũ genus spectare manifestum est: q̃m innatũ homini curiositatis viciũ illi re
pugnat; quod cũ sit inter oĩa potẽtissimũ cũ sit homini ꝓpriũ quatenus homo est: effi-
cit interdũ ut plures huic veritati vel inuestigãdæ nõ vacẽt; vel inuẽtæ etiã nõ libẽter ac
cedãt. Et queadmodũ multi post tractatas philosopho aduersus auariciam euidẽtissi-
mas rõnes opibus tm̃ inhiant cumulandis; sic plærisq; posteq; eis cõstiterit vera oĩno esse
posse q̃ astrologi dicũt; ab astrologis tm̃ innata curiositas ægre se diuellit: & si rerũ aui-
di nouarũ etiã fabulas audimus libẽter; ita curiosi futuroꝝ & mẽtientes in illis astrolo-

Amor nr̃i

gos cũ voluptate sentimus. Accedit qui nos semp infatuat nimius amor nr̃i qui quæcũ
q; attinẽt ad nos ꝓspera vel aduersa facile sperat/facilia timet: & ad ea quærẽda etiã vbi
inueniri scimus nõ posse cæca tm̃ idẽtidẽ cupiditate sollicitat. Quid q; vulgato hoc diu
turno cõsensu præiudicatũ quasi multi existimãt etiã oĩno esse aliquid astrologiã; nec
illud eis unq; venit in mẽtẽ ut introspicerẽt/quisnã fundus huic rei/aut q; solidũ firma
mentũ subessent. Quare quoscũq; fere ista vanitas tenuit/inuenies aut parũ fuisse phi-
losophos aut certe parꝝ astrologos; quoꝝ altero ne videant̃ altero ne iudicentur errores
coꝝ effici potest. Deniq; gustata forte potuit placuisse q̃busdã potata vero philosophi
palato nũq; satisfecit. Habet enĩ in frõte aliq̃d q̃d alliciat/q̃d magnũ/q̃d verisimile/q̃d
utile videat̃; sed vbi altius introspexeris falsa/incerta/fabulosa/oĩa vides: aut nullis aut
debilissimis q̃busdã cõiecturis nata; de quibus postea libris sequẽtibus abũdanter late-

Affinitate noĩs quosdã deceptos

q; disseremus. Verꝝ illud forte & aliquẽ fefellent/q; cũ sint aliquoꝝ & philosophoꝝ &
astrologoꝝ affinia noĩa poterit existimari eosdẽ fuisse qui & philosophica & astrologi
ca cõscripserint. Est enĩ Albumasar apud philosophos; est itẽ apud astrologos, sed q̃q;

Liber ab auctore versus in latinũ ex hebræo

hæc noĩna latinus sermo cõfuderit apud arabes tm̃ diuersa dinoscunt̃. nã q̃ phũs est Al-
bumasar; q̃ aũt astrologus Aboasar appellat̃. Scripsit etiã Abubater de natalibus ꝓdi-
ctionibus: & eodẽ noĩe alius philosophica p̃cipueq; librũ q̃ quisq; pacto p se phũs eua-
dat: quẽ anno superiore ex hebræo vertimus in latinũ. Sed ille Altasibi: hic vero Trip-

Testimonia ꝓphetarum

dis filius. Eadẽ in plerisq; affinitas nominũ q̃q; & tẽporꝝ & ꝓfessiotũ magna dissen-
sio. Et de phĩs quidẽ satis. Trãseamus ad ꝓphetas; hoc est ad veteris & nouæ legis ora-
cula ab Esaia exordiũ faciẽtes. Is igit̃ cũ babylonijs apud quos hæc secta maxime vigu
it; unde astrologi etiã chaldæi dicebant̃/futurũ excidiũ minaret̃: & Cyrum regẽ Persa
rũ p ducẽtũ etiã annos anteq; nasceret̃ vnctũ appellatũ aduersus illos dimicãtẽ/tubis
excitaret. ita chaldæorum ciuitatẽ desolandã alloquitur. Stent nũc & saluent te augu-
res cæli qui cõtemplabant̃ sydera & supputabãt menses ut annunciarẽt euentura tibi.
Ecce facti sunt quasi stipula; ignis combussit eos/nec liberabunt animã suam de manu

stimæ : & ante hæc paucis interiectis de hac cælestiũ obseruatione eos ita taxauerat sa⸗
pientia hæc & sciẽtia tua decipiet te: veniet sup te malũ & nescies ortũ eius: & irruet sup
te calamitas quã nõ poteris expiare. In quibus verbis ꝓpheta diuinus duplicẽ astrolo⸗
gorum temeritatẽ accusat, quarũ altera est putare se ex cælo posse futura præuidere: al⸗
tera cũ sint præuisa vel depellere mala vel bona cõfirmare. Veniet igiẽ inquit malũ / cu
ius nescies ortum: hoc est q̃ tibi nec mars / nec saturni frigida stella præsignificauerit.
Tũc nec irruẽtẽ calamitatẽ poteris expiare: hoc est horarꝫ electionibus & astrologicis
imaginibus aut supstitiosis alijs machinamẽtis a te ꝓpellere. Dignũ autẽ aĩaduersione
cõfutari p hæc rñsiones eorꝫ q chaldæi pariter esse volũt & christiani. Soliti enim dicere
non simpliciter dãnari a sanctis & ꝓphetis astronomiã. Sed quatenus solum aut vicia
aut virtutes referũt ad cælũ: aut rerũ humanarũ euenta fatali necessitate deuinciũt: qua
re cũ hos errores boni etiã astrologi cõfutẽt/ nõ astrologiæ scientiã / sed astrologorum
quorũdã errata illos abominari. Dicãt igiẽ mihi & Petrus alliacensis & quicũq; hac se
defensione defendũt: an ad mores spectaret q̃ Assyrijs bellũ rex psarũ inferret: Etiã si
ad mores nõ attinet: cur præuideri tamẽ a summis astrologis id nõ posse ꝓpheta existi
mauerit: Quod si in eo etiã errore fuissent: ut quæ essent futura necessario vẽtura puta
rẽt: nõ eis obijceret vẽnirã calamitatẽ p eos nõ expiandã: quã nec expiari posse ipsi ta⸗
mẽ sperarẽt: qui necessario euẽturã illã ut omĩa existimarẽt. Sed nec vllo recto iudicio
bonæ artes dãnanẽ / quia mali qdã eis abutunẽ. Alioqn dãnanda erat imprimis sacrarũ
lectio lrarꝫ: unde tot hæreses / tot suas insanias / indocti qdã supbiq; cõfirmarũt. Dãnã⸗
da itẽ philosophia: qm̃ hic philosophus aĩam mortalẽ / ille vnicã dicat in omibus. Alij
negẽt ꝓuidere deũ hoibus; alij vllã oĩno esse religionẽ. At euertenẽ hac rõne omĩa bo
na cũ nihil sit adeo bonũ quo abuti natura hominũ non possit. Quare qui ita se defen⸗ Nihil adeo bonũ q̃ non possimus ab uti
dũt iudiciũ ecclesiæ: quod cõtẽnere erubescunt / oblique interim grauiter calumniãnẽ.
Sed cogi oĩno possũt ut vel repudiare istã vanitatẽ vel a maioribus suis hoc est ecclesiæ
ducibus deuiare in sinistra nõ possint. Nã quacũq; illi rõne astrologiam dãnauerint: di
cant quæso iusta ne dãnauerint: an iniusta: iniusta dicere nolunt / si iusta; cur nõ cum il
lis vos quoq; eã pariter dãnatis: Sed dãnamus inquiẽt & nos illos errores ꝓpter quos
illis astrologia displicuit. At ego illud quæro cur nõ ꝓpter eosdem illa displicet vobis:
Nã interdicere illos astrologiã nõ q̃dãtenus sed oĩno oẽm ꝓsequi / abominari palã est /
& mox ostẽdemus. Vos factũ cõtẽditis ꝓpter q̃sdã errores / esto: sed illud respõdete /
an recto iudicio ꝓpter illos errores tota abijciaẽ; si recto cur nõ idem facitis vos: immo
quã dãnauerũt vos approbatis; quã insectari sunt defenditis; quam interdixere disse⸗
minatis: quã sciri nolũt publice docetis. An quod inquit Alliacẽsis crescẽti fidei potuit
obesse: ideoq; primi eã doctores nascentis ecclesiæ sunt ꝓsecuti: nũc adulta non nocet:
immo ꝓdest etiã & vehemẽter. At qui hoc postea cõfutabiẽ: nã pestiferã illã ut olim:
ita nũc etiã esse palã demõstrabimus: q̃d ipsa etiãnũ experiẽtia demonstrat. sed nec erat
illa dãnanda / sed eius abusus. Cur igiẽ philosophiã quidẽ nõ dãnabãt; sed impietatẽ q̃⸗
rũdã philosophorꝫ: nõ aũt pariter astrologos / sed ipsam astrologiam: Vtiq; qm̃ in phi⸗
losophia si q̃d erraẽ ꝓfessoris est vitiũ: in astrologia ipsa ꝓfessio vitiũ. Quorꝫ auctorita⸗
tẽ vna cũ rõne etiã nos secuti aduersus impios disputantes: nõ philosophiam / sed phi⸗
losophorꝫ errata cõfutauimus. Hic aũt non astrologos sed astrologiã; qm̃ ipsa astrolo⸗
gia error est. Sed redeamus ad testimonia ꝓphetarũ. Deus p Mosen ita loquiẽ nobis.
Gentes augures & diuinos audiũt: tu aũt a dño deo aliter es institutus / p eo autem q̃
nos legimus augures in hebræo est   Mehonẽ p quos Achinnas maximus Achinnas
doctor hebræorꝫ eos ait intelligi / qui tẽpora supputãt & fœlices horas ac infelices ob⸗
seruant: deriuaẽ enim dictio illa ab   : hona quod horam significat: Hierony⸗
mus augures transtulit. Sed & apud Esaiam astrologos augures vidimus nuncupari.
Neq; eni nomẽ astrologorꝫ usq; in sacris litteris. Nam & ipsa habet varias locutiones:
& varias varijs temporibus superstitio ista appellatiões sortita est. Olim enim chaldæi

& genethliaci: Augustini temporibus mathematici & planetarij/ nunc astrologi passim vocitant. Quod autẽ Hieronymus & eo loco & alibi plerumq̧ trãstulit diuinos in hebræo est chesem: quod Auenazra ipse/ q̃q̃ astrologus/ ait/ hoc est quidẽ cõmune omnibus diuinantibus: sed ꝓpriũ magis nomẽ astrologorũ Hieremiæ illud quis ignorat? A signis cæli nolite timere quæ gentes timent. Quid igitur homo christianus astrologorꝫ iudicijs vel gaudet vel tristat̃ a quibus nihil sperandum Esaias: Hieremias nihil timẽdũ: immo per utrũq̧ diuina nobis veritas affirmat: cum totũ hoc quod ꝓfitent̃ sicut inquit Ambrosius quærere absurdũ: cũ quæ pollicent̃ sint impossibilia. Vnde cæli dñator apud Iob. Nũquid nosti ordinẽ cæli & pones rationẽ eius in terra? & infra. Quis enarrabit cælorꝫ rationẽ? Duplex enim error astrologorꝫ/ alter ꝙ multa cælo subijciũt quæ inde nõ dependẽt: alter ꝙ quæ etiã efficit cælum/ inde tamẽ ab eis ut putant/ præuideri nõ possunt: quod allata in mediũ apud Iob verba nobis ostendit. Et cũ doctores ecclesiæ utrũq̧ pariter refellant: quomodo dici potest id eos tãtum nõ ꝓbare quod libertatẽ tollat arbitrij: aut fati necessitatẽ inducat. Augustini ratio illa de geminis nõne eo tendit ut omnẽ tollat ab eis præscientiã futurorꝫ? Idem in Enchiridion/ nõne ipsam solam tẽporꝫ obseruationẽ: ut hæc fausta: illa infausta putemus ad magnũ dixit ꝑtinere peccatũ? Cũ tamen in hac horarũ dierũq̧ electione libertatẽ potius nostrã exerceamus q̃ auferamus. Sed ita est certe displicebat eis undiq̧ astrologia licet ea maxime parte qua religionẽ & mores cælo subijciebat. hac eam execrabant̃ vbiq̧ cõfutabant: hac impiã arbitrabant̃ vbiq̧ vanã: hic blasphemã vbiq̧ superstitiosam: hic abominabilem/ vbiq̧ ridiculam. Quare Augustinus in libro de doctrina christiana ad perniciosam dixit superstitionẽ pertinere eos qui genethliaci dicũtur: nõ solum quia actiones nostras: sed quia & actionũ euẽtus a stellis putent ꝓcedere: & in libro cõfessionum de planetarijs loquẽs hoc est astrologis: quos christiana inquit & vera pietas expellit & dãnat: & illud Moseos exponẽs: Posita sydera in signa & tẽpora: nõ signa inquit dicit quæ obseruare vanitatis est/ sed vitæ usibus necessaria: qualia nautæ/ agricolæ: & id genus artifices obseruant. Eodẽ loco Basilius eam occupatissimã esse dixit vanitatẽ. Ambrosius inutilem & impossibilem: Theodoretus a philosophis etiã cõfutatam: Chrisostomus/ vanã/ falsam/ ridiculam. Legamus Bardesanẽ/ Ensebium/ Didymũ/ Apollinarem/ Tertullianũ & innumeros alios plures etiã apostolicos viros: & quid plura videmus hebræos hæreticos gentes eadẽ genus hominũ hoc censoria virgula ꝓsequutos. Quo factũ ut miraret̃ Augustinus cum redarguẽtia hæc astrologos testimonia tali celebritate in ecclesijs legerent̃ plena tamen esse cõuenticula nostris hominibus: qui tẽpora rerum agendarũ acciperẽt a mathematicis. Idem cũ sup psalmo tercio & sexagesimo ad populũ cõcionaret̃ mathematicũ ꝓduxit poenitẽtem: qui ꝓfessioni .s. renũciauerat nõ aliter q̃ si aut Iudæus aut ethnicus aliquis regenerationis lauacrũ accepisset: q̃ pulchre idem interpraetaos Ioannẽ insaniæ nostræ nos admonet: qui ad astrologos liberi intramus ut exeamus serui: & mendacijs em pris libertatem illis nostram erogamus. In libro vero de natura dæmonũ ait expresse nemini licere post christũ genituram alicuius de cælo interprætari.

Geniturã post xp̃m nemini licet iudicare

Hieronymus ex opprobrijs Aegypti: hoc est reliquijs idolatriæ esse ait requirere stellarum cursus & futurorũ ex eis euenta rimari. Seuerianus in libro quem de septem artibus: quẽ falso quasi Cassiodori citat Rogerius postquam de vera dixit astronomia. Tum ea inquit quæ attinẽt ad preuidenda futura ita debere nesciri: ut nec scripta esse videant̃: sunt enim fidei nostræ sine dubitatione contraria. Hæc ille ad verbum.

Detestatio astrologiæ p ecclĩastica decretã

Quod si quos tãtorum hominum & tam præcellẽtium sententia nihil mouet/ deterreat saltem pontificalis auctoritas quæ istam ꝓfessionẽ ita nostris hominibus interdicit: ut Alexãder tertius pontifex maximus/ sacerdotẽ nescio quem integro anno a ministerio altaris voluerit abstinere: ꝙ per astrolabium cuiusdam ecclesiæ furto inuestigando aliquid esset perscrutatus: q̃q̃ ut idem pontifex testat̃ nullam ibi aut magicam/ aut aliam superstitionẽ admisisset. In Martini pontificis synodo scriptum: non

vere christianos aut lunæ cursus/aut stellarum: aut inanē signorū fallaciam ꝓ domo fa
cienda vel sociandis cōiugijs obseruare. sed & sub noīe etiam aruspicū astrologus de
creto Gregorij iunioris anathema ꝓnunciat. & in cōcilio Toletano. Si ipse præsbyter Grego.
aut diaconus fuerit in monasterijs relegat̃ sceleris ibi poenas ꝑpetua illa detētione datu Concilium
rus. Solent enī ut docet Augustinus in libro de natura dæmonū sub aruspicū nomine Tholeta.
apud nostros designari: qui dies & horas in agēdis negocijs operibusq; custodiunt: vbi Augusti.
notari illa maxime videt̃ pars astrologię q̄ est de electionibus. Quis iam igit̃ audeat hō
christianus (cūctis enī nūc mihi sermo) astrologiā tueri sequi/extollere/a lege ꝓhibitā:
a ꝓphetis damnatā: a sanctis irrisam: a pontificibus & sacrosanctis synodis interdictā?
Quod si mihi opponas Albertū theologū præstantissimū fautorē tamen astrologoꝝ:
admonebo te primū multa referri in Albertū/quæ Alberti nō sunt: quod & supra teti
gimus. Tū si mihi forte obijcias librū de licitis & illicitis in q̄ reijcit q̄dē magos: astrono
micos aūt ꝓbat auctores: respōdebo existimari quidē a multis esse illud opus Alberti:
sed nec ipsum Albertum: nec libri inscriptionē usq; quaq; hoc significare cū auctor ipse
quicūq; demū fuerit nomen suū cōsulto & ex ꝓfesso dissimulet: quid: q̄ in eo multa le
gunt̃ indigna hoīe docto/ & bono christiano: qualia illa sunt imagines fieri posse qui
bus etiā nō vnus homo: sed vna etiā ciuitas tota vel infoelix fiat vel infortunata: tum nō
esse magicos libros abijciēdos qui ecclesiæ utiles futuri aliquādo sint. Est enī hoc plane
aduersum iudicio ipsius ecclesiæ: quæ illos vbi locoꝝ fuerint inuenti vri iubet & ꝓrsus
exterminari. Nā q̄ ratione utile erit seruare integros libros q̄s utilius erat nūq; esse con
scriptos? Quæ utiq; aut nō scripsit Albertus: aut si scripsit dicēdū est cū apostolo: in ali
is laudo: in hoc nō laudo: sed sicut inuidiæ est quærere in magnis viris potius quod dā
nes q̄ q̄ extollas: ita insaniæ sicubi defecerūt nō potius damnare velle q̄ imitari. Lauda
bo ego in Petro Aliacen. studiū litterarū: experientiā rerū: multiplicē lectionē: & quod
scite atq; subtiliter theologica quædam scripserit & tractauerit. q̄ vero altero opusculo
astrologiā historiæ: altero theologiæ cōciliare voluerit: ut ibi veram: hic piā ratione ꝓ
baret: plane nō laudo/ sed damno/ execror: atq; detestor: cū tueri positionē nullam pos
simus aut magis falsam/aut religioni magis aduersam: de qua re quoniā in sequētibus
libris late differemus: nihil vltra hoc loco dicendū. Ibi enī etiam suis fautoribus testatū
abunde relinquemus esse illos libellos & inimicos religioni / & tot erratis historicis &
astrologicis plenos ut dici nostrū illud possit: si vis errorem tollere/tolle librum. Dixi
mus de philosophis & de ꝓphetis: restant leges ciuiles: hoc est cæsarum ac prudētium
iussa atq; iudicia: quorum finis potissimū consulere utilitatibus: quibus hominum vi
ta bene beateq; transigat̃: quæ cū inter omnia bonis maxime artibus adiuuet̃ / noxijs
peturbetur: summo studio curauerūt/ut illæ quidem abūdarent/ hæ nullæ (quantum
fieri poterat) essent in ciuitatibus. Quod ut cōsequerētur illarum ꝓfessoribus præmia Testimonia
honores decreuerūt. Harum autē publicas ignominias & supplicia tāto grauiora: quā iuris ciuilis
to noxias magis artes illas existimarunt. Illi igit̃ de astrologis quid putauerint: nemo
nescit qui legales Iustiniani Cæsaris codices legerit: in quibus ars mathematicorum Iustinianus
(sic enim se vocabant astrologi) ut abominabilis interdicitur: mandante imperatore ne
quis mathematicum cōsulat: sed omnibus sileat perpetuo curiositas iudicandi. Si quis
autē mathematicū consuluerit capitis ei (quod est summū suppliciū) poena denuncia
tur: quod ꝓfecto nō statuisset sapientissimus imperator tot & sapientum usus & legi
bus & iudicio: nisi nō solum vitæ inutilem/sed perniciosam hominibus istā ꝓfessionē ex
perientia demōstrasset. Ipse foelicissimus Iustinianus ita hoc hominū genus horrebat:
ut si quis in eius comitatu deprehenderet̃ mathematicus: summis ad eculeum usq; tor Iustinianus
mentis/temeritatis suæ lueret poenas. Tū postremo de hac loquēs supstitione ꝓnūciat q̄tū odiuit
imperator eiusdē esse culpæ affines: & q̄ docēt ista & qui addiscūt. Ante Iustinianū etiā astrologos
nōne legimus sæpe expulsos vrbe Roma oēs mathematicos? q̄d in calce istarū dispu
tationū aperte demōstrabimus. Quod si omīs ratio recta/vel prudentia regit̃/vel phi Cōclusio li
bri huius

losophia perficitur: vel diuini splendoris radijs illuminatur: erit profecto astrologia omni recto iudicio ꝓfligata: quã & prudẽtissimi legũ latores exterminarunt: & doctissimi philosophorꝫ cõfutauerũt: & viri diuini atq; sanctissimi abominati sunt.

Disputationũ Ioannis Pici Mirãdulæ aduersus astrologos libri primi finis.

Ioannis Pici Mirandulæ disputationũ aduersus Astrologos. Liber secũdus.

Caput primũ. Incertã esse artẽ istã iudicio etiã principũ illius.

[S]Ed ne sola auctoritate pugnemus demõstrabimus toto hoc opere certis rationibus reiectã iure a sanctis istam superstitionẽ: quia religioni maxime aduersaretur: utiliter legibus interdictam: quia vitæ inutilis sit: immo noceat & peruehemẽter rationabiliter a philosophis cõfutatã: ut quã falsam incertãq; cognoscerent. Et q̃q̃ inde videbat̃ exordiendũ ut falsa demõstraretur quoniã statim inutilis etiã reddebat̃. Aliter tñ faciẽdũ putaui: ut .s. priusq; de eius falsitate disputarẽ / ostẽderẽ amatoribus astrologorꝫ: etiã si esset talis ista ꝓfessio qualẽ ipsi eã faciũt & affirmãt: nullũ exteriori hoĩ ab ea cõmodũ ꝓuenire: interiori autẽ non solũ maxima detrimenta: sed etiã exitialia: q̃d priusq; aggrediamur: præfari quædã oportet ex q̃bus intelligamus quãtũ suæ ꝓfessioni sũmi ipsi astrologorꝫ principes tribuant. Ptol. igit̃ in primo apotelesmaton; postq; iudicia astrologorꝫ sæpe esse mendacia dixit vicio prædicentis; tñ hæc ita subijcit ad verbũ quæ nos voluimus trãsferre; quare male habent̃ in trãslatione cõmuni; & peius in trãslatione Auenrodan. & ab eo male exponunt̃: sed cũ fideliter erũt trãslata expositione nõ indigebũt. Verũ illud tũ liquet etiã si quis disciplinas istas vestigijs rite quãtũ fieri possit indagauerit: necesse esse tñ: ut is etiã q̃ sæpissime offendat: nõ valet ob illa quæ supra diximus: sed vel ob ipsam potius rei naturã; vel quoniã maior est nr̃a imbecillitas: q̃ ut tãtæ ꝓfessionis magnitudini pares simus. Etenim cũ omnis cõtemplatio quæcũq; in materia affectionibus versat̃ magis verisimilia captet: q̃ quicquã ꝓ vero decernat. Tum vero hoc illius maxime ꝓprium quæ quasi cõfusa ex multis inter se dissimilibus est; atq; ex antiquis errãtium sydẽrum figuris aspectibusq; dependet. quoniã quæ circa rerum euẽtus obseruata sunt a priscis; ea nos ætati nostræ quotiens quidem ad eundẽ modum se res habet accõmodamus. Cæterꝫ quis nõ videt euenire illud posse: ut figuræ ipsæ atq; aspectus magis minusue inter se similes sint longis temporꝫ anfractibus: ut autẽ concordia prorsus eadem cunctorꝫ quæ in cælo sunt: præsertim si terrã quoq; adiunxeris reuertat̃: ne sperandũ quidem videt̃ / nisi quis forsitan inaniter gloriose q; se iactet in cõprehendendis cognoscendisq; rebus quæ vel cõprehẽdi suapte natura penitus nequeũt; vel eo certe spacio tpis; quod sit hoĩs modo sensibus indultũ. Quo fit ut dissimilibus ꝓpositis exemplis etiã q̃ñcũq; in præscitis aberret. Atq; in his aspiciendis quæ circa ambientẽ nos rerum naturam ꝓueniũt. Nihil præterea est arduũ: in ipsis autẽ genituris / atq; in priuatis omnino singulorꝫ collationibus: nec paruæ nec leues incidũt causæ: quibus sui cuiq; mores cõciliant̃. Nã & seminũ differẽtiæ plurimũ valẽt ad generis ꝓprietatẽ; q̃ñ etiã si idẽ corpus ambiẽs / idẽq; finitor sit / plurimũ tñ momẽti habet vnũquodq; seminũ ad vniuersalem figuræ peculiaris informationẽ: puta in homĩe / equo & alijs. Afferũt & loca generationis non minimũ discriminis. Nam si genus idẽ seminis: ut videlicet humanũ / statusq; idẽ fuerit ambiẽtis om̃ia corporis: plurimũ tñ ex regionum diuersitate corporibus animisq; distant qui gignunt̃: plurimũ quoq; interest ad vitæ actus variãdos etiã si cætera paria sint: q̃bus quisq; cibis / aut q̃bus utat̃ moribus; q̃d nisi vnũquodq; horũ intra ambiẽtis corporis causam cõtineat̃ (quod vim .s. hãc habet potissimã) ut illis ipsis quãobrẽ talia sint: pars aliq̃ sit causæ: q̃d cõtra eũ fit plurimũ habere oĩo possũt. In quo hæsitent hi qui se oĩa posse opinant̃: q̃uis nõ eadẽ plane sint: ex sola tamẽ sublimiũ corporꝫ motione dinoscere. Hæc ibi Ptolemæus q primo etiã enũciato alterius libri q inscribit̃ fructus vulgo centiloquiũ dicit̃ de sciẽtia loquens astrologiæ; ita inquit fieri non

Ptolom ei sẽtẽtia de Astrologis

quit: ut qui sciens est particulares rerum formas pnũciet; secuti nec sensus particularẽ sed
generalem quandã suscipit sensibilis rei formã; oporteteqꝫ tractantẽ haec rerũ coniectu
ra uti; soli autẽ numine afflati praedicũt particularia: haec ille ad verbũ: quãquã aliter & men
dosa & deprauata in vulgatis codicibus habeant. Sed & arabũ & hebraeorum qui astro
logica scribunt/ indubitata sententia est: quocũqꝫ stella sua pmiserit posse tamen non
euenire: & quia materia non idonea sit influxui suscipiendo: & quia humana ab arbi
trio nostro plurimũ dependeãt: & quare fatum particulare vniuersalioris fati aduersan
tis potestate superetur: & quare fato omni potentior/ & caelo maior diuina puidentia/
fieri interdum aliter ordinet/ qꝫ ordinaria caeli reuolutio erat effectura: quę cum passim
sparsa apud astrologos: tamen simul omnia leges apud Auenazrã capite primo libri
de natiuitatibus.

Picus non recte exponit verba ptholomei cum omnino contrari sua sint

Nõ posse fu tura pdicere nisi numine afflatos

Caput. II. Auspicationes quas electiones dicunt inutiles esse: testimonio vni
us astrologi/ ratione/ & experientia.

Am haec si sint vera pferat astrologus quodnam emolumẽtũ ex eius praedi
i ctionibus vita consequat. Rñdebit fortasse duplex: alterũ verũ dicit & horã
doceri qͣ auspicari actiones nr̃as debeamus: ut foeliciter fiat quod facturi su
mus. Alterũ cum praedicit qd est futurũ: unde illa est utilitas: ut qbus in rebus infoelices
nos fore cognouerimus illis abstineamus: cõtra ea aggrediamur: in qbus foelicitatẽ na
talicia nobis hora polliceat. sed age excutiamus utrũqꝫ ab eo exordientes quod primo
loco pponebat. Et qm̃ nobis cũ astrologis disputatio utamur his maxime assumptio
nibus quae apud eos verissimae existimant. Aut igit in re quã auspicato facturus es fa
uorabile tibi caelum natalis cõstellatio fecit/ aut aduersum: si aduersum nõ pdest auspi
catio ex sentẽtia Ptolemaei: qre rẽ illã infoeliciter semp agredieris/ & ab ea semper foeli
citer abstinebis: si fauorabile nulla opus horarum electione: sed tua tibi electio sufficit:
qm̃ tunc foelicissime rẽ illã aggredieris: cũ te ad illam animus inuitabit. Neqꝫ enĩ aliud
est esse fortunatũ (si fortunatus est aliqs a caelo) qꝫ vim nr̃am imaginariã famulã ratiõis
ita caelitus moueri: ut his & modis & tẽporibus vnũqdqꝫ faciendũ suscipiamus: qlibet
qꝫ foelicissime votũ pfici possit: quo circa dixit Aristoteles nõ pdesse fortunato cõsiliũ:
in ea. s. re in qua eũ natura formauit; ne forte alio te cõsilium distrahat & abducat qꝫ in
stitutus ille animi impetus te vocabat. Mitto qꝫ Haly interptes Ptolemaei friuolam esse
ait & inefficacẽ hãc partem astrologiae quae est de electionibus. Mitto fidem ipsam ex
perientiae qua nulla certior; nulla cõstãtior: ea enĩ quotidie facit manifestum eos potissi
mũ in suis rebus agendis parũ esse foelices: qui vanã hanc tẽporũ discretionẽ obseruãt.
Cõtra: longe foeliciores qui ista supstitione reiecta sola electione & prudentia ducibus
utunt: Quis enĩ nr̃a aetete fortunatior Francisco Sfortia: qui militari foelicitate amplũ
sibi & florẽtissimũ insubriũ parauit imperiũ: & posteris auctũ cõfirmatumqꝫ reliquit.
Cui tñ semp oẽs astrologi vel odio fuere vel contẽptui: ne dũ eos in suis rebus aut belli
cis aut domesticis consiliarios adhiberet. Quis Zoroastre inter antiquos in astrolo
gia/ in magicis & in omni supstitione potẽtior: & tamẽ eum in bello & vicit & occidit
Ninus/ nec astrologus utiqꝫ nec magus. Põpeius diuinatorũ rñsis plurimã fidẽ. Caesar
nullã adhibebat: illi aduersa huic foelix laetaqꝫ fortuna. Caesarẽ Iustinianum extermina
torem/ ut vidimus astrologorũ/ domi & militiae foelicissimũ quis ignorat: Contra: Iu
lianus imperator & christiani noĩs inimicus/ & omniũ supstitionum curiosissimus ob
seruator: qꝫ breui qꝫ infoeliciter & vitã amisit pariter/ & imperiũ. Possem ego tñ vnum
aut alterũ etiã astrologos doctos/ & mihi familiares afferre noĩatim: quibus fides istius
vanitatis: ad quã. s. vitae rationem instituerãt/ vel exitio fuit vel detrimento nõ medio
cri: sed nolo hoĩes alioquin bonos infamare: & in re veritati non admodum necessaria
sanctae amicitiae iura violare. Sed utinam huic quidẽ patrimonium non abstulisset: illi
patriam & vitam: multos spe vana stolidos & insanos: multos timore miseros nõ effe
cisset. Ita mea delicta deus nõ videat/ ut nullos vidi earũ rerũ magis egenos: quas suis

Auspicationes inutiles esse

Locutus est pici pica loquatur et factus est iudex sibi ignota alia fiunt electiones

Non pdesse fortunato consilium

Experiẽtia

Franciscus Sfortia

Zoroaster
Ninus
Pompeius
Caesar
Caesar Iustinianus
Iulianus

homĩbus astrologia ꝓmittit/q̄ꝗ qui astrologiæ penitus se deuouerũt: & ꝑ eã cæli fauorẽ
in horas singulas aucupanť. Mutauit vir quidã magnus mihi notus vitæ rõnem facta
ex hoc cõsilio prioris fortunæ iactura nõ mediocri: astrologica maxime spe cõmonitus
ꝙ in noua ꝓfessione magnas fœlicitates cælesti fauore esset cõsecuturus. At vero in ea
cũ aduersam quotidie magis fortunã experireť: solitus erat dicere/a marte se deceptũ:
nolens illud dicere quod erat verius/ab astrologica vanitate se deceptũ. Idẽ paulopost
obijt morte etiã valde miserabili: quã nec a cælo ipse præuiderat. Parabat enim multa:
& magna moliebať: ut qui sibi adhuc longos viuendi fines cõstituisset. Possem multa
hoc genus cõnumerare: sed refugit animus narrationẽ earũ rerum quæ vix sine lachri-
mis possum meminisse: & q̃ñ inciderũt in homĩes amicissimos cõmiserationẽ exigũt
potius a me q̄ꝗ reprehẽsionẽ. Sed utinã hæc dissimulatis noĩbus veterꝝ amicorꝝ inuita
redargutio/amicis viuẽtibus ꝓsit quos ꝑ oĩa quæ mihi cũ illis amiciciæ iura intercedũt
ꝑ fortunas eorꝝ: per vota fœlicitatis admonitos & rogatos etiã atq̄ꝫ etiã velim: ne unq̄ꝫ
in suis rebus vanitatis istius cõsilio se cõmittãt/ habeant eã (si ita libet) quasi poeticam
fabulam suꝑ qua rideant: ludant: iocenť: pro duce: pro magistra vitæ non babeant. Sed
vbi saluti corpori erit cõsulendum medicos consulant: vbi externis ꝓspiciendum pru-
dentiæ & rationis oculis uranť: quorꝝ utrũq̄ꝫ diuina nos sapientia docet: quæ & creatũ
medicũ dicit ab altissimo ad nostram necessitatẽ: & prudentiã ait homini esse seruan-
dam ut eruatur a via mala. De astrologia nihil tale scriptũ inuenimus: cuius ꝓfessionẽ
ita ꝓbauimus esse inutilẽ: ut illi etiam tãtũ tribueremus: quãtũ astrologi putãt tribuen-
dũ. Nam cũ erit deinde ꝓbatũ nihil eã habere veritatis/erit extra omnẽ cõtrouersiã suf-
ficienter: quod hic ꝓbare sumus conati/periculosissime credi res nostras cõsilio astro-
logorꝝ. Quod si quãdo ex illorꝝ prædictionibus recte usu accidat; non in rationẽ quæ
nulla sit apud eos: sed in temeritatẽ casumq̄ꝫ esse referendũ.

Caput III Non esse utilem astrologiam in decernendo quid sit agen-
dum: quid fugiendum.

Lterꝝ ut supra dicebamus astrologię emolumẽtũ fingi potest: ut. s. ea rẽ ꝓse-
a quamur: quã nos seꝗ iusserit astrologus. Cõtra ea fugiamus quæ ille vetat.
Q d' utiq̄ꝫ vel suꝑfluũ esse vel noxiũ ita demõstrauimus: nã ꝗd ille prædicit/
aut ad ea attinet quæ sunt corporis: aut quæ externa atq̄ꝫ fortuita. In his igiť quæ sunt
corporis si spectãt ad valitudinẽ quæro astrologi ne iudicio/iudiciũ quoq̄ꝫ medici pari-
ter cõsentiat: an ab eo potius sit diuersum: si idẽ sentit uterq̄ꝫ nihil tibi cõfert astrologus
quod medicus solus præstare nõ possit; si dissentiunt tum potius quæso putas acceden-
dum. Sane si medicũ repudiando astrologo te cõmittas insaniæ pœnas dabis. In agen-
dis rebus similiter interrogo ne quod astrologia cõsulit prudẽtia etiã cõsulat faciendũ.
An hæc sibi iudicia penitus aduersenť. si consonũ/ꝗd ꝗd intra nos est tã ꝓcul: q̃ras tu
in cælo: si dissentiũt ꝗs recte: ꝗs rõnabiliter factũ defendat: ꝙ in rebus agẽdis prudẽtia
relinquať: quæ nihil aliud est q̄ꝫ recta ratio rerꝝ agendarꝝ: sed erũt hæc exemplis diluci-
diora. Prædixerit igiť astrologus martẽ tibi hoc anno tritæũ cõminari. Excitaturũ eni
bilẽ ex potestate quã in annua habet cõuersiõe: q̃re utẽdũ frigidis potius & vitæ rõnẽ
aduersus ardorẽ martis instituẽdã. hoc ipm ꝗd de cælo ipse prænũciat/aut ipa quoq̄ꝫ si-
gna demerabũt: quæ a corporis tui dispositionibus petunť: ꝗbus q̄ꝫ medicorꝝ nitiť cõie-
ctura/aut nõ demerabũt: si demerabũt hoc tibi erit satis indicij ad præcauẽdã futuram
malã valitudinẽ si nõ demõstrẽt: rogo recte ne factũ putes ut cum nulla erũt indicabi-
lis exæstuãtis. Sed locium albicans & crassum: venarꝝ segnes pulsus: facies pallore de-
formis: mẽbrorꝝ pigricies/reliquaq̄ꝫ id genus ꝗbus medici ꝓ notis utunť: nõ bilis/ sed
pituitæ dñm indicabũt: tu ñ bilẽ euacues: quare martem tibi de cælo astrologus finxe-
rit minitantẽ: ꝗd ꝙ nec prudẽs tibi astrologus cõsulet: ꝗ etiã si de marte illa vere ꝓnun-
ciet: põt naturalis tua tẽperatura: põt vniuersalis ipsius anni dispositio: põt vitæ ratioq̄ꝫ
diu usus fueris/ad cõtrariũ te vertisse. Deniq̄ꝫ causam vnã videt astrologus q̄ꝫ hoc pos-

...ofecto picus
...xis ostendit
...hoc capite
...stiam aduer
astrologos quam
...inark nihil
...cludit

sit efficere: & illā remotā ac vniuersalē. Medicus nō modo ex ꝓprijs & ꝓpinqs iudicat caussis; sed rem ipsam ꝑcipit sensu: & quod ex oīm simul causarꝫ cōplexione dissultat ipsa hoc monstrante naturæ præsentis euidentia tenet. Mitto ꝙ qui etiā astrologorꝫ iudicijs fauent; non ita tñ insaniūt; ut minus illa falli medicorum iudicijs putent. Proponamus simile exēplū in tractatione rerū externarum: ut pricipi. s. consulat mathematicus: ne bellum ineat cū inimicis; quoniā mars ei parum ꝓpitius sit. Quæro utrum quo tēpore hoc illi dederit cōsiliū nulla iusta causa bellandi principi sit; aut si causa bellandi/ nulla tñ occasio opportunitasqꝫ vincendi. An potius & bellandi iusta cā nō desit: & ad victoriā omnia suppetāt instrumenta. Si dederis primū iure nō bellabit: sed sola duce prudentia. Si sileat etiā omnino mathematicus. Si secūdum nec ipse utiqꝫ astrologus si nō sua intersit/ abstinendum bello iudicabit; & si abstineat quid erit aliud ꝙ̄ sensum & euidentiam ob rationē cōiecturāqꝫ relinquere

Exēplum in externis

Caput IIII Non esse astrologiam religioni utilem: quod Rogerius bacon & Petrus Alliacensis existimarunt.

Opinio Roge. Bac. et Petri alliacen.

a T si vitæ inutilis est an religioni utilis fortasse: quod putasse videtur & Rogerius bacon & Petrus alliacēsis: atqꝫ hic quidē duplici maxime rōne altera ꝙ ex magnarꝫ quas vocāt cōiunctionū astrologica supputatione hr̄i veritas possit de numero annorꝫ ab adā ad christū: de quibus inter ecclesiasticos codices tanta sit cōcertatio. Altera ꝙ cōfirmari ꝓphetarum possint oracula: si illorꝫ prædictionibus astrologicæ quoqꝫ prædictionis testimoniū adijciat. Nā cū oīe verꝫ oī vero sit consonū: necessario verū astronomicæ sciētiæ/ theologicæ veritati esse cōcordē; quinimo ꝓ oībus alijs sciētijs illi veluti ancillā dñæ subseruire/ cum inuisibilia dei per ea quæ facta sunt visibilia cōspiciant: nihil sit aūt inter illa cælo nobilius, unde illud Dauidicū: Cæli enarrāt gloriā dei & opa manuū eius annūciat firmamētū. Quā ipse opinionē qsi ope cōprobaturus opusculū scribit per viginti theoremata/ quæ vocat verba distinctum: in quo plane tot errata quot verba; titulus est de cōcordia astrologiæ & theologiæ; qua si nō legerit Paulū exclamantē quæ societas luci cū tenebris: aut quæ participatio christi cum belial: nitit aūt in eo opere duo illa efficere quæ dicebamus: ut. s. quæ ꝓphetæ afflati diuinitus prædixere cælesti etiā cōstellatione ostēdat præsignata; tum ut annorꝫ ab adam ad christū cōputatio ex astrologorꝫ dogmatis inuestiget. Adijcit alterū huic opusculū de cōcordia astronomiæ & historiæ: in quo septē a mundi exordio cōiunctiones maximas notans ad illas nitit referre: quæ medijs tpibus magna & mirabilia ex historijs colligunt; astrologorꝫ hinc dogma cōfirmaturus q ex magnis illis cōiūctiōibus magnas semp in rebus hūanis & legū & regnorꝫ fieri volūt mutationes. Et qdē optarē scripsisse illū potius q̄ mihi laudāda essent ꝙ̄ cōfutāda; qm̄ ut ingeniū habēs ad litteras amo/ & ꝑsonā veneror quā in ecclesia gessit. Sed forte illi etiā rē facturus sum gratā si qd parū caute & vere se ꝓfuturū scripsit ecclesiæ cū & falsum & noxiū ꝓculdubio inueniat/ iusta hac redargutione/ ꝙ̄tū erit in nobis oblitteret. Duxit aūt hoīem alioqui sn doctū in hūc errorē ignorātia potissimū astronomiæ; quā cū post studia theologiæ: in quibus in celeberrima pariēsi academia se exercuerat/ cœpisset iam senex paululum degustare: allectus est magnifica illa specie istius artis de maximis disserētis: & quæ in primis hūana curiositas scire desiderat: & priusqꝫ eo puenisset ut infirmitatē dogmatis ꝑfanda examinatione deprehēderet/ scripsit ꝓperāter nimis/ duo illa opuscula de qbus factus paulo pitior retractauit: deinde multa in eo libello quē vocat elucidariū/ cū tamē in eo multæ sint tenebræ: quos oēs libellos si quis legat rudis astronomiæ; tanto magis mirabit/ ꝙ̄to minus intelliget. Sed qui vel mediocriter in ea arte ꝓfecerit eū potius scriptorē/ ꝙ̄ astrologū fuisse iudicabit: & quæcūqꝫ dicit potius lecta ab eo/ ꝙ̄ medulitus intellecta. Fere autē quæcunqꝫ scribit ex Rogerio Bacone: Abraam iudæo Henrico Machliuien. Albumanasareqꝫ: & summa nescio q̄ Ioānis cuiusdā Britāni ad verbū accipiūt. Q d' ipse aūt esset auditor tm̄/ & parꝫ peritus rerꝫ astronomicarꝫ/ vel hinc pōt cognosci

Prima rō Petri

Secunda

In toto hoc ca[illegible] nihil probat [illegible] pica loquatur

Causa erroris Alliacen.

Vn̄ sumpserit sua dogmata

Detegit Alliacēsis ignorātia

ꝗ in ipo elucidatio q̄d est eius opus emēdatissimū cap. xi. ait fuisse nos cum illa scribebat: anno. s. christi quarto supra millesimū & q̄dragentesimū in aerea triplicitate futurosq; ꝑ annos adhuc vnū & sexaginta donec. s. sup mille & q̄dringētos q̄ntus & sexagesimus annus ageret. Tūc igit̄ futurā magnā Saturni & Iouis cōiūctionē cū ab aerea ad aqueā triplicitatē mutatione. Ea vero mutatio ꝑ annos fere q̄draginta praecesserat āno. s. christi q̄nto & sexagesimo supra mille atq; trecētos: quo tēpore die nona atq; vigesima mēsis octobris in septima pte Scorpiōis Saturnus & Iuppiter simul fuerūt: & deinceps in aqueis semp signis ad haec usq; tpa se cōiūxerūt: nr̄ vero Alliacēsis ꝗ per cētum

Liber de vera tēporum supputatiōe

fere annos añ cōtigerat futuꝝ adhuc praestolabat̄. Alteram aūt utilitatē quam ex astrologia idē putauit ꝓuenire de vero. s. annoꝝ numero colligēdo abūdāter refellimus eo libro quē de vera tēporꝝ supputatione cōscripsimus: ꝗꝗ si iuuaret rem publicam christianā hac parte astrologia nō ad eam spectaret; quā hic cōfutamus in futuroꝝ praedictione versantē; sed ad verā astronomiam quae vna est ex liberalibus disciplinis / cuius est tēpora supputare & sydeꝝ motus mathematica rōne metiri. sed nō hic locus cōfutādi eius errores; q̄d sequētibus libris sumus facturi. Ibi enī q̄d attinet ad cōcordiā philosophiae & theologiae ostendemus; quae a ꝓphetis enūciata sunt a caelo nec fieri nec significari; atq; ita si vera etiā sit astrologia; praedictionē tn̄ eaꝝ reꝝ ad eā nō ꝑtinere: qui vero q̄tenus q̄dē supra naturā sūt eximunt a caelo q̄tenus aūt naturale aliq̄d est in eis &

Prophetos non esse ex astris

fieri a caelo & praeuideri ꝑ caelū cōtendūt / hos ostēdemus nihil dicere / cū dicere aliquid tn̄ videant̄: tm̄ autē abesse ut ꝓphetica oracula ꝑ astrologorum decreta utiliter confirment̄: ut nihil fieri possit ad infirmādam religionē / potentius & efficacius. Tū qui hoc facere sūt conati & mēdaces semp esse deprehēsos & iperitos astronomiae; tn̄ historiae ꝓfessione plurimū aberrare. In vniuersum aūt non solū q̄d ad leges & diuina miracula ꝑtinet; sed ad alias & humanaꝝ reꝝ mutationes q̄s ex magnis ut dicūt cōiūctionibus praenūciare multi voluerunt / ibi eoꝝ vanitatē & falsitatē dogmatis aperiemus; vbi nobis cū Albumasere auctore illius erroris cū Hiero. eius interprete cū Abraam israelita cū Ioāne exoniēsi erit ꝓ veritate certatio. Alliacensis librū in quo idem facere voluit de cōcordia. s. astrologiae & historiae narrationis / ita a capite totum retexemus; ut a prima illa quā norat cōiūctione ad postremā usq; decurrentes ubiq; & de celestibus pariter & de terrenis nihil ab eo sanū aut veritati ꝓximū / dictum ostēdamus. Neq; vnam ex illis septem quas norat cōiunctionibus quo putat tēpore cōtigisse; sed ab ipa tēporꝝ hoc est rerū gestaꝝ enarratione ac vera supputatione magnopere esse diuersam. Sed videamus & illa quae postea afferebat an aliquid faciant vera. s. omia inuicē cōsonare: & caelos dei gloriam enarrare. Sane illud primū verissimū est; sed ita erat deinde assumendum cum falsa sit astrologia theologicae veritati non posse concordare. Dauidicum testimonium Paulus apostolus ad caelestes apostoloꝝ mentes docet referendū; qui gloriā illā dei annūciauerūt: de qua postea scribit̄: lex dn̄i immaculata cōuertens aīas. Sed & si referatur ad visibile caelū quae ista est cōsequentia / si caeli enarrāt gloriam dei fauere ea gloriae dei quae de caelo astrologi fabulant̄? Sed inuisibilia inquit eius & virtus atq; diuinitas visibilibus intelligunt̄: sed a philosopho cuius ꝓptium est e caeli ordine motu / natura / ad inuisibilē caeli diuinū opificē cōscendere. Astrologus si est aliquid caelū inuite videt: & de caelo ad terrā oculos deflectit; solus philosophus ex visibilibus inuisibilia speculat̄:

Caput V Quā noxia sit astrologia q̄q; pestifera christianae religioni.

[F]Ane lustrāri mihi undiq; oīa & ecclesiae hostes explorāri: nō video vn̄ oībus pariter plus copiaꝝ / plus armoꝝ aduersus veritatē suppeditetur / q̄ ex ista ꝓfessione. hinc enī ad impietatē / hinc ad malā religionem: hinc ad haereses / hinc ad vanā supstitionē / hinc ad ꝑditos mores irreuocabilēq; maliciā / p̄ceps & facillimus lapsus. unde enī se potius aduersus tela religiōis armabit īpietas: q̄ ut diuina miracula quibus omīs potissimū religio cōfirmat̄ ad caelū ꝑtēdat esse referenda? Si martyres mortē cōtemnētes / si apostolos paucos / inōpes / indoctos / euangelicae mundū legi

subiiciẽtes obiicias; si ipsos etiã ab inferis hoĩes reuocatos / ut maiora quidẽ q̃ ut huma-
na: meliora q̃ ut a dæmone efficiant / diriment in eis virtutẽ / nisi quæ solus agnoscet sy-
deris cursus / & cæleistis afflatus facere potuerit / q̃ si quis dicat nõne hoc erit securi reli-
gionis radicibus admouere: si psuadet nõne illam examinare & penitus extirpare / q̃ si
dicas nõ esse hoc artis vitiũ sed pfessorum: in ipsa sua pfessione errantium / fatebor ita
esse, neq; eni hũc ego astrologiæ errorem dicebã / sed facilẽ esse ab ea lapsum in hunc er-
rorẽ. nec si vera esset astrologia, ppterea ab hoc munere desisterem; ut ab eo periculo ho
mines diuerterẽ; q̃m nulla veritas mẽdaciis est cõfirmãda: sed cum sit falsa utiliter eius
falsitas detegẽt; quæ si vera puteẽ possit in mẽtibus imperitorũ tã grauẽ pestilentiã ge-
Astrologi religionem & oẽs artes humanas cælo subiiciũt
nerare. q̃q̃ si videas oĩs alicuius artis pfessores easdẽ habere vanitates parũ absit ut cul
pa in artẽ ipam vere nõ referaẽ. Ego vero ex scriptoribus astrologiæ præcipuis / neminẽ
legi qui religionẽ & leges oẽs; ut reliq̃s res humanas cõstellationibus syderũ non subii-
ciat. Ptolemæus in secũdo libro apotelesmaton: q̃ apud hanc gentẽ illud numen apud
aliã aliud coleret nõ aliunde natum intelligit: q̃ ex varia syderũ imaginũq; natura po-
pulis illis & gẽtibus imperitãte; nec pcul ab eo loco græcus quidã interpres Ptol. mira
Religiões ex astris scd'm Ptole
culũ Moseos; qui sicco pede cũ populo mare rubrũ trãsiuit factũ ait q̃ ille accessum &
recessum maris obseruauerit; quasi nõ simul in iisdẽ aquis & illesus populus hebræorũ
trãsire: & cũ astrologis suis Pharao submergeret; quasi nõ Iosue Iordanem sicco pede
trãsierit in quo nulli æstus; nulla undarũ reciprocatio fingiẽ ab eis; sed hæc alibi omnia
atq; his similia nugamẽta satis cõfutauimus. Albumasar arabs & legẽ saracenorum &
Albumasar
suã / & nostrã / & omẽs pariter leges sic a cælo deriuat; ut quænam quãq; constellatio fe
cerit; & ad quot vnaquæq; annos sit pmãsura / ex eadẽ cõstellatione pnũciet: in quibus
rebus q̃ parũ tum astrologiæ tum veritatis inueniaẽ post declarabimus. Interpres eius
Henricus
Henricus machliniẽsis ita delirauit ut nauẽ etiã inuenerit in cælo; ad quã Noe arcã illam
suã sit fabricaturus; q̃d Alliacẽsis quasi diuinũ inuentũ maxime est admiratus. Deniq;
redigi ab eis legẽ in ordinẽ earũ rerũ quæ cursu naturali & cæli mutatione contingunt /
hinc cognosci potest. Quotquot annorũ reuolutiones ab ascẽdẽte legis ad eius usq; ca
Haly
sum sunt futuræ / e cælo volũt cognosci. Et Haly Abenzagel ut reliquos taceam fœli-
citatẽ & sterilitatem anni inde pnũciat; ut si ascẽdẽs legis loco Iouis aut Veneris appli-
Abraam
cuerit / fertilis annus sit futurus: cõtra si locis syderũ infœliciũ. Abraam iudæus nõ qui
dicitur auenazra ut falso credidit Alliacẽsis; sed quẽ vocant nasi / hoc est patriarcham;
nõne & legẽ mosaicam egressionẽ iudæorũ ex Aegypto; & quæcũq; sub lege populo
cõtigere ad varias cõiunctiones inepte quidẽ atq; ridicule referre conatus est; Sed uti-
nam soli quos cõmemorauimus inter tenebras malæ religionis lucem huius veritatis
nõ puidissent; utinã nostri hoĩes in euãgelii splendore nõ ita cœcutirẽt; non peius q̃ illi
de nr̃a & illorũ religione sentirent. Insanus ille Bonatus usum ait dñm Iesum horarum
electione cũ apostolis cõsulentibus ne in Iudæam rediret. respõdit. xii. esse horas diei.
Horã eni inquit sibi elegit qua illi eũ lædere nõ possent: quasi illos cum voluit nõ pstra
uerit: & inter eos in luce diei melius transiens / eos non latuerit. Mitto q̃ temerarie / q̃
blasphemẽ de diuina Francisci familia loquatur; & diuini amoris miraculum martis
opus fuisse fabuletur. sed quid quærimus remotiora; in his quæ quotidie de annorum
euẽtibus publico vaticinio foras inuulganẽ; nõne & legẽ christianã christi Mercuriiq;
doctrina esse perfectam: & Iouis religionẽ & a virgine suscipere puritatẽ. Ita hæc ocu-
lis & nõ indignantibus christiani homines legunt; & in procemiis nescio cuius theori-
cæ aduersus Geardũ multa disputantis; nõne etiã scriptum est cum de nouo diligendo
pontifice tractareẽ deuote supplicãdum; ut sydus Mercuriale suo sancto radio tempe-
ret (aiunt enim) Mercurio nostram subesse legem: atq; ideo homines christi Mercurii
Mercurius religiõi nr̃æ pesse dicit
homines vocauit; quod nescio qui possit homo christianus æquis auribus audire. Ro-
gerius Bacon eousq; est euectus ut scribere non dubitauerit errare christianos qui die
sabbati non feriẽtur & operibus vacent ritu iudæorum; cum sit ea dies Saturni quæ stel

Sabbatum feriandum la rebus agendis parũ cõmoda & fœlix existimat: in quibus verbis non solum nostros
accusat: sed Mosen: immo aperte ex ꝓpheta astrologũ facit/docens quæ de sabbati fe-
rijs ille cõstituit/non diuini alicuius mysterij: sed astrologici dogmatis habere rationẽ.
Quæ oĩa siquis recto iudicij examine penset: videbit nullo magis errore pietatẽ veræ
religionis offendi: cũ æque sit impiũ totaliter nullam putare esse religionẽ: & ex cælo
Idolatria fatali quadam eam necessitate deducere. Quod siqua astrologo capescenda religio sit
Hæreses ad quam erit ꝓpensior q̃ ad idolatriam: ut eos potissimũ deos & colat & reuereat: a qui
bus oĩa homĩbus & bona & mala putet ꝓuenire. Iam hæreses manicheorꝫ arbitrij li
bertatẽ tollentes: unde potius putamus emanasse: q̃ ex ista de fato astrologorum falsa
Superstitio opinione. De supstitionibus nulla est cõtrouersia ꝓdire ab astronomia oẽs: & eas quasi
Geomantia alumnas ab illa cõtineri cõfirmat Varro. Geomantiã omẽs illius scriptores astrologiæ
Magia filiam vocant. Magi ita huius artis usum sibi necessarium putant: ut magiæ clauẽ astro
de sequentibus necessitas inuebat̃ ; cum nulla sit talis intra naturales : quando nec cælestis cuius operibus & materia concurrentes inferiores causæ facile obstant. Si veró de mundi creatione cum theologica veritate consentis. Deuenies per impornmum illum regressum ad primã rerum cõtingentem institutionem / unde tolletur necessitas: nõ confirmabitur electionibus nostris multo irrationabilius inferũt necessitatem: quoniam voluntas nihil eligat/ nõ præiudicatum a ratione/ nec in nostra sit manu/ ita velle iudicare; sed falsis nitunt̃ assumptionibus/ ut ab alijs alias/ & a nobis alibi declarabitur. Nam peculiares hæc seorsum tractatus exigunt. Nec magnopere pertinent ad confutandos astrologos; quorum illa tertia est acceptio fati toto opere cõfutanda/ differens a prima opinione/ φ naturam ipsam cælestẽ nõ solum naturaliũ; sed & fortuitarum ut vidimus rerum originẽ facit : maleq; de causis inferioribus in hac parte maxime sentit; pessime de cælestibus; quãdo licet natura cælum sit; constellationes tamẽ illæ quas fingunt ex syderũ positura/ per loca/ signa/ domos/ aliaq; id genus ; causæ naturales non sunt/ sed fictitiæ; nec ex vno illo momẽto initiali dependet operatio cælestiũ ; nec ad ea quæ ꝓpria sunt inferiorũ causarum referũtur/ ut iam declarauimus ; & sequẽtia magis declarabunt. Restat quarta fati significatio theologica/ sicut illa prima physica magis; sed utraq; vera ; ut pendẽtem a diuino cõsilio seriẽ ordinẽq; causarum notet ; sub quo nihil nostra libertas periclitet̃ ; cum simus; & nos inter has causas; nec in hac chorea fati patiamur tãtum; sed agamus; siue igit̃ dei præuidẽtiam/ siue ꝓuidentiam ; hoc est siue mẽtem illius omnia præcognoscẽtem ; siue volũtatem ex suo placito omnia disponentem attẽdas; nullum fit præiudiciũ liberis actionibus nostris. Nam si præuidẽtiam/ cur nõ libere facio φ præuidit deus me facturũ; nam si erit quod ille præuidit; utiq; libere faciam/ quod libere me facturũ ille præuidit. Sed & quia erit quod noluit; voluit autẽ me esse liberum/ libere agã quicquid agam/ nisi ipse mihi meã libertatem ademerit; & certe nõ solum præcognouit deus voluntates nostras/ sed & præordinauit; nec cum id Gregorius nisenus Damascenusq; negaret/ vident̃ aliter negare quam ut admoneant. Cætera quidem per voluntatẽ diuinam: electiones nostras per illam cũ nostra etiam volũtate dispont; ita tamẽ ut nõ modo cogitationum nostrarũ euentus; sed & ipse cogitationes; ipsa cõsilia; ipsa ꝓposita; nec regũ tãtum/ ut scriptum est; sed omniũ corda in manu dei sunt/ qui solus omnia moderat̃ ; nũc in his quæ nec ad vitiũ attinent/ nec ad virtutem inclinans volũtatem quo libitũ illi; si sic decreti alicuius sui exigat absolutio : nunc virtutes in nobis; sed & nobiscum incohans & perficiẽs incohatas/ nũc a virtutibus ad vitium motos/ permutãs ad iustitiam vel admouẽs virgam pædagogi pro misericordia/ vel cõminuens quasi hallucinatus ꝓ iustitia; omnia semper/ aut bona/ aut occasiones certe faciẽs bonorum ; tanta de fato de ꝓuidentia & humanarũ rerum gubernatione dixerimus cũ per se cognitu utilia; tum ad cõuellendã astrologicã vanitatem necessaria; ut cum quid fieri cõtigereq; videmus/ φ aut maius videat̃ aut ordinatius; φ ut in casum homiuẽue referat̃. nõ vim ibi corporaliũ radiorũ; sed diuini consilij angeliciq; ministerij cũ humna libertate curam potestatẽq; intelligamus. Liquet aũt ex his quæ diximus / & quo pacto tum præuideri futura; tum præcaueri cũ sint mala possint a nobis; nam si fortuito tantum fierent res humanæ. nulla præsensio futurorũ esse posset. Cum autẽ humano diuinoq; cõsilio fiant/ potest humana ratio de illis nõnihil cõiectare; soli vero numine afflati præuidere certissime; φ ꝓphetarum prædictiones oraculaq; confirmãt; ꝓximi licet longissimo ꝓximi interuallo ꝓphetis prudentes sint. Vnde illud Euripidis. Qui bene cõiectauerit is vates optimus esto. Sic in ꝓcurando fœlici rerum successu infortunijs quæ vitãdis illud potissimũ est/ deum sibi cõciliare ꝓpitium animi puritate; pijs operibus ; votisq; sanctissimis post hoc ipse sibi homo cõsulat sua prudẽtia; nam licet in plerisq; rebus multũ fortuna possit; plurimũ imo totũ in omnibus dispositio certe diuinæ voluntatis; ipsam tamẽ rectã viuendi rationẽ magnũ in his haberemomentũ necesse est; nisi frustra collatũ hoc nobis munus a deo dicamus. Quare recte di

Tertius modus fati toto ope cõfutandus

Approbatõ qrtæ acceptionis fati

Ex præsciẽtia dei non tolli nostrã libertatẽ neq; ex ꝓuidentia

Declaratur sentẽtia Damascen⁹. & Grego. niseni

xit illc nullū abesse numē si sit prudentia: sed nos facere fortunam deam cæloq; locare.
Propterea Plato in epistola ad Syracusanos: cum Homerici illius dicti meminisset. Dij Plato
mentē abstulerūt: quia homines potius adiectā ipi mētē abstulerūt: quod Euripidis il-
le sentētia cōfirmat: qui fortē animæ filiā esse dixit. Prudētet igit̄ vitā instituētes ratio-
ne naturali: tū pia religione diuinā nobis beniuolentiā parātes: vitemus oēm supstitio
sam vanitatē: alioquin qui vel futura præuidere: vel cū sint mala præcauere p astrologi
cas sperauerit obseruationes/audiet Esaiā sibi dicētē. Veniat sup te malū & nescies or Esaias
tū eius: & irruet sup te calamitas quā nō poteris expiare.

Caput V Nec præterita nec quæ ad alios attinent pos-
se ex aliqua constellatione præuideri.

q Vod si habeant forte de fortuitis rebus aliquid quod respōdeāt. Quāq; ha-
bere nihil possunt aut verū aut verisimile. De his quæ genituræ horā antece
dūt quæso quid respōdebūt? hoc est quonā pacto putabūt efficiētē causam
suis effectibus esse posteriorē? Quid de his itē quæ nō solū priora: sed etiā aliena: ideo-
q; suas causas nō huius genituræ cōstellatione: sed alibi possidētia: ut cū ex hora qua fi
lius nascit̄ de parētum auorumq;/& fratrū natu maiorū naturis fortunisq; pnunciant.
Hæc enim & priora illa sunt cōstellatione: & ab ea itidem aliena: ut quæ a præteritis iā-
diu pprijs constellationibus sui habeant fati ordinē & dependētiam (Si quod scilicet es
se fatum a cælo existimemus) in eo itē qui nascit̄ quomodo illud efficit natalicia constel
latio: quod multis ille diebus ante diē natalem accepit. prædicūt enim ex themate geni
turæ/mas ne an fœmina sit qui nascit̄: mācus an integer: pulcher an deformis: deq; ali
is huiusmodi corpis cōditiōibus de quibus oibus iacta alea erat priusq; e matris (ut ait
Lucilius bulga) infans cōmitteret. hoꝝ omniū prædictionē qua sibi ratione astrologi Haly auero.
vendicāt: sed nec effectu causa posterior: nec præuidēter ex cælo aliter quæ inde præui Bella imagi
dentur: q̄ quo pacto effectus ex causa præcognoscit̄. Haly auentodā apotelesmaticos natio
Ptolemæi libros enarrans quasi nostrā hanc soluēs quæstionē/ostendere voluit quonā
pacto/ex fratris fratrū: ex filiorū genituris parentū fata præuiderētur. Non quotiēs in-
quit mulier cōgredit̄ viro totiēs cōcipit: sed tūc solum cū ea incidit hora cuius cōstella-
tio/cum parentū cōstellatione cōcordet: & quoniā quæ cū alio pariter conueniūt inter
se quoq; cōuenire necesse est: si cōueniūt cum parētum cōstellationibus filiorum om-
niū genituræ/erūt ipsæ quoq; inter se concordes: quare & mutuo etiam sua inuicem fa
ta significabūt: sic ex fratris fratrum: ex filij genitura parētum naturæ fortunæq; demō
strātur. Ego vero in hac astrologica subtilitate nescio quid primū coarguam vel irride- Redargutio
am. Non cōcipit inquit mulier/nisi qua hora syderum positio cū parentum syderibus
conuenit. Non igit̄ ex ea hora qua nascit̄: sed qua cōcipitur puer parētum debēt facta Prima rō
præuideri: Sed & cū alio itē cælo pater/alio genitrix nata sit eius qui cōcipitur/quomo Secunda
do vna poterit cōstellatio tam diuersis cōstellationibus respōdere? aut si hoc fieri pos- Tertia
se putēt aliqua syderū diuersitate/quomodo tot filioꝝ themata thematis patris/matris
q; simul respōdebūt? Cū ab hisdē syderibus/ab hisdē cæli regionibus peri in omnibus
debeat parentum significatio. A quarto & decimo cæli loco sors patris & matris ab il-
lis inuestigat̄: a sole item Saturno/Venere/& Luna. Horum dispositio in thematis ge
niturarū varia fere semper & multiplex pro varietate filioꝝ: tu istam omnē varietatem
puras posse nō variare a constellationibus genitoꝝ: quasi possit ab alio non dissentire/
quod a seipso prius dissentit/aut nō sit futurum/ut idem pater necessario & fortuna-
tus sit & infortunatus: quoniā eius. s. alter filius quartū habeat locum fœlicibus radijs
illustratū: alter vero infœlicibus obsessum. Quod ut vitaret vulgus astrologorū soliti
dicere nō ab omniū filiorum genituris: sed ab eius qui esset maximus natu parentum Rñsio vulgi
fata præuideri. Sed adimit̄ statim eis illud perfugiū/de fratrum genituris: quas ostende astrologoꝝ
bāt iccirco inter se cōuenire: q cum genitoꝝ cōstellationibus omnes pariter cōsonarēt.
Sed quid oportet rē operosius cōfutare euidētissime friuolam? Qua enī ratione defen

ditur: nõ cõcipere mulierem nisi qui tunc concipit̃ ea sit deinde hora nasciturus: cuius constellatio eiusmodi sit futura quæ parentũ eius qui nascitur sortẽ atq̃ naturam astrologo possit significare. s. illis cælũ & tota natura deseruit: nec potest aliquid fieri in vniuerso/ nisi eo fiat modo per quem possit de eo astrologus diuinare. Præterea illud quomodo soluũt in quo erat tota vis nostræ argumẽtionis: non posse effici ab hora qua infans nascit̃: quod in fratribus in parentibus dudũ ante præcessit. Nã eorũ opinionẽ qui nõ effici hac re/ sed significari tm̃ ab astris dixerunt/ postea coarguemus. Nũc aduersus eos disputamus qui eorũ quæ cælitus prædicũtur causam esse cælum opinãt̃; quod & Ptol. & principes oẽs istius artis opinati sunt.

Caput VI Futura multo post tp̃e a p̃nti cõstellatione effici nõ posse.

Vid q̃ nõ solũ præterita: sed si recte cõsideremus; nec quæ multo post tẽpo
q re sunt futura effici possunt a p̃senti cõstellatione: q̃d est tm̃ familiare frequẽtissimũq̃ in astrologorũ prædictionibus. Vbi enĩ nõ illud legitur apud eos: planetã oriẽtalem in prima vitæ parte præstare q̃d pollicet̃: occidentalem in postrema: qui horoscopum occupauerit/ vel horoscopi fuerit dominator cito dare quæ sua sunt: paulopost eum qui decimi loci iura possideat: qui occidẽti vel affuerit vel præfuerit sero: serius qui imo cælo fuerit collocatus: atq̃ alia hoc genus innumera: hoc deniq̃ attestantia: nõ fieri a cõstellationibus quod sunt facturæ cum ipsæ sunt cõstellationes: sed multis potius annis postquã fuerũt: huius vero mirandi exemplum in nulla virtute vel actione naturali qualem esse cælestem cõfitentur: apparet ut. s. tũc efficax magis existimetur cũ non est/ q̃ cum est: nõ remanet autẽ cælestis influxus in corpore instar medicinæ.
Rñsio Sed respõdebũt fortasse etiam si præterit ille syderũ positus / durare tamẽ virtutẽ inde nobis infusam quæ suo tp̃e ꝓ natura agẽtis materiæq̃ habilitate/ suos tãdem effe-
Cõfutatio ctus in lucẽ sit editura. Ego vero quod attinet ad naturã agẽtis obijcio illis quod prius obijciebam/ variari quidẽ ꝓ agentiũ cõditione variaq̃ virtute effectus quoq̃ naturam & conditionẽ: Sed hoc esse omĩbus caussis pariter cõmune ut quod sint effecturæ / tũc magis efficiant quãdo sunt/ q̃ cũ multo iã tẽpore desierũt. Quod spectat ad materiam si forte dicãt nõ statim fieri regem & philosophum eũ qui nascit̃: licet cælo id ꝓmittente: quia ætas repugnat: poterit videri nõ absurdum esse quod dicit̃: sed cũ ætas eorum munerũ capax est quæ nataliciæ stellæ pollicebant̃: cur tamẽ nõ fit: cuius & causa sufficiens iam præcessit: & materia habilis idoneaq̃ præsto est. Sed aut cessare aiunt effectum tot annis/ quot signorum partibus a tali loco planeta distabat: aut quia talem in themate cæli locum obtinuit/ nisi sero præstare sua beneficia suis nõ posse hoc rationalis potius naturæ/ pro electione arbitrioq̃ sua munera quo voluerit tempore dispẽsantis: naturalis causę/ nec est/ nec esse potest. Præterea si ex se quidem daret statim cælum quod ꝓmittit: sed materiæ dispositio est in mora: nõ erit astrologi euentus tẽpora præcognoscere qui cælum cõsiderat: sed eius potius qui materiæ statum cõditionemq̃ cognoscit: ut quid futurũ sit ab astrologo audiat. Quãdo futurũ astrologo ip̃e demõstret. Quod item respõdebãt seruari vim a cælo deriuatũ prætereunte constellatione scire ab eis velim: vbi nam cõseruetur: utiq̃ aut in materia: aut in causis inferioribus & secundarijs: quorũ siue utrũq̃ siue alterũ eis placet: sciant nec in æstu fluẽtis refluentisq̃ materiæ: nec in tã varia atq̃ mutabili particulariũ causarũ multitudine/ virtutẽ cælestẽ posse eandẽ & stabilẽ tam diuturno tẽpore ꝑmanere.

Caput VII De auspicationibus quas electiones dicũt/ q̃ vana & impossibilis sit astrologorũ sententia.

Ibet item ab eis sciscitari de ea parte quã maxime utilis vitæ putatur astrolo-
l gia: quæ est de auspicationibus/ vulgo electiões vocãt; hoc est quonã pacto a cælo fieri intelligãt: ut q̃d hac quidẽ hora aggredimur faciendum fœliciter: quod vero alia infœliciter fiat a nobis. Nam ut facile oĩa hæc dicunt̃: & habet in prima fronte speciẽ ꝓbabilitatis: ita cũ diligẽtius examinant̃ vana/ impossibiliaq̃ depræhen-

dunt. Siquis (inquiunt) iter sub tali cæli cõstellatiõe capessat/ cõmodã habebit ꝑegrinationẽ: a rege benigne excipiet: tem suã familiarẽ adaugebit. Contra: si alia hora equũ ascẽdat/ aut descẽdat in nauim/ difficilia itinera/ periculosam nauigationẽ experietur. Nec efficiet tandem cuius rei gratia iter nauigationẽue susceperit. Hæc oĩa fateor me non perspicere quonã pacto fiant a cælo: doceant ipsi mesi possunt. Esto Iuppiter de nona cæli regione radios suos in terrã iaculet: fœlicem dicent cõstellationẽ pro itinere capessendo. Quæro ego ex eis defluxus iste afflatusq̃ fortunatus: hoĩnes ne ipsos afflet atq̃ afficiat iter atteptaturos: an ipsam potius iter agẽtiũ hominũ operationẽ: hoc est vel equi ascẽsum vel e domo egressionẽ: vel huius aliquid eorũ quæ sunt necessario itineris inchoamẽta. Si primũ respõdeant afflabunt illi: etiã si tũc primũ iter nõ accipiant syderis beneficio/ quoties arripiẽdi itineris illis fuerit ꝓpositum: præsertim cũ ex eorũ sententia non præstet cõstellatio quod pollicet tũc maxime quãdo est: sed longa etiã post sæpe tẽporis interuallo. Si secundũ multa certe delirare cogent ut positione tueant/ dũ nobis exponẽt: quo pacto Iouia illa equi ascensio/ & mollẽ pedibus viã substernat. & latrones abigat ex itinere & nubibus pulsis placatũ efficiat diffuso lumine cælũ. Nec parũ item illis negocij in retinẽdo isto defluxu/ dum multorũ forte dierum iter plane cõficiat: cũ nõ parua iure suspicio habenda sit neq̃ in illo equũ ascẽdẽte virtus cælo descẽdit/ reciproca rõne cũ de quo ille descẽderit/ illa in cælum rursus ascẽdat: & nouo iste viator louẽ semp indigeat/ cũ erit ei equus insiliẽdus. Nam somniare vim aliquã primordialem cuiq̃ cõsistenrẽ/ nullibi radicatã: que totũ tibi iter molliter beateq̃ cõficiat hominũ est insomnis etiã delirantiũ: qui quod loquunt nihil ꝑpendentes/ futilẽ dant & sine mẽte sonũ. Videamus rursus eosdẽ ne scrupulos incidant in his rebus quæ sunt opa potius nostra q̃ operationes. Sententia est Ptolemæi: si in vrbis cõstitutione Mars cæli medium obtinuerit/ principes eius ciuitatis gladio plerũq̃ peritutos. Exponat nobis Ptolemæus vbi nã sanguinolẽta ista Martis radiatio recipiat/ quæ tot deinceps principes/ sibi successu temporũ gladio necatura: Si suscipi eã velit in principe qui tũc vrbẽ ædificat: rogabo quo pacto iacti illi desossiq̃ in terrã iussu principis lapides/ vrbis. s. fundamenta/ cælestes radios aliorsum vergẽtes in principẽ illum flectãt atq̃ detruẽt. Quo pacto in eius posteros regnicq̃ successores hæreditario quasi iure deueniat/ noxia ista virtus cuius & suscep taculũ perijt/ & origo præterijt. Sane quid possit fiue t uboreinterroganti bus ita nobis respõdere/ equidẽ nõ ꝓspicio. Dicet igit forte nõ in principe ipo vrbis institutore: sed in ipa potius vrbe: in ipis primis lapidibus sup quos erigẽda est: pestilentiã illam recipi: Martis pestifero quasi quodam afflatu/ oẽs eius vrbis principes afflatura. Bellũ utiq̃ inuentũ mosayco etiã testimonio cõfirmãdũ: q lepros æ nõbis domus expiationẽ ꝓphetica olim inspiratiõe mõstrauit. Sed vereor ne cõgetia desup humus/ ꝓximisq̃ lapidibus inculcata/ exhalare m ephitim illã martiã nõ ꝓhibeat: aut si omino exhalet/ nõ egenos potius & paupes pestilẽtiæ magis opportunos inuadat/ q̃ principẽ ipm ciuitatis. Qui si in suburbana aliq villa forte habitauerit/ credo gladio nõ ꝓibit/ ꝓsertim si pluribus passuũ milibus ea distat ab vrbe/ q̃ut marnus ille vapor/ calce/ rudeꝛibus/ intertrimentis/ interim undiq̃ suffocatus: integer illuc possit/ efficaxq̃ puenire. Sed hæc phis plcitabit gloria Plato, academia & Aristotelis: q in suis de republica libris/ ubi de cõdẽda regẽdaq̃ fœliciter vrbe/ ac ciuitate tã multa ꝑceperũt: de tã utili tã obseruãdaq̃ cautione nihil nobis scriptũ reliquerũt. Quæ oĩa si nõ ꝓiocũ serio pẽsitemus: videbimus iure Haly interprete Ptolemæi q̃q̃ summũ astrologũ partẽ tamẽ hãc astrologiæ q̃ est de electionibus friuolã inefficacẽq̃ existimasse. Ptole. Haly

Caput VIII Astrologos mentẽ nostram cælo subijcere q̃q̃ ut sunt astuti id dissimulare conentur.

Actenus demõstratũ est nullam ex corpalibus rebus & tẽporarijs: q̃re maxi- h me ius hre cælũ putat dependere a cælo quo. s. modo astrologi opinant. Nã neq̃ ea quæ sunt fortuita: nec quæ ad alios attinent: nec quæ aut præterita

sunt/aut futura / longo post tpe/tum eorū maximā partē quæ ut fiant fœliciter a certis
horarū obseruationibus auspicanť. Quæ si nō ita efficit cælū: ut e cælo præuideantur:
q̃to illa minus quæ sunt incorporea: de quibus tñ ꝓnunciare astrologica superstitio ni
hil erubescit. Cōtinenť enim hoc genere morū ingeniorumq̧ diuersitates: & quæcūq̧
animi nr̄i opera & ꝓprietates: cōtinenť quæ ad dæmones: ad mētes superiores: ad deū:
ad efficaciam supplicationum: ad archana cōsciētiæ: ad statum futuræ vitæ: atq̧ hoc ge
nus alia pertinēt. De quibus oībus mille dogmata prædicendi nugiuēdū hoc hominū
genus arrogantissima temeritate diuulgat. Et quidem a moribus exordirer quos alios
astutia astrologorū atq̧ alios esse in hoībus putant/pro varietate natalis cōstellationis. Sed solent cum hic
vrgenť dissimulare quod sentiūt: & de arbitrij libertate multa funditantes / cauendum
præcipere/ne cogi putemus a stellis nostrā libertatē: a quibus solū ꝓpēsionē inuitamē
tūq̧ aliq̃d habeamus: q̃d vel sequi vel declinare nostræ sit electionis. Detegam igiť pri
mū fraudē huius defensionis/plurima afferēs dogmata: ipsorū ex quibus pateat mentē
Astrologos ipsam eos cælo subijcere/etiā vbi a corpore nō dependet. Postea nec morū ingeniorūq̧
mētē nostrā diuersitatem eo etiam quo dicunt/ modo in cælestes causas referri posse declarabimus.
cælo subijcere Ergo si nō aliter putant humani animi differētias esse de syderum habitu & positione:
re q̧ ut affecto aliter atq̧ aliter corpore: animi etiā operatio nō nihil immuteť: quomodo
ex marte in nona cæli regione fœliciter cōstituto tm̄ præstari nobis posse cōtendunt/ut
ab obsessis corporibus sola præsentia dæmones expellamus? Quod nō animi solum
est ad corpus inclinantis: sed sic viuentis in corpore: ut deo plenus: & mentes habitans
Secunda penetralia/in corpore viuere se nō sentiat. Quomodo itē ex parte solis/de archanis cō
scientiæ eius qui nasciť erga deos & hoīes/iudicaturos se præsumunt? quibus in ma
Tertia nu animi & nr̄a magis libertate/nihil positū est: nec ita ut angelicæ pateant cognitioni
nec potestati subijciant. Denique si societas corporis cælo animā sociat quomodo de sta
tu eius cū extra corpus est posita/de cælesti cōstellatione ꝓnūciant? Vulgatū enī apud
illos duos esse planetas auctores fœlicitatis/ Venerem/ & Iouem: sed diuersis officijs:
Maternus ut Venus præsentis vitæ fœlicitatem largiať: Iuppiter futuræ: Maternus postq̧ multa
ex his cōmemorauit quæ a Saturno præstanť in Leone constituto: tum ita subiungit:
sed cū hæc omnia fuerint assecuti longæui morienť: & aīma eorū ad cælū dijs applicata
transibit. Saturnus enī in Leone positus aīas eorū qui sic se habuerint in terra/innume
ris angustijs liberatas ad cælū: & ad originis suæ primordia reuocat. Hæc ille. Vnde nō
solum id intelligi volo q̧ ad impietatis usq̧ suspicionē astrologica ista superstitio se dif
fundat: sed quāta scriptoribus huius artis fides adhiberi potest/quasi nisi experta usuq̧
cōprobata l̄ris mādauerint. Quos ꝓculdubio scimus cū scribebāt experimentū nō ha
buisse vitæ futuræ. Nam si a suis cōsectaneis vita functis hæc forte intellexerūt/potius
quæ ad inferos q̧ quæ ad superos mittere cōstellatio poterant intelligere. Quāq̧ enim
putāt se certa hora supplicantes a deo impetrare posse quod volunt: nō tñ facile credā/
nisi dogma mutauerint/æternā se ab eo fœlicitatē impetraturos. Et certe putant illi q̃d
diximus. Scribit enim fabulosissimus ille Albumasar: qui luna Ioui cōiuncta cum ca
Quarta. Albuma. pite draconis deo supplicauerit: īpetraturū a deo quicquid petierit. Et erunt adhuc phi
losophi: erunt theologi quibus hæc placent: putentq̧ se: & quos sequunť astrologos/
satis adhuc intelligere quid sit deus/quid sit oratio? quæ mihi insania hoc loci non tā est
Petrus Apponensis cōfutanda q̧ execranda: cum ex his quæ de oratione aduersus impios alibi disputaui
mus: satis sit cōfutata. At Petrus Apponensis cuius ego scripta quotiens lego: totiens
illud Heracliti venit in mentē ωσλιμα σειαγοου ου φερει Ipse inquā scribit/illa se hora
de qua dicebamus/a deo scientiā petijsse: & post eam diē in ea magnopere ꝓmouisse.
Mihi q̃tū nouus hic Salomon in ea ꝓmouerit metiri non vacat. Credo certe quicquid
ꝓmouit/nō plus eo esse quod humanis passibus cōfici possit. Sed utrūq̧ sese res habe
at: cōsulerē Petro isti: ut totū q̃d ꝓfecit/suæ potius industriæ ingenioq̧ acceptum refer
ret, q̧ Iouiæ illi suæ supplicationi; sed ne pertinaciter illud defendat: coganť bona iudi

cia negare/eũ potius quicq̃ in bonis litteris ꝓfecisse: ut q̃ ut tã vanæ superstitioni aliq̃n assennãt. Cõsulerẽ itẽ in cõmune astrologi om̃ibus: ut postq̃ illis Iuppiter ita fauẽs est/ tãtum sibi vna fœlicis horæ supplicatione diuitiarũ opũq̃ cõpararẽt: ut nostris posthac pecunijs nihil indigentes desinerẽt aliquãdo mẽtes imperitorꝝ tot quotidie mẽdacijs: emũgendæ pecuniæ gratia ludificare.

Caput IX Motes hoĩm a cælo nõ fieri.

u

Ideamus de moribus: an tecta rõne possit defendi/esse horꝝ quoq̃ aliquomodo causam in cælo. Forte enim si nec vim pati cæli/partẽ animi rõnalem nec cogi nostram libertatem existimemus. Nihil erit præterea cur aut philosophia aut pietas neget/varia hominum studia: multiplices ingeniorꝝ ꝓprietates: a diuersis stellarũ afflatibus ꝓuenire. Cum id etiam faciat habitus corporis/salua animi dignitate & libertate electionis. Verum fallit̃ longe qui ita putat. Nam ipsam & solam partẽ sensualem ita affici a sole: ut ad flagitiũ aliquod habeat ꝓpensionẽ: & rõni contrariũ: & pietati magnopere est aduersum. Quæcũq̃ enim a causis naturalibus fiunt: his præsertim quæ sibi a conditore naturæ præscriptas leges seruant immutabiliter: tam in auctorẽ naturæ sic instituentis: q̃ in naturam ipsam sunt referẽda: quacunq̃ aũt vel virtute vel ꝓprietate sydera prædita sunt: & philosophorꝝ & theologorum consensu/indidit illis naturæ principium deus. Deũ optimũ & sapientissimũ vix negant insipientes: quæ vero hæc aut bonitas aut sapientia potẽtissima cæli manu hominẽ: q̃q̃ liberum/infirmũ tamen: flectere ad eam partẽ/ad quam minime eũ velis declinare. Tum optimos seruos malorꝝ facere auctores & ministros: ut cum ipsi regis iussa nũquã transgrediantur: ipsi tamen maxime sint/qui alios ad transgressionem inuitent & impellant. Postremo qui hic ordo naturæ: qui consensus: quæ sapiens institutio: ut quæ rõ naturæ fieri nollet: ab his tamẽ ut fiant sedulo ꝓcuret/quæ sunt partes naturæ magnæ/potentes/optimæ/principales. Præterea nõ facit qui peccat aliquid ĩmo deficit: quare qui inuitat ad peccandũ ad deficiendũ inuitat: quod nõ cõuenit causis suꝑioribus efficientibus semꝑ/deficiẽtibus vero nũq̃. Absurdissimũ igit̃ dogma astrologorꝝ putantium habere nos ab hac quidẽ syderꝝ positione inclinationem ad furta: ab alia ad incestus: ad fraudes: ad homicidia: cum tota natura præsertim superior diuinæ menti ꝓxime iuncta: naturalis & diuinæ legis obseruationi/possit forte fauere: obesse & aduersari nullo modo possit. Compescant igitur hos ꝓfanum: nec Venerem dicant Marti copulatã ad adulteria nos vocare: aut eosdem in signis maribus collocatos ad masculorum nepharios concubitus excitare: Martẽ cæli nona partem occupantem facere irreligiosos: atq̃ alias omnino cõstellationes ad alia nos irritare flagitia. Imputent sibi non cælo sua delicta/nec feculentæ materiæ: & iniqui animi sordes a purissimis putent naturæ fontibus emanare. Verũ solui ne forte ista obiectio poterit: si (quod quidam putant) dixerimus: esse omnium syderum vires bonas & salutares. Sed cum in nobis suscipiuntur materiæ vitio degenerare: & qui benefici erant afflatus euadere interdum noxios/atq̃ maleficos. Sic a Marte quidẽ præstari animi fortitudinẽ & herculeam efficaciam. Sed aut vitio corporis in quo nimium rubra bilis exæstuet: aut culpa animi abutentis munere cælesti: flecti q̃nq̃ impetus illos ad crudelitatem & iniusticiam. Sic a Saturno altitudinem mentis: ꝓfunditatẽ cõsilij: inuestigationẽ rerꝝ obscurarꝝ: amorẽ cõtẽplatiõis infundi. Eadẽ tñ om̃ia quia torpidũ inuenerunt susceptaculũ: vel arbitrij culpa eius in quo recipit̃ dolosum facere animũ/sordidũ/incultum/superstitiosum: & adusq̃ lymphationis periculũ imaginosum: sic a Venere fieri nos ꝓpensos ad hilaritatem: ad beniuolentiam: elegantiãq̃ ciuilẽ: abuti nos isto instinctu ad nequitiã: ad luxum: ad improbitatẽ. Incitari a sole nos ad magnanimitatẽ: abuti impetu isto nos ad ambitionem: atq̃ ita de reliquis. Verumenimuero dicet hæc aliquis potius astrologiæ defensor/q̃ astrologus. Est enim inter ꝓloquia astrologorꝝ illud omnium primũ: maximeq̃ confessum: esse alios planetas bonos/alios malos. Quod si essent vera quæ dicebantur:

Opinio quorundam
Confutatio
Secũda ratõ
Tertia
Quarta
Solutio quorundam
Reprobatio

& oēs pariter boni sua natura: & omnes mali eadē rōne dicerent. Cū nullus si[illegible]tus adeo salutaris; quē & materia & conditio suscipientis / inficere immutare: interturbare nō possit. Quod si & ipsi nullum esse volunt planetā adeo malum: a quo nō magna etiā bona: nullum adeo bonū: a quo nō magna etiam mala possint ꝑuenire. Hanc tamē efficiēdi diuersitatē nō ad materiā & radij referunt susceptaculum: sed ad varium syderis eiusdē in cælo habitū & positionem. Quare dicunt Saturnū si ꝓpriam domū: ꝓpriam altitudinē: ꝓprios fines / tenuerit. Si bonis radiationibus cōmiscebitur: Si diurna fuerit genitura / cōtemplatores facere / pios / sapientes. At vero si minus cōmodo receptaculo suscipiatur in malam hāc degenerare cōditione dicunt eūdem ipsum planetam: si male collocatus: si coniunctus Marti: si malis ad solem schematismis: dæmoniacos facere sordidos: inuidos / & mendaces. Neq; unquā cū ita in cælo habens se: sit Saturnus boni quicq; ab eo expectari posse cōtendunt. Quare qui ita astrologiam defendit / ignorat plane quod defendit. Quod enim diximus de Saturno dictū de oībus intelligat: nā & Martē nō fœliciter dispositum dicere solent ad ambitionem: ad impotentiā: tyrānidisq; libidinē extimulare: non quoniā vitalis eius qui nascit̄ spiritus: plus nimio caleat vel frigescat: ꝓptereaq; bonū cæli ignē vel torpidū faciat vel edacem. Sed quia & Saturnus & Mars & sol cū ita in cælo se habuerint huiusmodi mala ex sua natura & ꝓprietate / nascentibus influant: hoc est quod astrologi scribūt & opinant̄. Nec si quis hoc neget astrologiā secius defendit: ꝙ qui spongia librū emēdat: secū & dogma ut declarauimus: & veritatē aufert omnis prædictionis: si & de cælestis influxus obseruatione nō illa dependet: & cælestē influxū materiæ dispositio nō solum minuit vel auget: verū aliū facit penitus & immutat.

Caput X Malas leges sicuti nec bonas cælo nō subijci.

h Inc eoꝝ opinio cōfutatur qui bonas quidem leges negant subijci cælo: utq; a diuina virtute dependeāt; de malis vero id cōcedūt: cū nihil habeant quod naturæ vires & facultatem excedat. At quātum obstat in bonis erroris sublimitas ne corporeis causis subijciantur tātum obstat in malis earum improbitas ne ad optimas causas deoq; optimo obedientissimas referantur. In vniuersum vero tam bonas ꝙ malas religiones / a cælo non dependere / ipsa satis experientia demonstratur. Alij enim religionum ortus & varietatem ad sydera referūt vrbibus & prouincijs suo quodam / ut ipsi credūt / iure dominantia. Alij ad magnas quas vocant coniunctiones planetaꝝ superioꝝ / Saturni præsertim atq; Iouis: & hāc quidē sententiā sequunt̄ Arabes & latini vestigijs Arabum insistentes. Illi accessisse videtur Ptolemæus / qui (ut postea declarabimus) de magnis illis cōiunctionibus nullam unquā habuit mētionē: Sed

Prole. libro secūdo apotelesmaton eos ait ex asiaticis qui ad orientē vergunt & meridiem colere Venerē & Saturnum: qm̄ trigono subsint aridæ qualitatis: hoc est virgini: Tauro: & Capricorno: quibus ipē putat Saturnū Veneremq; dominari. Rursus qui inter meridiē habitant & occasum: Venerē atq; Martē habere pro numinibus / quoniā humidæ triplicitati subijciant̄ / cui cum Marte Mercurium & Venerem præficit. Vtraq; vero sententia: ipsa / ut dicebamus / euidentia rei euētisq; refellit̄. Nam si virtute magnæ alicuius coniunctionis religio aliqua nascitur: abolita ea virtute aboleri quoq; illa religio debet. Nulla autem syderum est cōiunctio cuius virtus durare per tot annos fingat̄ / etiā ab astrologis / quot annis & cultus idolorum / & mosaica religio / & christiana etiā perdurarūt: Circiter quinq; annoꝝ milia in idolorum cultura mundus caligauit. Quænā quæso coniūctio: qui maximi anni syderis alicuius: tot sibi annoꝝ spacia vendicant: Mosaicæ legis ritus & obseruantiæ / apud hebræos etiam hodie vigent: & iam ter mille annis aut eo plus viguerūt. Quæ ista tam fortis: tam diuturna est cōstellatio: quæ extinctio imperio religionem extingui tamen non permittit. Dabit causas horum theologus & veras: & suo dogmati consonas; de cælo dare astrologus nullas potest; unde si ista deriuaretur varietas religionum / variari illas quotidie; atq; immutari sæpius vi

deremus. Quod & astrologi ipsi putantes ex principijs suae scientiae id colligentes praefinierũt terminos vnicuiq; religioni quos ille transgressae ipsa rei euidẽtia aliũde se depẽdere q̃ a syderibus demonstrarũt. Iam illam Ptolemaei opinionẽ quae perinde/ atq; varijs locis & gentibus varia sydera dñant̃; ita varios etiã ritus religionũ in illis locis existimat: lõge magis ab ipsa experiẽtia cõfutat̃. Cũ & illis ꝓuincijs quae inter oriẽtem iacẽt/ & meridiẽ/ praesint eadem sydera quae olim illis praesidebãt. Nec tamẽ ut olim ibi Venus Saturnusq; colunt̃. Cur enim haec illis numina dñabant̃: utiq; ut ipse scribit Ptole. quoniam terrena triplicitas quae cõstat ex Tauro: Virgine & Capricorno: regionibus illis praeest; illi vero triplicitati Venus & Saturnus; Ita enim ipse existimauit. At partitio haec mundi & regionum /sub alijs atq; alijs triplicitatibus distributarũ perpetua est nõ tẽporaria, quare eadẽ erit semper quae aliquando fuit. Cur nõ igit̃ o Ptolemaee eadẽ etiam in eisdẽ locis hodieq; religio durat: Deniq; totam istã disputationem ita cõcludamus Ptolemaeũ ipm̃ interrogantes/ si a varia syderũ praesidentia apud alias gentes olim alia sydera colebantur; cuiusnam syderis vi ac potestate efficit̃; ut nulla sydera hodie aliqua fere totius mũdi regione colant̃.

Caput XI Corporeas dispositiones nõ effici a caelo.

q Vae omnia si sint satis confutata; restabit sola corporis dispositio; de qua pronunciare possit astrologus si de his talis tãtum potest / quae efficiuntur a caelo. Sed nec istam efficere potest natalicia cõstellatio; cũ & corporis habitum & figuram quã secũ gerit ex aluo prius habeat puer q̃ aluũ egrediatur. Quare erit haec quoq; illis annumeranda de quibus quinto capite dicebamus nõ posse praedici per natiuitatẽ qua utunt̃: quia ista praecedũt natiuitatem quare potius per cõceptionẽ vel seminis dispositionem. At semẽ tunc nõ fit, ergo erit cõstellatio qua semẽ factum est potius spectanda; sed hoc postea: si igitur praeuideri corporis dispositio / praenũciariq; poterit; Ex hora conceptionis poterit utiq; magis/ q̃ ex hora natiuitatis ex qua nullo modo potest; sed an ex illa etiam possit sequẽtibus libris examinabit̃. Nunc illud demõstratur/ errare astrologos/ qui breuiore corpore/ an procero/ obeso/ an macilento; firmo/ an imbecillo: manco/ an integro: legittimo/ an monstroso: nascat̃ is qui nascit̃: ex genituræ hora ꝓnunciant. Has enim ille om̃es conditiones longe prius adipiscit̃/ q̃ formatus iã & absolutus ex matris utero in publicũ emittat̃. Quare sicuti nõ fiũt ab ea cõstellatione quam dudũ, s. praecesserũt; ita nec praedici ex eius obseruatione a mathematico possunt. De cõceptus tẽpore postea disputabimus/ nunc illud sciri lectorẽ volumus / putasse summos astrologos quae ad corporis attinẽt tẽperaturam a ꝓximis causis & caelo inferioribus a deo dependere: ut quemadmodũ scribit Haly veniã dari sibi postulauerint; si in praedicẽda corporis dispositione exciderent a veritate. Nos igit̃ totã de caeli efficiẽtia disputationẽ ita colligamus si caelũ causa est vniuersalis/ nõ esse ab eo rerũ particulariũ varietatem & distinctionẽ. & si in eo quoq; particulariũ proprietatũ effectrices virtutes esse cõcedamus: nõ tamẽ huiusmodi quales de caelo astrologi vaticinant̃: cũ neq; fortuita in causas naturales. Nec quae sunt mala in optimos auctores; nec quae a ratione cõsilioq; proficiscunt̃ /in principia naturali necessitate efficientia: nec in corpora incorporeos radios; nec quae iã praeterita/ aut lõge post tempore sunt futura in praesentem cõstellationẽ; nec quae ad alios attinẽt / in nostrã geniturã referri nulla ratiõe posse videant̃. Tum esse perabsurdũ & ab omni philosophia maxime alienũ: quorũ ꝓprias causas videas /& manifestas & sufficiẽtes apud nos in viribus corporũ inferiorũ; in animorũ diuersitate; in affectu/ cõsilio/ occasione/ cõsuetudine: in cõcursu tã vario cõfluentiũ undiq; rerũ atq; causarum: eorũ tamen originem quaerere in syderibus/ quae neq; sit ibi; neq; ut esse possit; aut rerũ quae fiunt; aut caeli efficientis natura conditione patiatur; hinc factũ (ut om̃es philosophi quorũ studiũ in perscrutandis rerum causis laborq; versat̃) cũ a medicina/ aut mathematicis; ab omni arte atq; scientia rerum veras causas mutuet̃; Astrologicis tñ causis nusq; utant̃. Quod ut Phauorinum: Carneadẽ: Possi-

Haly

Epilogus

Phauo.
Carnea.
Possido.
Timeus

donium: Timeũ: Pythagorã prætermittã: ab ipso Aristo. a Platone: a Plotino: ab Auer
roe: ab Auicẽ. a bonis uniusq; familiæ sectatoribus factũ / iter initia opis declarauimus.

Caput XII Nõ posse cælũ eius rei signũ esse / cuius causa nõ sit.

u Erum dicet aliquis forte / etiam si cõcedatur non fieri a sydenbus istas varie-
tates euentaq; rerum humanarum / nõ tamen statim id colligi: ut præuideri
ista de cælo prædiciq; nõ possint. Quandoquidẽ quæ sydera minime faci-
unt / possunt tamẽ significare atq; portendere. Sunt enim qui ita sint opinati: non fieri. s.
potestate cælestium res inferiores præterquã in re cõmunis efficiẽtiæ. Sed cum a ꝓxi-
Cõfutatio mis causis ꝓprijsq; dependeant indicari tamẽ a cælo priusquã fiant. Atq; ita per plane-
tarum trãsitum / stationẽ / recessum / futura cognosci: ut aues / seu præter volando / seu
Prima rõ stando futura pennis vel voce significant nec scientes. At vero nec ipsa hoc unquã insi-
gnes astrologi crediderunt: nec ut credamus ratio vlla consentit. Quod enim natura
nõ hominũ instituto signum est alicuius rei / & corpus est: aut causa est rei quam signi-
ficat / aut effectus / aut tam signũ q; id quod signat̃ / ab eadem causa ꝓueniunt. Quod
si quis putat addẽdum: quasi diuersum ab his quæ diximus: ut sit causæ necessario in-
separabiliter q; cõnexum: is plurimũ longeq; fallitur: quoniam ista cõnexio: & cõcomi
tantia fieri alia ratione nõ potest: q; q; vel causa id pariat prius ex se / q; efficiat aliud: aut
quod eam causam excitat ad agendum hoc quoq; suscitet simul: quod sicut utrũq; ad
cõmunẽ causam referri cõcedimus. Age igitur videamus quod nam magis ex his cæ-
lo cõueniat / si cælo futura significãtur. Cælorum utiq; motus & dispositiones effectus
nõ sũt rerum inferiorũ / causas esse negãt. Restat ut cæli habitus & dispositio: & quod
per eam creditur indicari ab eadem causa dicant̃ ꝓuenire: quemadmodũ iris portendit
interdum serenitatem / non quia faciat serenitatem: sed quoniã in dis causa / causa etiam
est serenitatis. At corporea causa nulla reputabit̃ quæ sit cælo superior: ꝓpterea q; cæ-
Diuinas mẽtes nõ cẽ causas inferiorũ euẽtuũ absq; cæli effecientia li inferiorumq; simul dispositiones efficiat. An reliqua erit causa incorporalis. Forte
enim dici posse videbitur / fieri euenta rerum humanarũ ab ipsis diuinis mentibus cæ-
lestia corpora reuoluentibus: & dum fiunt ipso cæli quod mouent habitu: & positio-
ne mouent / quasi nutibus certis nobis indicari. Verum qui hæc dixerit sane proxima
fabulis poetarum: incõmodum illud quomodo vitabit: fieri ea a diuinis mẽtibus quæ
homines ipsi sine flagitij culpa nõ faciunt / ut hunc ad homicidia / illum ad adulteria:
Prima rõ alium ad furta vrgeant / & impellant. Mitto q; omnis philosophia abominet̃ fieri res
Secunda corporales ab incorporeis causis: corporea causa media non intercedente. Præterea
Tertia cur nam alia / atq; alia hora nascentes / diuerso fato nascunt̃: si nõ cæli positio quæ va-
Quarta riat in horas: sed cæli auctor immobilis sui par semper: suiq; similis: fati auctor & cau-
Thomas sa existimatur: Postremo ut Thomas argumẽtatur. Cum eiusdẽ causæ effectus / sese
inuicem indicãt ab eodem principio / eodẽ etiam modo ꝓueniunt: cæli vero motus &
inferiorum corporũ / rerumq; dispositio: nõ eodem modo est a causis superioribus: sed
illæ immutabili ordine / & necessario: hæc ordine variabili: & quæ utramq; in partẽ ca-
dat cõtingẽter: pro natura. s. rerũ quæ mouent̃ / quæ gubernãtur: quam diuina princi-
pia non mutãt / sed cõseruant: alioquin naturam nõ cogerẽt: sed destruerent. Non po-
test igit̃ cælum significare inferiora / nisi quatenus causa effectũ indicat suũ: quare qui
causam quidẽ nõ esse victi ratione fatent̃: signũ tamẽ esse contẽdunt: hi vocẽ suã igno
rant. Quod & Thomas aquinas grauissimo vir iudicio: quiq; nihil soleat temere asse-
uerare: in theologica summa asseuerate ꝓnũciat. Posset hoc dici de cometis: de traiecti
onibus: deq; alijs hoc genus / quæ fiũt in sublimi: ut excitata a stellis alicuius rei effectri
cibus: quod illorũ causa factura est / nõ faciant / sed significent. De stellis ipsis dici nullo
Secunda rõ capitalis modo potest: cũ illis ut dicebamus / nulla corporea causa superior inueniat̃. Sed & qui
ita opinant̃ fati necessitatem / vel nolentes inducunt: quoniam si sint causæ sydera infe-
riorum potest nõ effici quod illorum influxu fieri procuratur: vel obstãte materia: vel
causa particulari cõmunem influxũ alio deducente. Si vero sint signa / cum ex natura

ad ſignificandū fuerint inſtituta / ꝙ eorꝝ vera natura : tam erit eorum ſignificatio vera.
Alioquin cur inſtituta a deo ad ſignificandum : cuius opera perfecta ſi fallunt / ſi men-
tiuntur? Quod ſi nō mentiūtur / erit neceſſario quod futurum ab illis ſignificatur. De- Tertia
niqꝫ ſi inter cauſas numerātur / nō repugnat eorum cōditioni in eo ordine eſſe cauſarū
quæ impediri / mutari / ſuperari poſſint. Quæ ſi ſigna exiſtimentᷣ / inter mēdacia habe-
ri non poſſunt; ne aut fallax fuerit / aut ignorans : qui in cæleſti volumine / futurorum
notas / ut dicunt / litteraſqꝫ deſcripſit. Poſtremo ſi nō indicat cælum faciendo : ſed quod
nō facit; indicat tamē; teſtatur quod aliæ faciunt cauſæ / indicetur ab eo. Aut igitᷣ quod Quarta
omnes faciunt : aut quod vel aliquæ tātum : ſi quod aliquæ tantum : cur quæſo harum
opera indicat / illarum nō indicat? ſiquidem pariter omnes; nulle erunt reliquæ cauſæ ꝑ
quas quod demonſtrabatur; quo minus eueniat poſſit impediri. Neceſſario igitur ſiet
quod portendebatur. Hoc autem ſi dixerimus nō modo veritati / ut alibi demonſtraui- Aſtrologos negaſſe fati neceſſitatem
mus; ſed ipſis etiam aſtrologis aduerſabimur; cum & ægyptij : & Ptolemæus : & cele-
berrimus quiſqꝫ aſtrologorum : fati neceſſitatē ſemper pernegauerit; quod in tractatu
præcipue de quæſtionibus ſentire ſe declarāt. Cum nō omnē quæſtionem dicāt eſſe le-
gittimā; ſed quæ ab impetu animi cælitus moto ꝓficiſcatᷣ; quales cum multas minime
eſſe concedant; quæ a ratione. ſ. noſtra concilioqꝫ naſcantᷣ; aperte fati neceſſitatem non
admittere ſe declarāt; ſed & ea introducta omis aſtrologiæ utilitas perit in eo præcipue
collocata; ut præuiſa mala cauere / bona confirmare / augereqꝫ poſſimus. Poſtremo ſi Quinta
ſint ſydera ſigna nō cauſæ inferiorꝝ; pars ea aſtrologiæ / quæ vulgo dicitur de electioni
bus / extra cōtrouerſiam tollitur; cum in illa fauor cæleſtis ad efficiendū; nō ſignorū in-
dicia ad curioſitatē inueſtigētur.

Caput XIII Siue ſigna ſint / ſydera; ſiue cauſæ / partē cauſa aſtrologiæ quæ eſt de interrogationibus nullā eſſe.

Tram uis vero opinionem aſtrologi magis probauerint, hoc eſt ſiue ſydera
u cauſas inferiorū; ſiue ſigna rantum nō cauſas eſſe voluerint: neceſſario pars
ea quæ de quæſtionibus / quaqꝫ maxime utūtur funditus auferretur. Eſt enī
iſtius partis hoc fundamentū moueri animos nr̄os a cæleſti cōſtellatione ſaltē ex parte Fundamētū queſtionum aſtrologo.
imagiaria; cūqꝫ animus illinc ad deſideriū ſciēdæ rei alicuius inſtigatᷣ; tū ſi aſtrologū cō
ſulat / ex ea quæ hora cōſultationis cæli cōfiguratio / portēdi de re illa / quod ſciſcitator
ſcire deſiderabat. Quare poſſe aſtrologū de rebus omnibus de quibus quæſtio ſiat / in-
terrogātibus vera reſpōdere. Quæramus igitᷣ nos ab eis qui omnē quæſtionē poſſunt
diſſoluere; ſigna ne tm̄ inferiorꝝ ſydera ſint an ſint etiā cauſæ ſignificētqꝫ faciēdo.: ſi ſint
ſigna ſolūmodo; nō eſt igitᷣ a ſyderibus impetus noſtri deſiderij : ſed quemadmodum
alia / qui ex ea ſunt opinione; ꝓprijs aiunt fieri cauſis / licet indicentᷣ ab aſtris; ſic motus
quoqꝫ deſiderij nō cæleſtem conſtellationē / ſed vim ipſam imaginariam; noſtram ele-
ctionē; vim animi appetentem; & quæ de foris ſenſum animūqꝫ laceſſunt; pro origine
cauſaqꝫ ſortientᷣ : ſi cauſas eſſe reſpondent ſignificariqꝫ ex illis inferiora : ſicuti ex cauſa
effectus demonſtrantᷣ : quonam pacto defendent cæli conſtellationem quæ hora con-
ſultationis apparet, cauſam earꝝ eſſe rerꝝ de quibus aſtrologus reſpondet interroganti.
Quare cū pridē ſint facta / aut quoniā nūqꝫ fient / cauſam habere nullam oportet. Sane
mars erit in occidente qui reſpōderi ab illis vera nō ꝑmittet. Quod ſi impetrare poſſint Cauillus per ꝙ facetus
ab eo / ut vel audire eis liceat vera. Reſpondebo ego etiam non quærentibus / de iſtis
quæſtionibus oppido per ꝙ vera. Viſum fuit aſtrologis parum gloriæ ſibi / & qui ma- Vnā pars hęc nata aſtrologiæ
gis vrgebat quæſtus cōparari; ſi de tēpore tm̄ genituræ; vel anni; conuerſione ſua cuiqꝫ
fata pronūciarent. Nam pro his quidem intelligendis / aut ſemel tota vita / aut ſingulis
tantum annis adire eos fuit neceſſe. Cū tamē multa quotidie curioſitas noſtra ſcire deſi
deraret; de quibus illi nihil poterant reſpondere. Vnde & arti apud idiotas multū au-
ctoritatis; & ꝓfeſſoribus multū pecuniæ detrahebatᷣ. Hinc ſibi / aut alijs ſaltem perſua-
ſerūt poſſe ſe quicquid quæreretur ex hora quæſtionis aperte præuidere; modo qui in-

terrogaret naturali impetu motus: nõ propria electione esset ad interrogãdũ: sic scilicet se ab omni falsitatis infamia pulchre vendicãtes. Nam si quod respondebant re ipsa refellebatr: non parũ verus astrologus: sed parũ efficax quæstio fuisse dicebatr: si euentis responsa respõdebant: quid iam obstaret/ cur nõ oracula in terris haberentur? His artibus & fallacijs nugiuendũ hoc hominum genus ludificant imperitos: cum nihil possit a ratione dissonum magis vel dici vel cogitari: q̃ quod de ista interrogandi fallacia excogitarunt. Nam ut illis concedã esse a cælo desideriũ illud meum sciendi de absente/ gratia exempli/ quonam pacto se habeat: quæ tandẽ ista cõsecutio/ ut statim illud etiã sit verum futurũ: qua hora desiderium hoc meum astrologo explicauero huiusmodi esse cæli cõstitutionem/ quæ mihi statum absentis ostendat. Vnde hæc competentia/ aut fœderatio & nostri desiderij & rei quã scire desideramus. Quod si forte respondeant vim eandem cælestem quæ rem illam procul efficiat a nobis vellicare simul animum nostrum/ quasiq; admonere rei quæ fiat. Primo illud sequeretur/ tunc solum ista incessere nos desideria cum res ipsa fuerit. Et tamen de his quæ aut pridem facta: aut longo fient post tempore; aut quæ etiam nũquã fient: efficaces fieri putant posse interrogationes. Præterea id si dicamus non erit spectanda cæli cõstitutio qua hora astrologũm interrogamus: sed q̃ primũ momẽto interrogandi cupiditas nos inuadit. Siquidem eadẽ similisue constellatio est/ quæ & parit euẽtum: & desiderium agnoscendi illius suscitat in nobis. Quod utiq; si rationabiliter insaniẽdum: longe rationabilius diceretur: q̃ quod dicunt astrologi obseruãdum. s. tempus sciscitationis/ non quo nos primũ sciscitandi cura sollicitauit. Tum quoniam ut dicebamus si qua inter hæc esse potest cognatio: si quis consensus: non aliter esse potest/ q̃ & rei quæ facta est: & desiderij nostri quæ quoquomodo ad eandem/ aut similem constellationẽ referri posse videantur. Tum q; hora qua astrologum ipsi cõsulimus variari potest mille de causis quibus fiat ut serius aut citius astrologum cõueniamus: ut si eius domus remotior sit a nobis/ si euntẽ in via quis remoretur; atq; alia hoc genus temere intercurrẽtia/ quæ horã quæstionis ꝓpterea q; cæli cõfigurationẽ/ de qua est responsurus aliam atq; aliã faciũt. Sed hæc nihil curãt astrologi/ quibus iã diu familiare est/ ea semper & dicere & sentire: quæ nullam habeant prorsus rationẽ & firmitatẽ.

Rñsio

Confutatio

Caput XIIII Diuina miracula a cælo nec fieri nec significari/ sed miracula miraculis/ sicut naturalia naturalibus indicari.

Erũ utinã hactenus insanirent/ & non diuina etiam miracula: quæq; totius naturæ facultatem excedũt/ naturalibus tamẽ corporũ superiorũ radijs/ fieri existimarent. In hoc enim eos errore versari: supra mõstrauimus: declarãtes diuinam ab eis religionem referri ad syderũ potestatem: & quam olim deus per Mosem populo hebræorũ: & quam postea Christus per apostolos mundo ꝓmulgauit. Sic & illam sub Noe totius orbis eluuionem: & quæ alia hoc genus diuina miracula sacra prodit historia/ suis oĩa constellationibus ascripserunt: in qua re ꝓculdubio insanire magis videntur: q̃ qui hæc potius fuisse aliquãdo non concedunt: qui & fuisse credit qualia narrantr: & a naturalibus tamen causis effecta: cum nulla cogitari maior possit insania: q̃ ut factum aliquid supra naturam/ naturæ viribus putes. Esse autẽ diuinã legem ex his quæ naturæ vires excedant/ aduersus impios disputando ꝓbauimus. De cathaclismo vniuersali facile potest idẽ demõstrari: cum naturæ nihil magis repugnet: q̃ ut suũ ipsa excidiũ moliatur. Quare eam sibi iniuriam nunq̃ inferret: de qua ipsa se sua asserere potestate nõ posset. Quod si non potuit fieri cursu naturali: ut cum aquæ montiũ omnium cacumina/ quindecim cubitis superarent: Noe cum sua familia/ cunq; omni genere animaliũ/ intra vnã archam duodecim menses inclusus naufragium illud euaderet, non fuit etiam naturæ propositũ ad perniciem omniũ viuẽtium terram totam aquarum inundatione submergere. Quod si a cælo ista nõ fiunt/ de cælo præuideri etiam nõ possunt. Cum quæ cælum nõ facit/ ea etiam non significet: ut paulo ante

Maxima insania

Liber aduersus impios

ꝓbauimus. Quāq̃ ista ꝓpria habent rationē quare ab astris nō portendant̃ etiā si cæte-
ra quæ facultatē naturæ nō excedūt: vel fieri: vel indicari a cælo cōcedamus. Est eni ut
alibi declarauimus ordo rerꝫ a deo ꝓ naturali cursu institutarꝫ/ita suis finibus inclusus
seiunctusq; ab his rebus quæ diuina virtute & voluntate fiunt præter naturam: ut hæc
omnia si tollant̃: nihil sit in rerum natura quod desit: nihil quod supersit. Est aūt cælū &
q̃cūq; in cælo cōmuni cursu eueniūt ex his rebus quæ sunt secūdū naturā. Quare si qd
syderū motus vel dispositio quæ ex naturali corꝫ cōditiōe illis debet̃ futurū significāt.
Debet hæc significantia & indicatio inter res naturales haberi & numerari. Quod si ali-
qua ex his signis portendere ea dicamus quæ fiēt supra naturā: sequetur illud absurdū:
ut si relinquat deus naturā suis conditionibus: nec faciat aliquid super eā: natura iā ipsa
falsa & mēdax inueniat̃: in qua etiā deus aliquid frustra superfluoq; instituerit: quoniā
erūt adhuc in syderibus signa rerū futurarū: quæ tn̄ nō erūt/cū res q̃ significant̃ res sint
ꝑter naturā quas auferri supponebamus. Signa ipa res secūdū naturā sint: quæ ablatis
supernaturalibus/nec auferri/nec aliqua sibi debita perfectione priuari dicēdū est. Nō
igitur si ab æuo miraculum aliquod facere deus disposuit: miraculi eius indicia natura-
libus rebus inseruit; ita ut ad naturæ ipsarū rationē significatio hæc pertineret: sed natu-
ralia quidē signis naturalibus miraculis antecedentibus miracula voluit significare. Ca-
thaclismū diuinæ iusticiæ miraculo euenturū: diuinitus inspiratus: diuinitusq; seruan-
dus Noe mundo significauit: educēdos hebræos ex ægypto: & dandam illis legem fa-
cta per diuinā virgā a Mose miracula magis astrologisq; ægyptiorum/ testificata sunt:
subijciendā populo dei terram ꝓmissionis: & quæ in ea supra leges naturæ mira deus
erat operaturus: nō naturalis aliqua cæli configuratio: sed coercitus manu creatoris ra-
pidissimus solis motus indicauit: ut traiectum sicco pede iordanē: & sonitu buccina-
rum/diruta vrbis mœnia prætermittā. Ezechiæ vitā diuina virtute ꝓrogatam: non be-
nigna Iouis irradiatio recto sua spacia ordine percurrentis: sed retrocedentis solis mira-
culum demonstrauit. Prodigium verbi corporati/ & virginis puerperij: quū mentium
supra mētis naturam diuinitus afflatarum oracula annunciarunt: tū in ipis corporibus
cælestibus & terrenis ꝓdigia mille testificata sunt/ dū immēsum illud dn̄o nouū sydus
exoritur: nunc eū eodē in cruce deficiente/ sol luna plena/ contra naturæ ordinē deficit:
his signis diuina miracula & demōstrārur & confirmant̃: quæ a naturali reꝶ statu nec
fieri possunt/ nec cōuenit indicari.

Cap. XV Per stellā magorꝫ nō posse constellationē aliquā intelligi: & declara-
tio quarūdā scripturarū quæ imperitis possent videri astrologiæ adstipulari.

n Vnc q̄m in mētionē stellæ deuenimus quæ magis natū Iesum demonstra-
uit: nō ab re fuerit admonuisse lectorē/ ne hāc forte stellam astrologorꝫ opi-
nioni fauere suspicetur. Quasi nō ea aliud fuerit q̃ index nati prophetæ cæ-
lestis constellatio magis illis ab oriente cognita & explorata / qui essent cælestis scien-
tiæ ut putat̃ oppido q̃ periti. Abducit autem ab hoc errore euidentissime nos/ ipsa lit-
tera euangelij: quæ de hac stella loquens ait. Et ecce stella quā viderant in oriente ante-
cedebat eos usq; dum veniens staret supra vbi erat puer. Quod nemo / nisi insaniens
existimabit de cæli syderibus cōfigurationibusq; esse intelligendum. Erat igitur illa fa-
ctitia & temporaria: nō perpetua stella & naturalis condita ad id officij a creatore / per
quam significari natū regē iudæorū. Eo forte modo magi intellexerunt: quo & postea
in somnis declinandū Herodē: & alia q̃ venerāt via/in patriam esse reuertendum. Sed
& cauēdū pariter est ne quibusdā scripturarum locutionibus perturbemur: ut cum in
temporis plenitudine missum dei filium legimus apud Paulum: & in euangelio dn̄m Paulus
dicentē. Nunc est hora vestra & potestas tenebrarum: & alibi nōdum venit hora mea:
putabit enim superstitiosus horarꝫ & tēporꝫ cōstellationes significari. At tu illum inter-
roga. An cū famescit tēpus putet comedendi: quæcūq; tamē per id tempus fuerit cæli
cōstitutio: & cū satis laborauit/corpus curandū: & cum satis obdormiuit/tempus eū

gilandi. Quæ ſi omnia habere ſuū dixerit tēpus: nō ꝑ eius tēporis cōſtellatione: ſed ꝑ
natura ipſius rei quæ ſit: proq; occaſione opportunitateq; faciendi: ſic pariter alia quæ &
deus facit ſupra naturā: & hoīes faciūt ꝓpria libertate: quāq; nullas deſiderent ut fiant
cōſtellationes: neceſſario tamē aliquo tēpore fieri/ & cōgruentius hoc q̄ illo tēpore fie
ri atq; cōmodius. Decuit mitti filiū dei eo tēpore quo eſt miſſus: ante non decuit: cauſa
in cælo nō eſt: ſed in ꝓpoſito dei: & exigentia reꝝ de qua multa ſcribūt theologi: quan
tū licuit eis ꝑ indicia ſcripturaꝝ ad diuini cōſilij ſecretū penetrare. Decuit itē poſtq̄ eſt
natus nō ſtatim occidi; ſed quo tēpore expediēs fuit/ ꝑmiſit ipſe ſe manibus impioꝝ/
atq; ea hora fuit poteſtaſq; tenebrarum. Idē in reliquis intelligēdū: q̄d ex vno nobis li
bri geneſeos loco aperte declarat. ibi enī cū terrā ꝓmiſſionis/ ſic ex re appellarā/ Abraæ
deus ꝓmittit. Tum inquit ſcito ꝑegrinū futurū ſemē tuū in terra nō ſua/ vbi quadrin
gentis annis affligent/ generatione aūt quarta huc reuertent. Hactenus ſcriptum ſi fuiſ
ſet/ inſultaret aſtrologus/ nō potuiſſe diuinā ꝓmiſſionē impleri: donec tot annoꝝ ſpa
cijs euolutis ad certā ꝑueniret cæli diſpoſitionē/ quæ eſſet euētū illum paritura. Tu ve
ro vide q̄d ex dei ꝑſona ꝓpheta ſubijciat. nec dū enī inquit cōpletæ ſunt iniq̄tates am
morreoꝝ uſq; ad p̄ſens tēpus. Vide igit̄ quid expectaret: non copulatio. ſ. Iouis & Sa
turni/ aut ſyderalis alia cōſtellatio: ſed plēitudo iniq̄tatis in ammorreis/ per quā diuina
iuſticia cuius legibus res humanæ/ nō fatali neceſſitate regunt̄: & merito illos expelle
ret: & fidelis Abraæ ſemē illuc introduceret.

Caput XVI Quæ naturæ vires ſupergrediūtur quātū ad id etiā quod in ſe na
turale cōtinēt a cælo ſignificari nō poſſe.

Atis iā niſi fallor eſt demonſtratū diuina miracula a cælo nec fieri nec ſignifi
ſ cari: q̄q; q̄d attinet ad efficiētiā hoc ipſe indicāt voces: nec nulla indiget ꝓba
tione. Quærebat aūt nuꝑrime Hiero. Beniuenius acuto vir ingenio & ꝑſpi
caci: cū in his rebus quæ fiūt ſupra naturā interdū aliq̄d ſit etiā naturale: nū ex ea parte a
ſtellis poſſent ſignificari: ut ſi nō potuerit aliqua cōſtellatio dei corporationē indicare:
potuerit tn̄ legifer homo/ & bonas leges ꝓmulgaturus: oſtēdi: reſpōdi neq; hoc modo
poſſe illa a ſtellis ſignificari: nec q̄d putauit Alliacēſis: hoc modo ab illis fieri. Is enī non
Alliacenſis alia putauit rōne defendi poſſe ab īpietate/ q reꝝ huiuſmodi mirabiliū & diuinaꝝ cau
ſas quæreret in ſyderibus/ q̄ ſi dicāt depēdere hæc a cælo/ nō quatenus ſunt ſupra na
turā: ſed quatenus in eis eſt aliq̄d naturale. Hoc vero q dicit/ nihil dicit: ſicut & nihil di
cit q fieri ab aliq̄ cōſtellatione hoīem dicit: nō tamē fieri ab ea naturam rōnalē: nā ſi nō fa
cit ea in hoīe q̄d eſt rōnale: nō eſt cur dicat̄ magis facere hoīem q̄ leonē. Si igit̄ demas
ex diuinis miraculis q̄d eis eſt ꝓpriū: & ea tm̄ relinq̄s quæ ſunt illis cōmunia/ cū rebus
innumerabilibus nō eſt cur effectus ſingularē cauſam tā ſtudioſe quæras in cælo: Sed ꝑ
fecto q leſu geneſim inueſtigāt/ nō illud ſcire cōtēdūt/ cur in utero nouē menſibus fue
rit quēadmodū reliq̄ hoīes: cur bono corporis ſtatu: cur ꝓlixo capillo: cur pauꝑ: cur
iudæus: q̄m his cōditionibus abundat oīs vita mortaliū. Sed quæ in eo præcipua fuere
& ſingularia/ eoꝝ maxime cauſam quærūt in ſyderibus: quā & præcipuā eſſe putāt &
ſingularē: ea vero iā ſupra naturā dei opa nō cæloꝝ/ q natus ex virgine/ q homo & de
us/ q in patria dn̄s & ꝑegrinus in carne/ q mirabiliū operū effector/ q iure dn̄s orbis/ q
iudex viuoꝝ & mortuoꝝ/ q diuinæ gratiæ auctor & diſpēſator/ q expulſor idolatriæ/
dæmonū triumphator: auctor virtutū/ vicioꝝ expulſor/ pax mundi/ veritatis manife
ſtator. Hæc ſi nō quæris nihil quæris: ſi quæris impie quæris. Perſugiū igit̄ nullum q̄d
aſtrologis parat Alliacēſis ut diuina miracula dicant fieri a cælo: ſed non quatenus ſunt
miracula: quæ nec ſignificari (ut ex nobis quærebat noſter Hieronymus) ca rōne a ſyde
ribus poſſunt: q̄m ſi ordo reꝝ quæ a deo ꝓueniūt ſupra naturā e medio auferat̄: reſta
bunt tm̄ ut ſuperius diximus indicia hæc cæli/ effectus illos aliqua ex parte (ut diceba
mus) ꝓtendentia: ſed effectus iā nullus erit: indicia illa igit̄ vana atq; fallacia quale nihil
eſſe in natura cæleſti ſuperius eſt demōſtratū.

Ioannis pici Mirandulæ disputationū aduersus Astrologos. ·Liber quintus

Caput primū Decreta astrologorū circa magnas cōiūctiones utiliter confutari; & q̄ mēdaces sint dephēsi q de magnis īferiorū rerū mutatōibus p eas uoluerīt iudicare.

Ed multos abducit ab ista ueritate fallacia astrologorum persuadētium im- (Opinio Astrologorum)
f peritis/nullā unq̄ fuisse legum mutationem; nullū prophetarum aduentū nullum in rebus humanis euentum admirabilē/quem magna aliqua fyderum superiorum Saturni præsertim atq̄ Iouis coniunctio/non præcesserit. De qua re illi cum coram vel consectaneis vel rudioribus quasi de re certa atq̄ confessa in tabulis disserunt; & per tot millenaria annorum discurrentes hæc inquiunt/illa est constellatio quæ diluuium fecit/hæc Mosem peperit; illa Iesu aduentum / hæc Machometi legem antecessit; nemo est fere qui non moueatur / & vel descendere in eorum sententiam/vel ad dubitare aliquid saltem non cogatur. Quare quoniam hac pte maxime lædit religionem ista professio/volo occurrere isti pestilentiæ priusq̄ ipsa totius artis fundamenta cōuellamus; qm̄ tm̄ hoc loco errant astrologi; vt si etiā in cæteris bn̄ sentirent/defendi hic tn̄ nō possent; nō solū quia de rebus p̄dicūt quæ ī dubiū est cælo nō subesse. Sed q̄a ipe qbus in p̄dicēdo regulis vtunt̄ errores cōtinēt & in historia & in astrologia manifestissimos; q̄d priusq̄ rōnibus oñdamus ipa satis pōt expiēcia certum his facere q̄ vim rōnū minus pvidebūt; qm̄ oēs q ex huius cōstellatōibus de sectarū legumq̄ mutatione siue successu diuinare aliqd noluerūt; falsi atq̄ mēdaces sunt depræhensi. Olim mathematici cum cœpit christi fides pullulare non plus eam annis duraturam dixerunt; a cuius tamen initio iam millesimus quadringētesimus nonagesimus quartus annus euoluit. Albumasar vel auctor vel inuentor huius erroris / eādē legē/hoc est nostrā pmāsurā dixit ad annos. M.cccclx. quia. s. tot sunt anni q̄s vocant annos solis maxios; Prætererūt anni illi nec ipa p̄terijt; q̄a. s. cælū & terra præteribunt Verba aūt dn̄i non præteribunt. Nec tn̄ de sua hoc est Maumetis lege ueriora p̄dixit. Abraam iudæus anno christi millesimo quadringētesimo sexagesimo quarto Messiā eorum venturum dixit ex astrologica obseruatōe. q tunc. s. ea primū erat reditura syderum positio sub qua olim Moses ex Aegypto populum eduxerat; & eductis dederat legem. Ego pximo añ eū anno natus/cū iā trigesimū agā expimēto didici prædictionis istius falsitatē. Arnaldus Hispanus nobilis q̄dē medicus sed ad supstitōes pauloni mis ppensus ex astrologica vanitate/ plerisq̄ alijs adiectis antichristū nobis anno gratie. M.cccxlv. cōminabat̄. Fluxere ab eo tpe anni iam supra centū q̄draginta octo; & nullus adhuc antichristus nisi quales etiā multi tpe apostolorū: Iuniores q̄tiens nobis ex aliqua superiorū planetarū cōiūctiōe fallacis pphetæ aduētū annūciarūt; præsertim ex ea quæ in Scorpione Iouis & Saturni abhinc decē annis cōiunctio fuit; nullus tamē adhuc fallax ppheta mūdo præter eos apparuit. Ipe Alliacensis scribit quo anno cōstātiæ generale cōciliū celebratū est prædixisse astrologos/nullam futuram in ecclesia pacem; sed religionis exitium/dissensionesq̄ in ea designari/ex Ioue in prima domo in anni figura retrocedente; & tamen scisma illud magnū q̄ nullū unq̄ maius fuit in ecclesia nec diuturnius /per quadraginta annos iā cōfirmatū/ co primū anno extinctū est solita pace & tranq̄llitate ecclesiæ reddita; q̄d satis certe potuit mouere ipsum Alliacēsem; ne quā vltra isti vanitati fidē adhiberet; q & ipe ab illis forte persuasus uerebat̄ ne illud nobis scisma paulo post antichristū apportaret. Erāt aliæ quas narraremus istorū de legibus sectisq̄ prædictiones ipso deinde euentu inficiatæ; sed puto istas satis facere cū nō sint alij in ista arte tantæ auctoritatis quantæ apud omnes astrologos habentur; quorū p̄dicta ipsis experimentis confutata declarauimus; nunc ad ratōes descēdamus

(Quam utiliter opinio ista cōfutatē) (Cōfutatio p experientia) (Error Abraam iudæi) (Error Arnaldus) (Error Alliacē & astrologorū sui tēporis) (De concilio cōstātiensi)

Caput II Quibus vijs astrologi de grandioribus rebus iudicium ferāt; magnorum q̄ orbium reprobatio. (Quattuor viæ quibus astrologi res magnas inuestigant)

a Astrologi quattuor maxime vijs magnas rerū inferiorū mutatōes soliti vestigare per superiores planetas Iouem præsertim & Saturnū cū simul sūt/quā

magnam vocant cōiunctionem: per orbes magnos: ꝑ Saturnias reuolutōes per octaui orbis accessus atq; recessus. Has oēs vias & irrationales & falsas & inuias ostendemus vnde non solum id consequemur quod primo hic quærebamus: vt quæ de religione & legibus impia temeritate diuulgant/ falsa conuincantur. Sed omne etiā de magnis
Ordo secundus. mūdi mutatōibus iudiciū infirmabit̄. Exordiar aūt a cōfutatōe magnoꝝ orbiū/ reuolutionūq; q̄s Saturnias vocāt: ut his reiectis q̄bus ope minus tota deinde pn̄tis libri disputatio aduersus magnas cōiūctiōes libere euaget̄. Fingūt quēlibet ex planetis/ & itē
Opinio astrolo. de magnis orbibus. vnū q̄dq; signoꝝ mūdi imperiū obtinere annis trecētis & sexaginta q̄bus exactis tum nouū aiūt incipe orbē magnū/ cui & planeta priori ꝓximus: & signū q̄d deinceps hæret signo ptiori pariter ꝓsunt: atq; ita q̄lis dominātis signi atq; syderis ē natura talia euenire in eo annoꝝ spacio: & cū orbis inchoat̄ nouus/ nouari q̄q; multa in rebus inferioribus & ꝓ natura rectoris mutari semp reꝝ nr̄aꝝ cōditōem. Tū si q̄s quærat ab eis vbi nos aut in q̄ nunc orbe hoc est sub q̄ rectore viuamus: r̄ndent sub Leone & Luna: q̄d
Sub quo orbe uiuamus secundum astro. ita ꝓbant. Scribit em̄ Aoniar in libro de natiuitatibus cœpisse nouū orbē magnum/ q̄ tpe ea fuit Iouis Saturniq; cōiūctio: q̄ cathaclismū uolūt fuisse ꝓsignatū. Ea vero præcessit cathaclismū annis vt dicūt ducētis septuagintanouē: isti vero orbi præfuisse ait Aoniar ex planetis Saturnum: ex signis Cancrū q̄d dixit etiā Albumasar in libro prio de magnis cōiunctōibus/ differentia ptia. Hæc ergo supponētes quasi ꝓcardinē totius supputationis colligūt ex eo quod attulit ipe numero annoꝝ natū esse dn̄m Iesū: cum vnus & quadragesimus supra centesimū annus uolueret̄ eius orbis: q̄ ab eo quem diximus sub quo fuit diluuiū q̄ntus & decimus cui præsit ex signis Leo/ ex planetis Luna terminandus anno gr̄e millesimo sexcentesimo quinquagesimonono. Hæc est oīs astrologotum sententia: nec videbis qui in publicis annorum uaticinijs/ si magni orbis faciat mentionem/ Leonē & Lunā rectores mundi gubernatoresq; non constituat. Possem ego hic obijcere q̄ leuis eos moueret coniectura/ ut tot annorū quot cæli ptes finxerunt spacium/ magnū orbem uocarent/ q̄ nulla rōne dicat̄ durare uim mūdi gubernatricem vnius planetæ per tot annos ꝓsertim planetæ inferioris. Tū nec a Ptolomeo nec etiam ab vllo antiq̄ꝝ tale aliq̄d unq̄ excogitatū. Sed arabū esse iuniorum figmentum. Sed his omissis/ necessarijs eos primū rōnibus urgeamus: et q̄s vitate nō possunt si stare suis principijs volunt/ nec dogmati renunciare. Dicant igit̄ mihi si magni isti orbes sint statuendi/ an in ipa prima mundi constitutōe cui omnes cōsenciūt/ noui
Rōnes prætermisse. que adduci possent orbi exordiū faciāt an nō faciāt. Si dicāt se nō facere: q̄d dicere pn̄t absurdius? Si facere iā mathematica deductiōe rescindam q̄cq̄d de magnis orbibus supra determinauerūt ostēdens fieri nō posse vt si illa sunt uera quæ dicebant cū orbis constitutōe noui orbis ex-
Prima ordia cœperint. Albumasar em̄ quo præcipue auctore nitunt̄ a mundi initio ad diluui-
Secunda um numerat annos integros duo milia ducentos vigintiocto. Licet Eusebij supputa-
Tertia tio hunc numerꝝ annis sexdecim excedat. Sed nihil interest vtrꝝ dixerimus & cū astrologis disputātes eoꝝ maxime opinionibus vtamur. Statuat̄ igit̄ numerus annorū ab
Eusebius Adā ad diluuiū ex sn̄ia Albumasaris aduersus quē disputamus/ patet a cōiunctiōe ea quæ diluuiū vt dicūt ꝓsignificauit: & cū qua simul nouus orbis cœpit reling ad mūdi creatōem annos mille nōgentos quadraginta septē/ cū ipa diluuiū præcessent: vt dicebamus annis ducentis septuaginta nouē: diuidamus igit̄ eum numerū nūero magni orbis: hoc est per trecentas & sexaginta partes erit planū conflari inde integros quinq; orbes magnos/ tum annos supare indiuisos supra centū septē & q̄draginta: quare necessario initiū magni orbis statuet̄ anno mūdi centesimo quadringentesimo octauo:
Quam deliri astro. Qui numerus annoꝝ si pars alterius antecedentis orbis est: necessario erit dicendum præterijsse orbis annos ducentos & tredecim anteq̄ essent anni/ hoc est ante ipius mūdi primordia; quo satis patet nihil dici posse delirius: sed ita est certe nihil est isto hominum genere inconsideratius/ nihil ad mentiendum fallendumq; natura vel ꝓfessione propensius: fingunt ipsi sibi aliquid quo dogma colerent: & præstigias faciant impitis

quod est malitiæ eorum & uanitatis: sed fit semper vi veritatis vt consequat̃ inde aliqd
vel falsum uel omnino impossibile vel sibiipsi: hoc est eorꝝ dictis saltem dogmatisq; re/
pugnans. Quod hi minime aduertẽtes efficiunt/tñ & spargũt obliuiosi pariterq; mẽ/
daces: qđ est ignorantiæ uitiũ uidelicet & tarditatis. Exemplũ est præ manibus in ea re
de qua disputamus: Nã vt persuaderent quacũq; possent rõne magnã illã p cathaclis/
mũ mũdi inundatõem a cælo ꝑfectã par puerilis figmenti magnę coniunctiõis addide
runt nouũ orbẽ coepisse cũ ea/sub q. s. orbis eẽt inouãdus: & ut nihil deesset ad fallaciã
Saturnũ illi orbi Cancrũq; p̃fecerunt: qꝛ alter ex planetis alter ex signis humiditatis fri
giditatisq; auctores habent. Et hoc qdẽ ut dixi/malitiæ eorꝝ & uanitatis: sed & stulti/
tia eorꝝ apparet atq; tarditas & ignorantia: tum quia delita huic sequi non uiderunt; ut Q uã tardi & ignoran/ tes.
quando orbis nouitas noui orbis exordia non haberet: tum quia si Saturnus & Cãcer
orbi illi præfuerunt colligemus necessario primo integro orbi p̃fuisse Martẽ & Aqua/
rium a quibus cur imperium mundi sit auspicatum: nulla unq; poterunt ratõne desen
dere. Nã si de Luna hoc dicerent: afferre aliquid possent: vt qa terræ sit ꝑximior: si a sa/
turno orbis eminentiam: si a sole virtutis potestatem: si a Ioue venereue naturæ benefi
centiam: in Marte nihil inueniunt cur prima mũdi gubernacula mereatur. Nihil item
in Aquario cum initialem nullam habeat prærogatiuam: qualem & Cancer & Libra
& Capricornus habere existimantur: sed quid pluribus euagamur: uidere hic licet pla
ne atq; dilucide q̃ sint mendaces pariter atq; obliuiosi: Nam dicunt/ut oñdimus Can/
crũ & saturnũ orbi illi ante diluuii euentum præfuisse: quia hoc suũ dogma confirmat
vt magna humido frigidoq; planetæ aquarum inũdatio ꝑfecta existimet̃/rursus q̃m
cõsonum uidetur ut gubernationem mundi a sole inter planetas/ab Ariete inter signa
exordiamur planetã inquiunt mũdi fuisse solem/Arietem vero signum. Hæc eñ scri/ Q uã men/ daces & ob liuiosi.
bit Hali aben zagel & ipse etiã Albumasar libro primo de magnis coniũctiõibus: & m
ista ita inuicem pugnant/ut simul uera esse non possint. Nam cum sint ante orbem di
luuii ad mundi usq; initia orbes quinq; integri magni: sex aũt imperfecti: siue quinq;
numeremus siue potius sex fieri nõ potest: ut si primo orbi Aries dominetur: sexto aut
qnto Cancer dominet̃. Aut si primũ rexit orbẽ solare sydus orbi diluuii saturnus præ
ficiat̃. Nã si præfuit primo Aries & Sol: præfuit igit̃ secundo Taurus & Venus: tertio
cum Geminis Mercurius: quarto Luna cum Cancro/at nec quinto nec sexto Cancer
& saturnus: sed illi quidem Saturnus cum Leone: huic aũt Iuppiter cũ Virgine. Quõ
igit̃ nõ erubescunt hæc posteris scripta relinquere tãtæ uel ignorantiæ vel hæbetudi/
nis manifestissima testimonia: Sed hoc ingenio fere sunt auctores astrologiæ. Sic & ne
scio quis Ocliaton alios sibi fingens orbes magnos uolebat efficere: ut & mundi con/
stitutio & Iesu natiuitas/noui orbis haberet initia: idemq; vtriq; signum/hoc est Aries Alia opĩo Ocliatonis.
signorꝝ caput præficeret̃: qđ cum ei aliter non succederet dixit nũerari debere ab Adã
ad Christum annos quattuor mille trecentos & viginti: Tot qdem si numeremus erit
plane qđ ille omnino uolebat. At eum numerꝝ nulla historia recipit: sed a Græcis qdẽ
latinisq; scriptoribus per annos fere nõgentos ab hebræis: & per quingentos ab astro/
nomis aliis etiã per mille centumq; dissentit. Sed uoluit ille potius nõ esse qđ erat q̃ ita
bello suo cõmento renũciare. Queadmodũ illi ueteres qs tradit Aristoteles: q̃ cum se
mel statuissent omnia esse denario numero distributa: nec tñ in uniuerso plus nouem
sphæris inuenirent dixerũt necessario aliã esse terrã: ut denarius eorꝝ numerus ĩpleret̃
æmulatione quadã diuinæ sapientiæ quæ nõ seipsam ad res: sed rerꝝ ueritatẽ format ad
seipsam. Postremo prætereundũ nõ est si essent aliquid illi magni orbes necessario: qđ
qdẽ p eos dicũt astrologi falsum esse oportere: cũ in illis euoluendis plurimũ aberrent
putant eñ hunc q nunc reuoluit̃/cuius agi uolũt annũ cẽtesimũ nonagesimum qntũ
orbem esse a primo qdẽ decimũnonũ: ab eo aũt sub quo fuit diluuium decimũquartũ
atq; hac rõne illi præficiunt Leonẽ & Lunã. Sed hoc esse nõ potest nisi a mũdo ad nos
annos numeremus sex mille octingentos triginta octo: qđ uerã qdẽ annorũ supputa

Vera a mũdi initio ad nos ſãno rũ ſupputatio.

tionem excedit per ãnos pluſq̃ mille & quadringentos: vt in tractatu noſtro de vera temporũ ſupputatione pbauimus: ſed & ſi alias ſequamur hiſtorias/cæteros.ſ.latinos qui plures cõputant annos: pauciores tñ inueniemus his quos iſti ad ſuos orbes corrogant pficiendos: cũ nulla hiſtoria in eo numero ſex mille & ſeptingentos aut circiter excedat: quibus tamen ipi centũ ſere & quadraginta adijcere depræhen duntur/ut ſuam orbium poſitionem defendant/quam ſatis puto etiam in expertis eſſe confutatam.

Caput III Saturnias reuolutões Aboaſaris inuẽtũ & hiſtorijs & rõni aduerſari.

Eſtat de Saturnijs reuolutõibus. Et has qdẽ ſolus ſibi finxiſſe videtur Albumaſar: & poſt eum alij non magnope his vtunt. Sed videamus quid ſint & quid mouerit Albumaſarẽ & quantũ in his/vtin cæteris ſolet aberrauerit: cum Saturnus decẽ periodos abſoluerit: qui trecentis fere annis exigunt putat magna tũ euenire in rebus hũanis. Morus eſt hac cõiectura q̃ı alijs ſuis hiſtorijs aliqñ cõperit poſt hũc numerũ annorum inſigne aliquid euenisſe: inde ipſe dogma fundauit reuolutiones Saturni decem/mutarõem afferre rerũ inferiorũ. At in ipſa hac primum hiſtorica cõiectura vide q̃ aberrauerit. Poſt Alexandrũ em̃ inq̃t exactis annis trecentis apparuit Ardaſor filius Bel q perſas cõtriuit & poſt alios totidem ãnos appruit Ieſus dux ſcilicet noſter. Hac igiť rõne erunt a Ieſu ad Alexandrũ ãni ſexcenti: q̃d extra oẽm cõtrouerſiã conſtat eſſe falſiſſimm: cum nulla hiſtoria quadringentos numeret ãnos a Chriſto ad Alexandrũ: & ipſe Alphonſus in aſtronomicis tabulis nõ plures numeret vndecim atq̃ trecentis. Videamus mõ hi præcipui auctores aſtrologiæ: ex quibus fundamentis mirabilia eorum dogmata fulciunt. Idem Albumaſar poſt Ieſum inquit exactis decem Saturnijs reuolutionibus orta eſt lex quæ eſt media iter nazarenos & paganos (ſic enĩ vocat gentes) At ſanc ſcimus nullã poſt Chriſtũ legẽ añ Maometẽ exortam: ſed puto intellexerunt Arabes iſti ſectã Manicheorũ: qui & Minin vocãtur apud Talmutiſtas: quæ qdẽ hæreſis nõ ſolũ iam decẽ exactis: ſed prius etiã q̃ nona Saturni reuolutio perficeretur inualuit. Quæ omnia ſi ex hiſtoria ille fidelia tulisſet: non propterea erat dogma faciendũ hoc Saturni decẽ periodos parere alioquin mille mihi ego huiuſmodi dogmata cõfingã: Nã & hæbrei primũ tẽplũ a Salomone ædificatum ad quadringentos aut paulo plures annos aiũt pmãſiſſe: Tum qui ſecundo ſub Dario ædificatus eſt non plus decẽ annis ſupfuiſſe: hoc eſt quadringentis & decẽ: a cuius deſolatõne fere p ãnos totidem ſuas leges in Babylonia ſibi cõſinxerunt/faciamus hinc dogma: quartam decimam ſemper Saturni reuolutõem ſaturniæ iudeorũ genti mutarõem magnam afferre & probabiliora dicemus qua Albumaſar q denarium ſibi numerum elegit A quo illud libenter ſciſcitabor: vñ natura.ſ.iſtas reuolutões exordiatur: & ſub qua cæli pte initium faciet iſtius periodi rationem afferat quæſo cur iſtam porius cæteris antepoſuerit Sed non eſt diutius laborandum in confutandis his nugis præſertim quæ alijs aſtrologis præter Albumaſarẽ parum ſatiſfeciſſe videntur: imo ita vt ipſe etiam Aliacenſis q̃ in tractatu de concordia hiſtoriæ & aſtrologiæ his magnopere vſus fuerat ĩ elucidario confeſſus ſe nullum eas habere fundamentum euerſo ſtilo magnam ſui libelli partem inuenta taxatione corrodens.

Anni ab Alexan. ad Chriſtum

Impugnatõ per rõem

Caput IIII Ordo eorum quæ dicenda ſunt & diſſidentes aſtrologorum opiniones circa magnas coniunctiones.

Ordo dicendorum.

Eſtat de acceſſu & receſſu octaui orbis & ſphæra nona: reſtat de magnis cõiunctionibus: ſed illud quidem ſequenti libro examinetur: nunc ad cõiũctiones magnas cõuertamur: ſed fuerit opere prætium afferrei prius q̃d de his ipſi ſentiant/vt facilius intelligant q̃ in cõfutatõem afferent a nobis: quæ nec ipa narratio erit ſine vtilitate confutationis cum diſſidere ſuper his eos videbimus/vt nec dũ conſtet apud aſtrologos quæ maxima ſit coniunctio/quæ maior/quæ media: in qua re non eſt ſolum de nomine controuerſia: ſed inde prædictionum oritur magna diuerſ.

ſitas cū alij a maximis; alij a medijs; alij a minoribus coniunctionibus euentus iubeant
expectari. Cōmunis igit̄ ſententia quā Alchabitius ac Leopoldus tradunt/ & ante eos Communis opinio.
Albumaſar huiuſmodi eſt/ magnā eſſe coniunctionē cū ſimul iungant̄ Iuppiter & Sa Magna coniunctio.
turnus; qd' poſt viginti ſemꝑ annos euenit maiorē aūt cū facta ab una triplicitate in ali-
am migratione in liminibus nouæ triplicitatis cōgrediunt̄/ atq; id euenire fere poſt an- Maior
nos ducentos & quadraginta/ nā intra fines trigoni unius duodecies copulari tū tran-
ſitū fieri ad ſignū proximi trigoni: qd' ſit ab eo in quo ſe iunxerūt: nō primū ſed ſecun-
dum; ut ſi ex Capricorno utriq; diſceſſerint/ nō in Libra/ ſed in Aquario ſe primū exci- Media
piunt in ea triplicitate. Mediam inter has coniunctionem eſſe eam: q̄ trigeſimo quoq; Maxima.
anno perficiat̄ Saturni & Martis in cancro. Maximū omniū Iouis & Saturni in Ariete
quæ poſt nongentos & .lx. annos eueniat. Meſſala ab his diſſentiens libro ſuo de con-
iunctionibus eam maximā ait eſſe coniunctionē quæ ſit trium ſuperiorꝝ: hoc eſt Satur Maxima:
ni Iouis & Martis: a qua ipſe & ſectatꝝ mutationē & tranſlationē regnorꝝ & ꝓphetarū
aduentus expectat; non ab ea quæ ſit Iouis & Saturni in Ariete: qd' aſtrologorꝝ vulgus Maior.
opinat̄/ proximā huic coniunctionē facit Iouis & Saturni: Tertiam Saturni & Martis Media:
Quartam Iouis & Martis: Videamus nūc quantū utraq; erret poſitio Magna:

¶ Caput V Planetas magnis cōiunctionibus iunctos nō plus poſſe q̄ diuiſos:
magnaſq; iſtas cōiunctiones nouū eſſe inuentū de malo Ptolemæi intellectu natū:

PRincipio ſcire ab eis velim/ quare putēt maiora facere Iouē & Saturnū cū ſunt Prima ratio
ſimul q̄ cū ſeparati ꝓprias unuſquiſq; vires exequunt̄ & exercent. Variæ em̄
naturæ radiorꝝ cōmixtio nouā quidē rē facit q̄ diſcretus influxus ꝓpriuſq; nō
faceret; ſed maiorē cur faciat habere rationē nō poſſumus; ſed eo potius inclinamur ut
credamus minus aliqd fieri inde/ q̄ ſi ſeorſum ageret unuſquiſq; planetarꝝ/ qd' pōt: nā
ſi qui ſimul coeūt planetæ eadē eſſent ꝓprietate: & vires haberēt earundē rerꝝ effectri-
ces ꝑfecto acceſſione facta duplicis radij effectus q̄q; duplicaret̄: at cū contrariæ ſint re
pugnātiſq; naturæ/ qualis Iuppiter & Saturnus neceſſario alter alterꝝ īpedit: & dū in-
uicem ſuas frenāt ligātq; poteſtates diuerſitate mixturæ fit ut expectare ab eis nil poſſi-
mus niſi mediocre/ quēadmodū oīa ſunt q̄ ex extremorꝝ mixtione diſſultant; ſicuti &
ipſi dicere ſolent cū ſunt ſimul Saturnus & Mars; q̄q; uterq; noxius/ uterq; ſit malefi-
cus; quia tñ diuerſam habēt nocendi poteſtatē nō fieri ex illorꝝ cōiunctione maius ali-
qd' malū & admirabile; ſed frāgi potius debilitariq; alterius vires ab altero; ita ut noce-
re neuter poſſit dū nocere uterq; ꝑ ſuæ naturæ conditione cōtendit; quare nō eſt plene
indubitatū ſi cælo ſubſint euēta inferiorꝝ/ maiora euenire & magis durabilia cū iungū
tur ſydera ſuperiora q̄ cū eorꝝ aliquis cæteris debilitatis plus aliqd fortaſſe ſolito viriū
poteſtatiſq; nanciſcit̄. Qd' ſi iunctos planetas plus facere q̄ ſeparatos ad magnas iſti- Sec'da ratio.
us mundi mutatiōes illis dederimus: nō tñ dabimus hoc ad Iouis Saturniq; aut Martis
cōiunctionē referendā; ſed obtinere vim primā in iſtis rebus alia ſydera & rōne & ſum
morꝝ aſtrologorꝝ auctoritate ꝓbabimus. Neq; em̄ unq; aliquis veterꝝ per has quas iſti
vocāt magnas cōiunctiones de uniuerſalibus mūdi mutatiōibus iudicarūt: nihil de his
Maternus q̄q; curioſiſſimus utiq; aſtrologiæ inueſtigator/ nihil Paulus/ nihil Epheſti-
on/ nihil Theophilus/ nihil Aſtaxarchus/ nihil ipſe Tholemæus/ cuius hic nobis teſti-
moniū erit ſatis/ ne parꝝ eis notis teſtibus aduerſus eos utamur. Is igit̄ ſecundo libro A
potelesmaton docens qua via generales & mūdi mutationes præuideant̄ eas oēs re-
fert ſolummodo in Solis Lunæq; defectus; nec pōt dici aliqd rationabilius; nam debēt
effectus uniuerſales & magni in eas referri cauſas quæ maximæ uniuerſales & effica-
ces ſint/ eſt aūt confeſſum apud oēs inter planetas duos eſſe tantūmodo efficientiæ uni
uerſalis: Solem. ſ. & lunā; cuius lumē nō aliud q̄ Solis lumē ꝑ eam quaſi ꝑ ſpeculum/
ut ſic dixerim/ ad terrā delatū. Quare ſi qua debet cæleſtis virtus origo & cauſa exiſti-
mari effectuum uniuerſalium atq; magnorꝝ/ nulla debet potius q̄ ſyderum iſtorꝝ talis
exiſtimari. Quod em̄ ait Meſſalla fieri magna a Ioue & Saturno; quia tardioris ſunt

motus probat potius quæ negat q̄ q̄d affirmat: cum omnium concors sit sententia de
beri nobiliori corpori & potentiori motum velociorem. Quo circa qui superiorum sy
derum partes dignitatemq̄ tuentur: ne imbecilliora putentur quia suo serius loco re=
stituantur. Solent ex orbium proportione quos ambiunt probare eos multis velocio
res: quibus ex periodorum mora apparent tardiores. Sed scio quid dicēt de Ptolomeo
omissum hoc ab eo in libro Apotelesmaton ne mysterium proderet. Ita enī scribit Ha
ly eius interpres. Sed in centiloquio (sic enim vocant) multa huius rei dedisse documē
ta cum verbo quinquagesimo eius libri iubeat ne planetarum coniunctiōes obliuisca
mur: in quibus magna sit efficacia: & verbo item tum quinquagesimo octauo: tum
quarto & sexagesimo earundem rerum nos admonet magna tradens de his præcepta
Cōfutatio coniunctionem maximam: mediam: minimamq̄ distinguens. Ego vero ab eis respon
deri nihil potius vellem: vt vel hinc palam omnibus fiat quæcunq̄ eorū dogmata ma
iora admirabilioraq̄ videntur ea vel ex vanis opinionibus: vel ex falsa veterum aucto
rum intelligentia pullulasse: nam quod dicūt tacuisse hoc Ptolemeū in libro Apoteles=
maton: ne mysterium proderet / tantum abest vt negem: vt nec in Centiloquio credā
proditum ab eo in quo certe tam nihil magis locutus est de istis coniūctionibus q̄ nec
de Priami morte / aut bello Troianorum: quo pacto autem plura eius auctoris enunci
ata peruerterunt: & quanti ex vno errores deinceps propagati deinceps aperiemus: est
quinquagesimum ptolemæi verbum: ita apud eos hoc est in vulgata editione. Nō ob
liuiscaris esse centum viginti coniunctiones quæ sunt in stellis erraticis: in illis enim est
maior scientia rerum quæ fiunt in hoc mundo suscipientia incrementum & decremen
tum; græce est ita / ne prætermittamus centum & decemnouem coniunctiones: In his
enim posita est coniunctio eorum quæ fiunt in mundo & generationis & corruptiōis.
Primum plus tribuit istis coniunctiōibus barbara interpretatio q̄ tribuat Ptolemæus
apud quem illud non est non esse maiorem scientiam rerum quæ fiunt in mundo q̄ q̄
Sn̄ia Pto. est ex illis; Præterea vt illud omittamus sententia enunciati / alia non est / q̄ ne solam
spectemus syderis vniuscuiusq̄ ꝓprietatem. Sed ex eorum coniunctione varias scia=
mus variarum rerū effectrices virtutes exoriri / quod nemo denegat ab omnibus astro
logis concedēdū: sed in quas potissimū maximas quasq̄ rerum inferiorū mutationes
referamus superiorū esse syderū coniūctiones Ptol. certe nō dixit: sed potius si eius di
cta recte & legant & intelligant cōtrariam nobis sententiā indicabunt. Non enim cen=
tū & viginti (ut vulgo legit) has esse dixit coniūctiones: sed solum centum decē & no=
uē; quia his. s. Solis & Lunæ cōiūctionē nō numerat: ut quæ priuilegia habeāt peculia
ria prærogatiuāq̄ singularē in magnis vniuersalibusq̄ mutationibus; reliquas omnes
accuratim in numerū ordinēq̄ redigit / ut inter quas alia aliæ singulari nulla cōditione
præstaret: q̄d nō aduertentes barbari expositores q̄si omissum foret vicio librariorū So
lis & Lunæ coniunctionē addiderūt / legēdūq̄ cētū & viginti; nō autē centū decem &
nouē: q̄d græci oēs codices habent putauerūt; ut non contēti sensus depravatione litte
ræ quoq̄ fidē adulterarēt. Trāseamus ad alia. Scribit Ptol. verbo. viij. & . l. in hunc mo=
Malus intel= dū coniūctionis locū quo in loco ab anni ascendente est inspice siquidē cū ꝓfectio illuc
lectus. lviij. ꝑuenerit: tūc tps erit & verbū. iiij. & . lx. est huiusmodi in minīa cōiūctiōe differētia me
&. lxiiij. ver diæ cōiūctiōis & in media maximæ cōiūctiōis differētia putāt arabes & latini utrobiq̄ ꝑ
bi cōiūctionē a Ptol. Satur. & Iouis cōiūctionē intelligi. Sed ita nemo falleret qui græcos
auctores astrologiæ præsertimq̄ Ptol. in cōuenientibus oculis aliq̄n ꝑlegissent: q̄d enī di
cimus cōiūctionē: græce synodus est: quæ dictio cū absolute ꝓfert ꝑ Solis semꝑ & Lu
næ copulatione accipit nisi aditū sit cuius ea cōiūctio fuerit / uti Vene. & Mercurij / Io=
uis & Satur. & aliorꝫ planetarum quare cū utroq̄ enūciato synodum absolute dixerit
Ptol. nihil ultra adijciēs manifestissimā apud oēs qui nō sunt græcæ lectionis penitus
insolentes de luminū cōiunctione intelligere Ptolemeū / nō aūt syderū aliorū. Atq̄ ita
prioris hoc est octaui & quinq̄gesimi verbi sentētia est: ut signo & loco vbi in anni reuo

lutione Solis Lunecꝫ cõiunctio facta est diligenter obseruata cũ anni ꝑfectio per anni
scilicet mẽses distributa: ꝑ quã alterꝫ alteri signũ iuxta seriẽ cõstitutõis in dñandi ptãte
succedit a deũ locũ peruenerit/effectũ expectemus: qm̃ ipa ãngressa ãni cõuersionem
Solis Lunecꝫ cõiũctio nobis significaucit. Vtiẽ em̃ his maxĩe Ptol. luminariũ cõgres-
sibus ad totius ãni euẽtũ iuestigãdũ: q̃d nẽo nescit q aporelesmaticos eius libros euol-
uerit. Sunt aũt in huius ꝟbi trãslatõe multa addita omissa interpollata. Nã & ꝑ cõiun-
ctione cõiũctõem minorẽ legũt: cũ nulla in graecis exemplaribus maioris vel minoris Errores mul
dñia adijciat: & terminus ꝑfectõis ad plures annos extẽdit/cũ nihil de hoc apud Ptol. gate transla
q de vnius tm̃ ãni euẽtis vti dicebamus facit mentõem: sed fauere magis illis videtur. tionis ĩ ver
Postremũ illud enũciatũ vbi cõiũctões maximae mediae minimecꝫ distinguunt, q̃lem bo.lviii.
differentiam in luminarium cõiũctõne multi nõ intelligunt: sed facile hoc & apertum
his qui ad Ptolomei lucernam nõ oscitabundi aliquando uigilarunt; cum em̃ ille ut di-
ximus oĩa tribuat Solis Lunecꝫ cõiũctõibus: Tũ has triplici genere ordinecꝫ distiguit
Nam quae defectum efficiũt alterius luminaris eas statuunt primo loco per quas non Declaratio
unius ãni/sed multorum interdum euenta possent praeuideri/has maximas iõ nũcu- verbi.lxiiii.
pabimus; qa & maxĩe tũc sydera illa cõiũgũt: cũ nec lõgitudĩe discrepẽt loci/nec latitu-
dine: & maxĩe remota futurorꝫ euẽta portẽdũt. Cõtra: minimae apud illũ quae singu-
lis fiunt mẽsibus: & vnius tãtum mẽsis nobis indicant dispositionem medias ĩter has Quae maxi
quae ingressum solis in signa quattuor tropica proxima antecedunt; Arietem: Cancrũ: mae cõiuncti
Libram: Capricornum: a quibus totum anni tempus quod sequitur nobis indicatur: ones secun-
aut vernum: aut aestiuale: vel autumnale: vel hibernum. Quoniam igiẽ q̃d vniuersalis dũ ptol.
dispositio indicat particularis sequens distinguit & determinat; ideo mediã dixit cõiũ-
ctionem maxime esse differẽtiam mediae vero minimam: vt si gratia exempli Lune so- Quae mini
lisqꝫ cõiũctio aequinoctiũ uernũ ꝓxime ãñcedẽs qualitatem nobis futuram veris ostẽ- me.
derit; sciamus tum id totum & minui & augeri pro natura coniunctionum; quae seq̃n Quae me
tibus singulis mensibus rata reuolutione contingent; Et quam habent habitudinem die.
menstruae istae ad illas quattuor temporꝫ cõiũctões; Eãdẽ habẽt illae trimestres ad ma-
iores & paucas deficientium syderꝫ coitus atqꝫ cõgressus. Haec est Ptol. opinio de ma-
ximis medijs minimisqꝫ cõiunctionibus/q̃d barbari isti nõ intelligentes ꝑbellissima si-
bi somnia fabricari sunt de Saturni Iouisqꝫ cõiũctõibus; quarꝫ maximae post nongen-
tos & sexaginta, mediae post .cc. & .xl. Minimae post viginti annos redeunt; quod prae-
ter ea quae diximus congruere enũciato etiã nõ põt/qm̃ maxima apud eos coniunctio
medias minimasqꝫ cõplectiẽ: q̃re nõ poterit effectus maxĩe cõiũctionis per minores il-
las determinari p̃ quas illa ꝑ multas saeculorꝫ reuolutiones exigitur. Quid igitur dixit
Ptol. mediã esse maximae dñiam; mediae vero minimã/hoc est illud figmentũ ex falsa
vnius auctoris intelligentia natũ quo se isti adeo iactant; quo se reputant; gloriabundi
ꝙ religio omnis stellis sit ligata; quo sancussimas leges prophetarum aduentus/ diuĩa
miracula potestatibus syderum fatorumqꝫ subijciũt. Certe nusq̃ se magis pueriles ostẽ-
dunt aut magis rudes/ridiculiqꝫ inueniuntur.

Caput VI Praecipuos estrologos medijs vsos esse coniunctionibus non veris: tum alia errata illorum circa easdem.

Ed dicet forassis aliqs astrologorꝫ esto Ptol. nõ intelleximus q̃d si velut tẽ-
f pestas Nauẽ aliq̃n agit in portũ/ita nos error iste duxit ad veritatem quicq̃d Respõsio
senserint Ptol. & alij experientia cõfirmatũ est nullã vnq̃ vel legum vel re-
gnotũ magnã accidisse mutatõem quã nõ aliq̃ syderꝫ superiorꝫ coniũctio ãñcesserit:
nec vnq̃ aliq̃ hmõi ãñcessit quã nõ id genus mutatões ĩ rebus ĩferioribus sint subsecu-
te bñ hẽt si tẽpestatẽ agnoscũt/sint portu in isto videbimus: Neqꝫ em̃ si ĩ magnis deli-
rarũt q̃tũ cõstent ista infima experiẽtiã facere sunt conati; Quod nos ĩ vniuersum pri-
mo declarabimus tũ singilatim q̃scũqꝫ aliqs astrologorum signauit coniunctiones ma-
gnas rettulitqꝫ ad euenta rerum admirabiliũ & falsas & falso supputatas; & ad effectus

Pria ratio falso relatas luce clarius oñdemus, Principio auctores oẽs huius dogmatis veris cõiũ-
ctionibus nõ vtunt̃: sed medijs hoc est fictis & imaginarijs: q̃d vt plane omnes intelli-
Quid sit verus motus quid medius. gãt: dicã qd sit verus motus / qd medius. Erraticæ stellæ ꝑ Zodiacũ æquo cursu non de-
ferunt̃: hoc est nõ ęq̃li tp̃is interuallo æqualẽ semꝑ illius partẽ ptæteigrediunt̃: q̃ igitur
metiri illorum motus / & dirigere innumeros uoluerũt finxerũt vnicuiq; planetæ mo-
tũ vniformẽ: vt ex hoc ficto & uniformi / inęq̃lẽ illũ & veꝝ facilius assequerent̃. Fictũ
illũ Ptol. uocat periodicũ: iuniores mediũ: q̃a hoc ę̃q̃si medio utunt̃ ad verum inuestigã-
dum cum ex motus supputatione planetæ locum inquirimus / interdum medio uti-
mur motu / interdum vero non: q̃a medius ille locum indicet nobis q̃ planeta cõsistat.
Sed vt ex eo verã sedẽ illius methodo & rõne faciliore quæramus. Planeta enĩ nunq̃
est ibi ubi per mediũ motũ esse depræhendit̃: q̃a nec sic unq̃ ille mouetur sed excogita-
tum / ut dixi / hoc ab astrologis est / ut veritatẽ inde ordine q̃dã certius adipiscant̃. Dice-
bã igit̃ q̃ ꝑ magnas cõiũctiões iudicãt de futuris eos medijs uti cõiunctionibus / nõ aũt
ueris. nam q̇ dicunt post. xx. annos iungi Iouẽ & Satur. post. cc. aũt in initijs congredi
triplicitatũ. tum post. dccc. & .lx. in Arietis liminibus cõuenire / falsissimum est si ue-
ros motus respicimus; est aũt veꝝ q̃q̃ nec exacte si medios hoc est fictos illos & falsos
re. s. nullos ad doctrinæ facilitatẽ a mathematicis excogitatos; ita aũt quod medius di-
cit motus diuersum est ab eo q̃d per veꝝ attingimus; vt etiã & signũ fiat aliud cõiũcti-
onis; atq; ea gr̃a exẽpli in Piscibus assignet̃ / quæ tñ fuerit in Aquario: et tẽpus adeo ua-
riet / vt si de his quæ post per. cc. & . xl. annos eueniũt agimus cõiunctionibus / uera in-
terdũ mediã per annos etiã cẽtũ añcedat. Apparet ex tabulis recte supputãti Iouem &
Saturnũ anno gr̃e. M. ccxxvi. a terrena triplicitate migrãtes ad aereã in Aquario se ex-
cepisse. Erãt igit̃ in eadẽ ex medij motus rõne per ãnos ducẽtos & quadraginta pman-
Insignia astrolog. surí; & tñ post annos circiter cẽtũ & q̃draginta; hoc est ãno gr̃e. M. cccxlv. ab aerea ad
aqueã triplicitatẽ facta mutatõe in Scorpione cõgressi sunt; & in aqueis semper signis
Precipuos astrologie auctores medijs vsos cõiũctiõibus simul inuenti ad aerea postea nõ redierunt. Quæ q̃dẽ igit̃ hæc insania aduersus aptam
pugnare veritatẽ; & rebus uti adeo ĩpudẽter falsis & ficticijs / ut in cõstellationem eoꝝ
consensu omnino nullam / cæca tñ temeritate euenta reꝝ referant humanaꝝ; q̃dq; nõ
est nec fuit / nec erit unq̃ / cãm m̃ putare eoꝝ quæ sunt / certe nihil est ista uanitate deli-
tius; in quã tñ sunt lapsi præcipui oẽs auctores astrologiæ. Albumasar em̃ princeps istí-
us dogmatis in eo libro q̃ inscribitur de magnis coniũctionibus; q̃ multum celebratur
apud astrologos / medijs semper usus est cõiũctionibus / ueris nũq̃. Abraã præterea in
eo opẽ cui titulus est redẽptio; cũ unã aut alterã ex uero motu cõiunctõem inquitat ad
medias deinde cõsugit semper / de veris nullã oĩno faciẽs mentionem. Alliacensis ĩ tra-
ctatu de cõcordia historiæ & astrologiæ cum septem afferat maximas cõiunctiões; oẽs
illas medias affert / ueras nullas. Idem alij multi eodem semper morbo mõ laborantes
de q̃bus oĩbus singulatim postea disseremus. Et q̃dẽ sufficere hæc nobis possent / ut
nihil monstraremus esse q̃d dicũt / si nihil est cõstellatio ipa ex qua prædicũt. Nam q̃m
Figmẽtum astrologoꝝ istæ etiã mediæ hoc est nullæ ad ueꝝ nõ eis ñ̃dent; hoc est nõ incidunt in ea tp̃a in quæ
maxime uellent / perfugiũ sibi aliud machinant̃ per nouã stulticiã priorẽ insaniam de-
fendentes. Finxerũt em̃ nõ seq̃ statim post istas cõiũctiões q̃d ꝑtendunt ĩmo non cito
Refutatio sed post multos q̃dem annos & cẽtũ & ducẽtos atq; his plures. In qua re uide quãtum
fallantur / nam potentis causæ & efficacis nõ est sero incipere q̃d est factura; sed sero q̃-
dem desinere: incipe aũt aut statim aut cito. q̃re istaꝝ cõiunctionum uirtus uel efficax
uel imbecilla. Si efficax nõ põt diu cessare ut nõ faciat / si imbecilla nõ potest diu dura-
re. ut sero q̃dẽ / sed tñ aliq̃ñ faciat / domat uis magna superatq; q̃d ꝓhibet & quod relucta-
tur; Euanescit infirma; & sua seipam tractu tp̃is longiore tenuitate dissoluit; quid q̇ in
hac temporum intercapedine superueniũt nouæ semꝑ cõiũctiões; quaꝝ natura est ut
Alia refutatio. & ipi dicũt oblitterare priores cũ supueniẽs constellatio elidat p̃cedentẽ; vñ si in certo
anni tp̃e defectus accidat luminariũ / soliti dicere fatum illud cessare; quod ex primor-

dijs annuæ cōuersionis erat acceptum, Cur nō igit̄ etiam sequēti cōiunctione præser-
tim & proprietate & natura diuersæ cessat? Cur illam primā non expungat. Ad quam
tamen ipsi pertinere volunt effectus qui post eam per trecentos etiam annos tot varijs
intercurrentibus medijs constellationibus subsequunt̄. Nemo hoc dixerit vel philo-
sophus vel nō extremæ etiā homo tarditatis: quem errorem adauget mirum immodū
alius error & inexpiabilis, nam in ipsa temporum supputatione adeo errant insigniter/
ut quā putant interdū cōiunctionē per ducētos gratia verbi annos euentū aliquem an-
tecessisse. Ea vero p mille & quadringētos rei illius gestæ tempus antecesserit: quod se-
quētibus libri istius capitibus demonstrabit̄; & in his quidem mendaces indocti rudes
deprehenduntur: sed vide etiam q̄ sint astuti bellissimi isti diuinatores; nam ut fallendi Astutia
nunq̄ eis deesset occasio/ita sua sibi placita continuarunt: ut quocūq̄ aliquid tempore astrologorum
eueniret paulo admirabilius in ācedentē aliquā cōiunctōem illud referre possent. Di
xerunt eñ vt hoc assequerent̄ vnius vim cōiunctōis ad horā vsq̄ alterius perdurare:
atq̄ ita q̄cq̄d interuenit mediū coniunctōi cuipiam acceptum semp poterit referri Nec
uiderunt in hac fallacia suas ruinas; qm̄ si uicissim remeant apud eos ut n̄ō sit magnus
effectus sine magna cōiunctōe; nec magna cōiunctio appareat sine effectu dum illud
tuentur ne euentis huiusmodi tales causę non adsint/faciunt necessario ut tales causę
sine euentis huiusmodi sępe fatigentur; quoniam non ex eis semper accidunt magna
& mirabilia imo nec frequenter quæ fieri aiunt a magnis/coniunctionibus; & tamen
ut ipsi uolunt effectrix eorū uis non interrupta a successione permanet semper; & hæc
quidem in uniuersum aduersus eos qui magnis istis coniunctionibus de futuris euen
tis impia temeritate loquuntur: nunc sigillatim omnia excutiamus.

Caput VII Quis ordo seruandus/& Alliacensem aliud alias sensisse.

Xordiamur a maximis cōiunctōibus q̄s Alliacensis in suo tractatu de con-
e cordia historiæ & astrologiæ colligit; hinc illud confirmaturus astrologorū Alliacensis
nō euenire unq̄ tales coniūctiones sine magna mutatione rerū inferiorum:
& quidē ipsemet a tota ista sua cōcordia in elucidario suo discordat/& cū in illa tum Sa
turnijs reuolutionibus/tū maximis cōiūctionibus utatur/illas nullū habere fundamē
tum has non a se fuisse supputatas/tm̄ semel aperte cōfitet̄: Quo magis mirandū hr̄e
eū in ea re laudatorē in q̄ ipe seipsum nō pbauit: sed quia interdum mouit aduersus se
rationes parum ueras: cum sint quædā nō necessariæ nōnullæ expressæ parum colliga
mus nos pauca quædā sed efficacia: q̄bus totus ille tractatus plane rescindatur: tum ac-
cedemus ad cōfutādas alias cōiunctōes: q̄s Abraam & Albumasar et plures alij ipsosq̄
eos secutus Alliacensis in elucidario protulerunt. Verū quoniam de temporum sup-
putatione sæpe loquendū præfari quædā necessariū existimaui: ex q̄bus primo illud
ōndat̄ cum ambigit̄ de tpibus nō esse vt putat Alliacēsis arbitriū huius rei penes astro
logos/sed penes historiā/tū cū inter scriptores historiarū uarietas est: quibusnam poris
simum iure sit accedendū: de q̄bus vtq̄ pauca hic et cursim: qm̄ late hæc peculiari ope.
disputauimus; quod de vera temporum supputatione conscripsimus.

Caput VIII Tempus rerum non ab astrologia ut putauit Alliacensis sed ab historia esse petendum.

Lliacensis in libro de cōcordia astrologiæ & theologiæ existimat numerum Opinio Alli
a annorū a mundi initio ad hæc vsq̄ tpa astrologica rōne posse dep̄hendi redi acensis
giq̄ ad veritatē: q̄ q̄dē super ea re sacræ vel peregrinæ historiæ variæ protule
runt. Nam si genituræ inquit ipsius mundi thema habeas exploratū poteris ex illo pri-
mam a mūdi initio Saturni & Iouis cōiunctōem supputatione colligere. Quod si aliā
rursus tuis annis coniunctionem proximam indagaueris: quod medium fuerit inter
illā primā & postremā tpis interuallū/ex intercidentium cōiunctōnum supputatione
eliciet̄. Hæc q̄dē in eo tpe ille sentiebat: sed in elucidario plane cōfessus est nō esse astro Opinio eius
logicam viam qua de annorū nobis dubio numero certū aliquid inueniamus; Quare i elucidario.


nec astrologos uncꝗ etiam summos hoc tētasse aut de sua arte fuisse pollicitos: sed cum
hæc dicat nescio cur denuo in illa ꝑstet sentētia summā de tēporꝝ rōne q̄stionē ad astro
Cōtra Allia cen. logos esse referēdā: & q̄d q̄dē in historijs de anno mūdi diuersum ab illis inueniaꝶ. Ad
illorꝝ opinionē emēdari castigariꝗ debere. Quod breuiter ostēdemus nulla rōne pos-
se defendi: nā potest quidē astronomus si verā aliquā syderū positionē quæ olim fue-
rit: rursusꝗ aliā ꝓximā habuerit notā certissima ratione determinare quātū tēporis ne-
cessario mediū exactū sit inter illas. Sed quid hoc eū iuuabit? an incertū est tēpus rei ali-
cuius gestæ. Nā esto aliquis dicat fluxisse a christo ad nos annorꝝ tria milia: dicat alius.
M. & .cccc. in cōponēda hac lite quod officiū erit astronomi: dices ostēsurū illū inter sy-
derū positionē sub qua natus est Christus: eāꝗ rursus quæ habeaꝶ nūc nō posse anno-
rū tria milia deuenire: sed mille & quadringētos: at quæ ista est tarditas / quæ hebetudo
ut nō videas quasi certū te ponere quod in quæstione versaꝶ? nā qua syderū positione
natus sit Christus astrologus nescit / nisi prius acceperit ab historia quo ille tempore na-
tus sit. Exeamus ad tēpora remotiora. Alphonsus numerata diluuio ad Christum an-
nos tria milia centū & duos. Idē sentit Albumasar: quē ille. s. est secutus / huic numero
refragaꝶ oīs historia: putat Alliacensis errare omēs historias potius ꝗ astrologos. Qua
quæso ratione? an quia inter eā cōiunctionē quæ præcessit diluuiū ad Christū ꝑ tot an-
norꝝ curricula deueniaꝶ? hoc illis denegat nemo: sed unde didicerūt fuisse eā cōiunctio
nē ꝑ tot quot ipi annos putāt ante diluuiū? Nū scire hoc ipi aliunde potuerint ꝗ ex hi-
storia? ꝓfecto est hoc adeo manifestū / ut nisi lapsum hic vidissem Alliacēsis / putarem
me in re sup̄flua verba ꝓdigere. Nā illorꝝ sentētia quātum quæso erat ridicula: q ex pri-
ma a mūdi initio cōiunctione de annis mūdi certiores fieri posse nos dicebant: eā vero
primā cōiunctionem ex mūdi genitura colligebāt quasi dubitare de annis mūdi possi-
mus / qui nō solū quo anno: sed & qua hora cœperit exploratū habeamus. Petendū igi-
tur tempus rerꝝ a magistra rerꝝ historia nemo ambigat: cuius in ea re discipula astrono-
mia arbitra esse nō potest. Nā dabo ego Alphonso ꝑ tot annorꝝ milia ante Christū talē
Errarūt oēs astronomi i temporꝝ sup putatione fuisse qualis ex eius tabulis apparebit syderū positionē: sed ꝑ hæc tēpora euenisse cata-
clismū aut rem aliā gestam nō dabo / nisi fidelis hoc mihi historia demonstrauerit. Erra-
runt autē oēs astronomi in hac tēporū supputatione vehemēter: quod magis suo fiet
loco manifestū: quod nō aliā eis ob causam potuit cōtigisse / nisi quia falsis historijs ad-
hæserūt: latini enī astronomi arabes sunt secuti: illi vero fabulosissimi sunt: & siquas a
græcis latinisue scriptoribus historias acceperūt / ꝑegrina trāslatio pleraꝗ violauit: q̄d
cū fiat facile in omi re apud barbaros litteras abhorrētes: tum vero fit facillime in ista nu-
merorꝝ annotatione in qua & librariorꝝ accuratissima diligētia nō nihil semꝑ fere hallu-
cinaꝶ. Vtēdū igiꝶ veris historijs atꝗ fidelibus inter quas sacrā alijs anteponēdā christia-
nus nemo dubitabit. Sed nec vel hebræus vel saracenus: porro in his quæ ante cataclis-
mū euenerūt / aut illā hoc est mosaicā / aut nullā habebūt etiā gentes historiā quā sequā-
tur: cū de illis tēporibus apud cæteros nihil ꝓditū litteris inueniaꝶ / sicubi vero in sacris
voluminibus æditio græca in hac annorꝝ ꝑmēsione ab hebraica veritate discordat / nō
potest quisꝗ recto iudicio auctori ipi præponere fidē trāslatoris præsertim cū numero
hebræorꝝ nō solū accedat Hieronymus: sed accedēdum etiā puter Augu. qui etsi vete-
rem trāslationem libēter sequiꝶ & ꝓbat vbi tamē de hac varia annorꝝ dinumeratione
facit mētionē fidē ait rerū gestarū ab ea lingua esse petēdā: ex qua trāslatū est quod ha-
bemus / atꝗ ita ut ille quod diuersum est apud. lxx. mysteriū putet potius ꝗ errorē hi-
storiæ tamē hoc est litteræ veritatē apud hebræos esse nō dubitat

Cap. IX. Sūma sentētiæ Alliac. in li. quē de concordia astrolo. & historiæ ꝑtitulauit.

Ostēꝗ hæc de vera tēporꝝ supputatione breuiter iecimus fundamēta: venia-
p mus ad istas maximas astrologorꝝ cōiūctiones: hoc est ad maximas eorꝝ in-
sanias ab his exordiētes q̄s in tractatu de cōcordia historiæ & astrologiæ col-
ligit Alliac. is in eo opere hoc ordine usus est. Principia duo supponit: alterꝝ de annorum

numero ab Adã ad Christũ; alterũ de themate genituræ ipsius mũdi. Fluxere igitur inquit ab Adam ad Iesum anni quinq; milia trecenti quadragintaquattuor. ab Adã. s. ad diluuiũ. mmccxlij. a diluuio ad Iesum tria milia cẽtũ & duo. In prima vero mũdi cõstitutione ita erãt in cælo sydera collocata/ nã horoscopũ fecit prima pars Cancri; summa vero cæli fastigia Arietis pars prima possidebat; Mercurius in Geminorũ parte quintadecima duodecimã cæli regionẽ: Venus in Tauro undecimã occupabat; utrũq; luminare nocturnũ quidẽ in Tauro; diurnũ in Arietis parte decimanona medio & summo cælo persulgebãt; Saturnus in Aquario domũ mortis; Iuppiter nonũ cæli locũ tenebat in Piscibus; Mars in Scorpione & in quinta ab horoscopo sede morabat̃; quo etiam loco; sed in Sagittario erat draconis cauda; quam totam dispositionem sequẽs figura ante oculos ponit.

Prima maxima cõiũctio



¶ His ita positis nullo negocio colligit fuisse primã a mũdi initio maximã Saturni & Iouis cõiũctionem in principio. s. Arietis post annos. ccc. &. xx. postquã sex alias enumerat interiectis. s. semper annis nõgẽtis & sexaginta errore medij motus: atq; ita sequit̃ septimã a mundi initio maximã coniunctionem euenisse ãno gratiæ. Dccxxxv. Postquã octaua sequet̃ anno. mdclxxxxiij. His ita distributis colligit ex historijs capita rerũ magis memotabiliũ: quæ medio illo tẽporis spacio euenere; quod inter vnã. s. aliamq; cõiũctionem maximã exigitur: hoc est p annos illos nõgentos & sexaginta: in quo temporis interuallo quicquid insigne accidit/ & memotabile ad precedentẽ putant coniunctionẽ referendũ postquã illud. s. euenit; & qm̃ semper in hoc annorũ spacio gestũ aliq̃d inuenit magnũ & memotabile putat cõfirmatũ; non. s. maximas illas cõiunctiones sine maxima rerum inferiorum mutatione cõtingere; & quod alio lib. erat pollicitus prestitisse sibi videtur/ ut historiæ veritatem astrologicæ veritati ostenderet consonare; hæc totius libri summa hic ordo hoc fundamentum.

Caput X Errasse multifariam Alliacensem: & ut quæcũq; supponit concedantur/ nõ tamẽ efficere eum quod vult.

Prima ratio

p Rincipio aũt ut ita sit de cõiũctionibus; de tẽpore euẽtorũ rerũq; gestarũ; de mũdi genitura utq; illi deniq; demus totũ quod postulat. quæ ista tãdẽ est p historias cõfirmatio astrologiæ; si nunq; elapsos ostẽdamus annos nõgentos & sexaginta quin. magnã aliquã genitarũ rerũ mutationẽ vicissitudinẽ humanæ cõditionis/ viderit mũdus. Spaciũ hoc annorũ describe quæso alijs ab initijs; ut nõ verbi gr̃a ab anno mũdi trecẽtesimo &. xx. q̃d erat tẽpus primæ cõiunctionis. Sed a quingẽtesimo mũdi anno; nõgẽtosq; istos dinumeres: qui ab vna cõiunctione reuoluũtur ad aliam: Variaq; nõ minus & bella inuenies; & leges; & pphetas; & pestilentias; & euenta genus multiplex; & variũ tractu illo tẽporis tã diuturni cõtigisse cur nõ per ducẽtos semp annos a tpe illius tuæ cõiũctionis seriẽ istorũ actorũ reducebas. Pinguis hic nimis minerua si astrologiã historiæ ita cõcordamus. Sed nec cõiunctiones illæ veræ/ sed me

Secũda rõ
Tertia
Quarta
Quinta

Sexta ratio.

diæ hoc est falsæ & nullæ: nec ut eas ꝑ medijs accipiamus ad illa etiã tp̃a sunt referẽdæ. Nec is quẽ putauit ab Adã ad Christũ numerus annorꝫ. Sed verã supputatõnem plus annis mille & quadringentis excedẽs, nec res illæ gestæ aut euenta/ tp̃ibus: quibus putauit/ euenerunt & quã describit mundi geniturã non solũ dubia aut falsa sed impossibilis astrologica rõne plane demõstraꝉ, qꝛ vna littura totus ille libellus emẽdari potest cas coniunctiones medias esse nõ aũt veras nemo nescit nec ip̃e diffiteꝉ/ Quod si mũdi genitura ex qua oẽs ducunꝉ impossibilis necessario/ & illa ad mediũ etiã motũ falsa supputabitur, illa an sit impossibilis uolumus uobis Mercurius interprætetur quia in ea qdẽ figura ꝑcul a Sole sex & quinquaginta partibus collocaꝉ a quo tñ vltra nouem atq; uiginti/ non latũ quidẽ unguẽ recessisse se vnq̃ per deos oẽs deasq; deierabit/ q̃d pctm̃ euidens nimis & inexpiabile. Eã etiã putat primordialẽ mundi figuram quam in Elucidario affert Alliacẽsis/ Mirabilibus illusionibus honustatã referꝉ, .n. ad Chaldeos & ismaelitas q̃s. s. huius misterij cõscios fecerit diuinitas/ In ea aũt mercurius in prĩa p̃te Geminorꝫ: Sol in prĩa Arietis collocaꝉ/ q̃ fit vt disiunctus a Sole sit Mercurius partibus sexaginta quod plane esse impossibile astronomus nullus denegabit: sed redeamus ad illas coniunctiones q̃ (vt dicebã) sub lata prima cæli figura ex q̃ oẽs colligebãtur falsæ & ĩpossibiles dep̃hendunꝉ. Accedit & illud ꝙ nec post nongẽtos ãnos est coniunctio in Ariete: vt docet Abraã hispanus in sexto libro: cui titulus redemptio Israel. At neq; etiã quæ ad illas refert euẽta q̃bus putat tp̃ibus cõtigerunt, nõ, n. a mundo ad diluuiũ anni vt refert duo mille ducẽti quadraginta duo sed mille sexcẽti quinquaginta sex vt postea declarabiꝉ: qꝛ tertia illa maxima coniunctio quã ꝑcessisse ait diluuiũ annis duobus vt q̃ a mundi cõstitutõe per annos euenerit duo mille. cc. quadraginta post diluuiũ ip̃m fuit annis sexcentis octuagintaquattuor. Itidẽ anno a diluuio nõgentesimo quadragesimo secundo quartã notat maximã coniunctionẽ & añ eam per annos sexdecim natum ait Abraam patriarcham qui tamen ante huius temporis coniunctionem per annos sexcentos & triginta diem dñi uidẽs exultauerit. Natus est em̃ anno post diluuiũ ducentesimo nonagesimo secundo. Sed nec a diluuio ad Iesum tot vlla historia annos computat quot Alliacensis secutus Albumasarem & Alphonsum: hi em̃ annos numerant tria milia centum & duo at veram hic numerus supputationem octingentis fere annis excedit/ nam a diluuio ad Abraam anni ducenti nonaginta duo ab Abraam ad Dauidis regnum / nongenti fere & quadraginta testimonio utriusq; editionis & rabani: a Dauidis regno ad initium eius captiuitatis quæ ex uaticinio Hieremiæ durauit annis. L. quadringenti ferme et octuaginta idem Beda Rabano hebræisq; sentiẽtibus: ab ea uero captiuitate, i. ab eo quo cæpit tp̃e ad Iesum anni quingenti & nonaginta quos oẽs simul si colligas inuenies a diluuio ad Christũ ãnos paulo plus duobus millibus, & trecentis cũ illi tñ vltra annos tria milia & centum & duos annumerent/ a quo numero latini historici qui plus annorꝫ cõputauerunt plus tñ cẽtũ & quadraginta annis a numero minore defecerunt, Q uãq; nos etiã pauciores qua supra collegimus exactissima notatõe cõputãdos in tractatu nostro de vera temporum supputatione probauimus quam igitur notat sextam magnam coniunctionem ante Christum per annos ducentos & uigintiquinq; ea post euangelium fuit annis fere sexcentis: sed & illud hominem in historijs ostendit ualde indiligentem qui septigentesimo Christi anno ad quod. s. tempus septimãm rettulit licet falsam coniunctionem hæreticorum ait pestem exortã in ecclesia præcipue q̃ arrianorꝫ quorꝫ heresis anno gr̃æ trecentesimo fere exorta ante annũ sexcentesimum nulla erat/ & de his quidem tẽpusto satis & ni fallor euidentibus usi testimonijs disputauimus.

Mũdi genitura ab Alliacẽsi descripta falsa & impossibilis

Reprobatio alterius mũdi geniture Abraam.

Error in abrae tempore

Error Albumasaris & Alphonsi.

Vera annorum supputatio a diluuio ad christum.

Alius error circa septimam coniũctionem

Arrianorũ heresis quãdo cæperit.

Caput XI In diluij coniũctiõe tũ inter se tũ a veritate astrologos discrepasse atq; ut detur illis quicquid petunt nõ tñ id eos probare quod contendunt.

Rãseamus ad alias magnas cõiũctiões ab alijs paulo diligẽtius ãnotatas sed nõ ita ut notã ip̃i tamẽ delirij nedũ erroris euitent, atq; ab ea primum exor-

diamur antiquissima ad quã referunt cataclismi vniuersalis euentu/De qua priõ vide Discordia
bimus q̃ pugnãtia inter se & cõtraria ipi astrologi sentiant/vtq̃ alter alterꝫ taxet & re astrologoꝫ
præhendat. tũ aberrare plane oẽs. Postremo vt sit vera eorꝫ sñia nõ effici tñ q̃d uolunt: Cõis sñia
vt plane. f. illud hinc cõfirmet: nõ euenire tales cõiũctões sine mutatione magna terrũ cuius autor
inferiorꝫ. Est igit̃ cõis sñia astrologorꝫ añ vniuersale diluuiũ per annos ducẽtos septua aoniar.
ginta nouẽ iũctos fuisse Iouẽ & saturnũ in decima quarta parte Cancri cum principiũ
Arietis esset in horoscopo vtroq̃. f. sydere in quarta cæli regione pariter collocatis. hoc
scripsit Aoniar in lib. de natiuitatibus & posteriorꝫ vulgus in eius sñiam maxĩa ex pte
discesserũt Albumasar octo añ ãnis hãc cõiũctõem ãnotauit. hoc est añ diluuium ãnis
ducẽtis octuaginta septẽ q̃d secutus est etiã Henricus eius interpres. Verꝫ cũ eã cõiun- Sñia Albu.
ctionẽ idẽ Albumasar præcessisse dicat coniũctionẽ quæ sectã Arabũ significauit ãnis
tribus milibus nongentis quinquaginta octo contradicit Henricus ex fide tabularum
machliuiensiũ quarꝫ numeris ait a se depbensum fuisse eo anno quo eos iunctos dixit
Albumasar inter saturnũ & Iouẽ signorꝫ quattuor interuallũ/sed supputantem se dili
gentius ait inuenisse illã cõiunctõem ãno añ Arabum cõstellationẽ Millesimo tertio
nongentesimo quinquagesimo primo. Cũ item Henricus iste simul eos dicat iunctos
in quarta parte Cancri alij vsi tabulis Alphonsi quartadecima parte eius signi iũctos il-
los fuisse contendunt. sed mittamus has eorꝫ discordias atq̃ iam illud ostendamus: vt
oẽs pariter a veritate discordent. nã siue regis Alphonsi siue tabulis illis utamur Mach
liuiensibus cũ a chr̃o retrorsum versi sumendo primordia cælestiũ motus explicamus Discrepãtia
incidimus in eã coniunctionẽ ãno qdem (vt ait Henricus) añ Christũ tertio millesimo Henrici ab
trecẽtesimo quinquagesimo secundo/a q̃ numero alij paucis mensibus variant. Nos aliis.
aũt superiore capite a diluuio ad Christũ ãnos paulo plures duobus milibus & trecen
tis vera supputatõe colligi demonstrauimus quare præcessit ea coniũctio ipm cataclis- Discordia
mum ãnis non vt ipi dicunt ducentis & octuaginta sed mille adiectis duobus & octua astrologoꝫ
ginta quid igit̃ illi & cataclismo: neq̃ enĩ puto ad tot ãnos vim illius coniũctionis extẽ a veritate
dent. sed demus illis non pluribus q̃ volunt eam ãnis ãncessisse diluuiũ atq̃ his qbus
putant tpibus diluuiũ euenisse/an credis tñ effecturos q̃d uolũt: at q̃uis hæc item illis
demus nihilominus tñ falsi, vani ridiculi. Nam esto iuncti fuerint saturnus & Iuppiter Prima rõ
in Cancro ppterea ne perijt mũdus aquarꝫ inundatione submersus: At plus q̃ decies
post ea tpa in eodẽ signo simul fuere nec tñ perijt mundus imo nec vna ppterea regio
aquis imersa est/nedũ orbis vniuersus. Euẽtũ rarꝫ maximũ admirabile/ipa tñ coniun
ctio quid quæso habet huiusmodi: Nã & sæpius postea redijt (vt dicebã) & siue/Mes Secunda rõ.
sallæ siue aliorꝫ sñiæ accedamus/non solũ maximis sed nec maioribus cõiũctionibus
cõnumerabit̃. Cũ & duo in ea tñ sydera copulent̃ nec in signorꝫ initio hoc est ĩ Arie- Tertia rõ
te: nec in principio alicuius triplicitatis/q̃d igit̃ habet singulare: cur tã mirabilis & nũ
q̃ postea visi/pterq̃ fidem excellẽtis effectus/causa existimet̃. quid cur tam diu/hoc ẽ
per ducẽtos & septuaginta nouẽ ãnos perdurasse virtus eius putet̃: Nã si q̃ in pricipijs
accidũt triplicitatis ad pricipiũ vsq̃ alterius dixeris hr̃e efficiẽtiã/dices qdem rẽ falsam Quarta rõ
& a nobis superius ĩprobatã: sed tuis forte dogmatibus cõsonam At dicere hoc de ea
cõiũctõe q̃ ĩ medio fit nec nostræ veritati nec tuæ etiam vãitati cõcordat/cum nõ plus-
q̃ ad vigiti ãnos earꝫ virtutẽ significãtiãq̃ deducas. Cũ aũt illa ĩ medio fere Cãcri euene
rit restabãt adhuc ãni. C. & . xx. vt dicũt ex medij motus rõne/vt ab aquea triplicitate
ad igneã saturnus & Iuppiter cõuerterẽtur q̃re si illa ĩ Cãcro copulatio tot præcessit an- Quinta rõ.
nis diluuiũ/hoc est ducẽtis & septuagĩta nouem/Sequit̃ vt facta sit orbis ĩundatio in
medio igneę triplicitatis ad quã migrauere sydera superiora ãnis añ cataclismũ cẽtum
& quĩq̃gita nouem permãsereq̃ in ea post mũdi ĩmersionẽ per ãnos centum & . xx.
q̃ si etiam Alphõsi tabulis vtẽtes/resoluimus ãnos a nobis ad mũdi primordia cõpu-
temusq̃ a Christo ad diluuiũ ex eorꝫ sñia ãnos tria milia cẽtũ & decẽ ĩueniemus me-
diam cõiũctionem Iouis & saturni ĩ decima nona parte sagittarij per ãnos duos ante

diluuium & dies vnum atq̃ viginti: atq̃ ante eam veram eorum cõiũctionem ĩ quar-
ta decima parte eiusdem signi/anno añ diluuiũ vigesimo primo adiectis diebus trecẽ-
tis triginta septem. Item eorũdem cõiũctionem mediam ĩcidemus ĩ decĩa parte Arietis
veramq̃ rñdentem añ eam mediam diebus fere quinquaginta tribus in sexta pte illius
Nota signi añ diluuiũ. s. ãnis duobus & vigĩti adiectis diebus vigĩtiq̃nq̃/cur nõ igitur illæ
& veræ & tpibus suis ꝓximæ et ĩ vigore ꝓpriæ triplicitatis cõiũctõis Cũ ĩ igneis signis
Empyrosin. acciderint nõ ẽpyrosin potius fecerũt hoc est cõsũptionem seculi per ignem q̃ vna illa
in Cancro cataclismũ & falsa/hoc est ad mediũ motũ supputata: & per tot ãnos id tps
ãngressa & tot cũ mutatione triplicitatis suæ sequẽtibus cõiũctionibus diuersæ pẽitus
repugnãtisq̃ naturæ. Nõ dubito fore quẽq̃ astronomũ q(modo se fallere nolit) nõ fa
teaẽ nugamenta hæc esse hominũ delirantiũ ac nugas ꝓ arbitrio libidineq̃ cõfingẽtiũ
modo semel decretos errores infantiasq̃ suas quacũq̃ pñt rõne cõfirment. Planũ ẽ igit̃
& tpe vniuersalis diluuij nullã fuisse quã isti putãt cõiũctõem & si de annor̃ q̃d uolũt
numero illis cõcedamus eas potius per ea tempera fuisse cõstellationes a quibus ignis
exustiones q̃ a quibus aquar̃ inundatio expectaretur.

Caput XII In Mosis cõiũctõe & Messiæ vaticinio q̃ delirus Abraã iudæus.

Abraam princeps A Braã princeps (ita apud Hebræos cognominaẽ) cuius auditor fuit Abraam
Abraam auenazre auenazre, librũ cõposuit quẽ ꝑtitulauit de redẽptione Israel: qm̃ illud opꝫ
Figmentum Abraæ ꝓpositũ vt astrologica uia tẽpus venturi Messiæ inuestigaret. Exorsus igit̃
a Mosis natiuitate nescio quã suã de qua dicebamus sibi fingit sydeꝝ positõem cũ Sa-
turni & Iouis copulatione ad quã & Mosem & regnũ Israel & legẽ refert Iudæoꝝ po-
pulo datã q̃q̃ (vt solent) verbis religiosissimis q̃ suos libros ab igne tueaẽ ipe quoq̃ sic
semper neget dicere q̃d dicit: hac aũt cõstellatione formata sub qua regnũ cũ lege He-
bræoꝝ exortũ sit qm̃ simile inuenit: post annos Moysi (vt ipe quidẽ supputauit) duo
mille octingentos quinquaginta nouẽ hoc est/anno Christi Millesimo quadringente-
simo sexagesimo quarto iubet tũc expectari Messiã: fuerũt eo anno saturnus & Iup.
simul in Piscibus & per. xx. añ alios hoc est. ãno millesimo quadringẽtesimo quadra-
gesimo quarto simul fuerũt in Cãcro. Post quaꝝ oĩno alterã cõiũctõem & Messiæ ad-
uẽtũ & mirabilia illa oĩa/q̃ per Messiã expectãt: astrologica assertõe futura pronũciat
q̃d cũ re ipa iã satis confutatũ sit elapsis a pria quidẽ cõiũctõe ãnis iã quinquagĩta/a se-
Cõfutatio cunda vero triginta posset hinc & q̃d de Moyse fabulaẽ satis infirmari/vt non dedisse
Prima rõ eis regnũ ea credaẽ cõstellatio qua redeũte ad eos suũ regnũ minime redijt nec pepijsse
Secunda vester Moysen qua effectus nihil viribus ad nos reuersa nullũ rñ ꝓphetã ad nos attule
rit. Quid q̃ non solũ post illas cõiũctiones fœlicius agere cœpit gens Hebræorũ. Sed
Iudei pulsi ex hispania. nõ minoribus fere post ea tpa calamitatibus obruta est q̃ aut sub Tito aut sub Adrião
pulsis nuper iudæis oĩbus ex tota Hispania a Christianissimo illo rege nũq̃ certe satis
laudato/vbi & numero & diuitijs & auctoritate plurimũ poterant qua eiectione nihil
vnq̃ fere vel tristius vel acerbius passos ipi se non diffiteñt/ita multi naufragio. Pesti-
lentia quãplurimi/fame maxima pars eoꝝ assumpti/vt nobis etiã Christianis in tanta
Tertia ratio calamitate in qua diuinæ iustitiæ gloria delectabat hoĩes tñ extrema adeo patiẽtes cõ-
miseratõem faceret & dolorẽ: hic est Messias: hæc est illa redemptio quã ex Mosayca
constellatione Abraam illis ꝓmittebat/qui ne de ꝑterius etiam rebus diuinasse melius
credaẽ q̃ de futuris: videamus in illa ad quã moysis aduentũ rettulit coniũctõne q̃ fal-
sus plane & ridiculus sit: nam & ea cõiũctio per quã natum credidit moysem pluribus
post moseos mortẽ annis euenit & si de tpe illi concedamus nihilũ tale: vt putat illi sig
Supputatio nificauit. Videamus de tpe. sed prius illḋ scire oportet Hebræos hoc ãno q̃ ẽ a Christo
M. cccclxxxxiij. annumerare a mundi constitutione a qua suos ãnos dinumerãt ãno-
rum quinq̃ milia ducentos quinquaginta tres: quare a mundo ad Christũ cõputabũt
ipi ãnos tria milia septingentos & sexagĩta. Cum igitur ille Abraam cõiũctionem illã
postq̃ tribus exactis ãnis natũ ait Moysen ãno dicat mũdi scḋo. M. ccclxv. euenisse:

ſequitur: vt ante Chriſti tpa euenerit annis. M. cccxcv. At vero a Moyſe ad Chriſtum
anni vera ſupputatione colligunt̃: mille quingenti & nouem/ quare fuit illa cõiunctio
poſt natum Moyſem ãnis centum atq; triginta. Numerus ĩpe annoꝝ ita demonſtrat̃:
nã a moſe ad primã tẽpli ædificationẽ ex tertio libro regnoꝝ: qui eſt apud eos primus
Samuelis/ colligunt̃ anni: cccclxxix. a prima aũt illa ædificatione ad inſtauratõem tẽ Supputatio
pli ſub Dario cõputant̃ ãni quingenti & duodecim: a Dario ad Chriſtum numerãtur annorum a
ãni quingenti & decẽ & octo. quoꝝ oĩm ſũma eſt quã dicebamus anni. ſ. M. ccccc. & Moyſe ad
nouem. Ea vero coniunctio Chriſtũ ãnceſſit annis mille trecẽtis nonaginta quinq;: at- chriſtum
q; ita primo natum moſem ãnis centum atq; triginta: ſed non illa minſica adeo ꝓphe-
ticaq; conſtellatio/ vt de eis tempore magnopere ſit pugnandum. Iunctı em̃ inquit fu- Quinta rõ.
erunt Iuppiter & ſaturnus anno mundi. M. ſecundo. ccc. lxv. die. v. & . xx. Mẽſis idar
hoc eſt Februarij: in prima parte Piſcium medio motu vero aũt motu eodem ãno ĩ vi-
geſima quarta parte Aquarij ſimul fuerunt. Explicet igitur primum vtram ſibi magis
eligat coniunctionẽ ad quã potiſſimum referat regnũ iudæoꝝ legemq; moſaycã: illã
ſcilicet in piſcibus mediam: an hanc veram potius in aquario? veram ſi dicat ſibijpſi
repugnabit & aſtrologis alijs: nam ex minoribus illa coniũctionibus fuit/ cũ nõ accide-
rit in principio triplicitatum. Tales aũt coniunctiones: vt ĩpemet ſcribit eodẽ loco non
ſignificant legum mutationes/ aduentuſq; ꝓphetarum: ſed vel annonæ fertilitatẽ/ aut
inopiam: vel tranſlationem qdem imperij/ ſed inter cognatos & quæ ſunt intra gentis
vnius fortunas/ imo intra eiuſdem etiam familiæ fines ſe continẽt. Præterea in thema-
te cõiunctionis q̃d ille deſcribit Aquarius in q̃ erat Iuppiter & ſaturnus ſeptimum cæli
locũ implebat/ nõ aũt nonũ vel decimum qbus regna & leges & nouæ ſapiæ exordia
ſignificantur. Etſi quis omnino cõtẽdat iſtum aquariũ ab ſua vrna nobis moſen pluiſ-
ſe de cælo/ dicat quæſo cur anno dñi. M. ccxxvi. quo iuppiter & ſaturnus ĩ aquario. cũ
mutatõe etiam triplicitatis ſe cõiunxerunt/ q̃ erat maioribus cõiunctionibus annume-
randa/ nullus m̃ de cælo moyſes deſcẽdit/ nullus eductus populus ex Aegypto: nulla
lex data: & eoꝝ q̃ ſub moſe in heremo cõtigerunt/ miraculum nullum eo tempore vi-
dit mundus. Sed nec illum Abraam notaſſe præcipue videt̃ cõiunctio q̃. ſ. fuit ĩ aqua-
rio/ ſed iudaici regni moſaicæq; legis coniunctõem eam vocauit: q̃ fuit in piſcibus q̃re
& ſimilẽ illi facit eam q̃ ãnos ab illa duo mille octingentos. lix. in Piſcibus etiam venit
ex qua expectari iubebat meſſiã quaſi alteꝝ moſẽ. Iſtã vero quid pluribus cõfutamus
Cum ſit ex illis quas vocant medias/ hoc eſt/ quæ re nullæ ſint ſed fictæ a nobis & ima-
ginariæ: quã iam ſæpius irriſam a nobis taxatamq; aſtrologoꝝ inſaniam nũq; poſſum
ſatis admirari: qui ad ea ex ꝓfeſſo quæ nihil ſunt nec iam fuerunt aut erunt vnq; quaſi
veras ad cauſas euenta referant reꝝ inferioꝝ: Nec ſcio cur auẽnazre q nullã aũt fidẽ Al-
bumaſari adhibendam qui medijs vtatur cõiunctionibus idem de præceptore iſto ſuo Reprehẽſio
nõ dixerit qui toto illo ſuo libello de medijs ſemper agit coniũctionibus q̃ poſt annos
cc. & xxxviii. facta ab vna ad aliã triplicitatẽ migratione cõtingunt. & in illa ſua initia-
li ꝓphetica cõiunctione incredibile q; ſit ridiculus. Deſcribit em̃ thema cæli ad eã horã
in qua Leo tenet horoſcopũ in. vii. vero loco apud aquarium ſatur. & Iup. hoſpitãtur
Sol in medio cæli culmine diſcurrit in ariete. Piſces nonam occupant regionẽ ex qua
qm̃ oĩs petitur ſignificatio legũ & ꝓphetarum parum ei ſuccedebat q; in ea nullus pla- Ridenda ſto-
neta inueniret̃. Sed aſtrologus homo admirabili ſubtilitate & ſolem & Iouem & ſatur- liditas
num/ illum quidem ex. x. hos ex. vii. loco ad nonum tranſportauit. Medio em̃ inquit
motu Iup. & ſatur. erant in piſcibus/ Piſces in. ix. loco. in. ix. igitur Iup. & ſatur. & Sol
q̃q; in decima eſt ex ptitione domoꝝ/ ſi tñ numeꝝ & cõſequẽtiam aduertamus ſigno-
rum erit in nona: nam & aries quintus eſt a leone/ & nona domus quinta eſt ab horo-
ſcopo. An putamus & ariſtas iſtis cõmentis ſubtiliores? Reſpondeam neſcio/ an indi-
gner tantam ſtoliditatem/ tantam veſaniam/ an potius doleam dãna mentium rudio-
rum qui hæc vt pute nõ intellecta tradant ſcripturæ; & nõnũq; magnificent cũ ſoleant

tales ab errore ire in superstitione a superstitione paulatim ruant in infidelitatem. Dic quæso admirabilis Abraam qua hora erant satur. & Iup. in aquario an etiam erant ĩ Piscibus: medio inquis motu. atq̃ qd hoc aliud dictũ est q̃ ibi eos nõ fuisse/ & si ex decima sol imperium ꝓmittebat idem quõ ex nona legis fulgorem indicabat/ cum nec nona in decimã nec decima in nonã verti: nec vn̄ obiq̃ esse simul idẽ planeta possit. Sed nimis ego multa de his cũ aduersus stolidas opĩones Aristo. neget esse disputandum.

Aristo.

Caput XIII Varijs coniunctionibus medijs a varijs christianam legem ascribi & absq̃ ratione etiam astrologica.

Christianã legẽ varijs ascribi coniũctionibus & ĩ medijs

C Hristianam legem hactenus nõ vidi q̃ ad veram aliquã referret cõiunctionẽ sed ad medias tñ: alij ad eam q̃ fuerit in arietis parte sexta per annos sex priusq̃ Iesus nasceret̃: alij ad eam quæ in postrema Cancri parte cõtigerit antegressa priorem illam annis. xx. Essẽt aũt hic multa vnde eis negociũ facescerem/ vt si ondere m/ nec sub ignea/ nec aquea/ sed sub terrea natũ Iesum quod & rõne/ & abraæ auctoritate aliorũq̃ etiam posset cõprobari: tũ illã in cancro coniũctionem prophetas nõ significare cũ nõ ex maximis nec ex maioribus etiã fuerit: q̃d vidẽs quidã auctor qđ si inquit ad leonem dicatur pertinere: Finis eñ Cancri principiumq̃ leonis cõfinia sũt atq̃ ita erit principium illud igneæ triplicitatis. Bellum vtiq̃ inuentum. neq̃ enim ista loca transuersis plus quinq̃ digitis distant: quare nulla fere ĩpensa potest ista referri migratio: sed risimus puto iam satis satisq̃ confutauimus medias istas cõiunctiões: quas cũ iam oẽs plane e medio sustulerimus nõ est cur aduersus eas plus operę instruamus/ cũ sit satis declaratum id q̃d dr̃ eas esse medias nõ esse aliud q̃ si nullas eas dicamus: q̃d aũt nõ est vtiq̃ nec facere põt nec indicare ea q̃ sunt. q̃ si post natũ Christũ aliquã verã afferant cõiunctiõem porro nihil admirabor nisi postq̃ ille in lucẽ est editus sterilisse cælũ credamus: Aliogn & Iouem & saturnũ & alios item planetas & congredi & digredi abinuicem sæpius fuit necesse: sed nullus vnq̃ dixit astrologorũ hr̃e istas cõiunctiões vim super ea q̃ ꝑterierunt: sed ꝓcedere q̃dem eas multis annis suos effectus/ sequi vero nũq̃ q̃d est dictum rõnabiliter: nam si efficiunt̃/ effectu causa posterior esse non põt si significant̃ frustra cælestibus signis euentus significare id q̃d iam euenit.

Rões ꝑtermissæ.
Prima
Secunda

Caput XIIII Eam quæ vulgo fertur/ veram non esse Iesu geniturã: nec ex ea indicari illum aut violenta morte moriturum aut magnum esse prophetam.

M Ouere aũt solent nõnullos quæ de genitura ipsius Iesu nugant̃ isti diuinaculi natus eñ est inquint prima faciẽ virginis (sic decanos vocant) ascẽdẽte/ de q̃ scribit Albumasar eẽ in ea virginẽ formosam duas manu spicas gerentẽ puerum q̃ nutrientẽ quẽ gens q̃dam vocat Iesum: sic cõfirmari putãt miraculum verbi corporari per sciam astrologiæ q̃ inter cæli imagines virginẽ Iesumq̃ repperit hic eis eqdem nõ magnopere irascor qm̃ solent ipi sua dogmata talibus testimonijs confirmare: quare putant libenter nos etiam hæc recepturos q̃bus dogmata nr̃a corroboremus: sed nõ eget his fabulis somnijsq̃ veritas christiana apud quã etiam seria phõrum pene fabulæ sunt: quis has vidit imagines cui sensu tacente rõ illas occultior indicauit: Vbi de illis vel Ptolomæus vel antiquus aliq̃s vnq̃ fecit mentionẽ: Meracissimæ nugæ sunt arabũq̃ figmenta q̃q̃ illa referant ad indos/ aduersus quas libro sequẽti latius disputabimus. At neq̃ ista virgine (vt dicunt) ascendente natus est dñs Iesus: alioquin per duas ferme horas añ mediã noctẽ in lucẽ appuisset/ quẽ ex ecclesiæ traditõe media nocte natũ accepimus: quare nec tertia (vt q̃dam dicit) Libræ pars sed decima potius/ tũ oriebat̃ natorũ desideratissimus horoscopũ occupabat: vñ illud etiam falsum oñdit̃ q̃d blasfema voce disseminant fuisse in ea genitura martẽ in domo mortis: vñ illi p crucis suppliciũ fuerit moriendũ: neq̃ eñ potuit eo loco esse Mars/ nisi virginẽ faciamus horoscopũ/ q̃d ab hora illius genituræ magnope esse diuersum declarauimus: sed instabit aliquis si de ea cæli parte Martẽ auferimus collocaturos nos eum ĩ occidẽte vbi etiã violentæ mortis pericula minitetur. Ego vero ab eorũ decretis nihil recedens ostẽdam

Impium figmentum.
Albumasar

Prima rõ
Sc̃da ratio.

Martẽ nõ fuisse ĩ octaua

ex cā genitura violentæ mortis exitium nō p̄signari; nam q̄q̄ Mars septīo loco in discrimen vitæ natū adducat: scribit tñ maternus minui id infortunium si nocturna fuerit genitura: itē si Mars in domo aut finibus aut sua fuerit altitudine: tū etiā si octauo loco fuerit inuentus: vñ expressior nulla mortis significatio obsistere rñ Martis malignitati Iouis benignitatē/ siue fuerit in horoscopo/ & horoscopus ip̄e sit ī domo Iouis aut veneris quæ stella p̄spera se Ioui radiatione coniungat. Ex his aūt nō vnū aut alterū sed planc oīa in Iesu genitura inueniunt: Nā & noctu nec die natus est & Mars in Ariete/ hoc est in suis finibus fuit/ & horoscopus erat libra domus veneris quā tñ fere pariter Iuppiter illustraret/ tū venerem in aquario cōstitutā trigoni radij amica sibi societate iūgebat quibus illud & adijcias Lunā quæ impat nocti in nocturna natiuitate fœliciter se hñtem mortis domū tenuisse videbis necessario bonā mortē ex ista syderū pōne pronūciandā: erat eñi in Tauro/ hoc ē/ in sua qdē sublimitate & luminibus aucta & q̄ loco gaudet hoc ē octauo/ fœlicissimo Solis cōspectu defluēs ad venerē/ apd' quā hospitabatur nullis vel Martis vel saturni radijs infestata. sed nec discedens ab eis/ nec ad eos vadens/ hoc est/ nullo illis societatis vinculo colligata. Adde venerē & domus mortis & horoscopi pariter dñam nullā vel Martis vel saturni inimica radiatione pcussam/ totā radijs Iouis bonū sibi exitum promittētem. Oblatus est igitur quia voluit nō quia eū cæli furor ad supplicia crucis impegerit. Sed nō pōt hōibus temerarijs nulliusq̄ pudoris occasio vnq̄ deesse aliqd garriēdi. Nam finge q̄uis loco Martē fuisse ansam habebunt nihil minus aliquo mō delirādi/ si eñi statuat in horoscopo faciē hinc referri depalmatā colaphis cæsam & sanguine deturpatā etiam Martium illū hominem & in se gladios dicent attulisse interius. Si secundo loco ab horoscopo afferri paupertatem & rerum oīm inopiam. Si tertio nullos fratres: si quarto nullum patrimonium: vt q̄ Dauidis filius Dauidis tamen temperaneū saltem regnum nō obtinnerit: si quinto nullos filios: si sexto datos in necem omnes suos seruos: si septimo & octauo loco habes quid dicant/ si nono o beatos astrologos/ cum dicat maternus qui in nona cæli regione martem habuerit in sua domo/ futurum hominem bonis dæmonibus terrori cuiusq̄ aduentum praui dæmonis spiritus fugiant: & ex eis homines laborantes nō verbo sed sola sui liberet ostensione: quantis igitur credis ista clamationibus & plausibus sectaturos diuulgaturos astrologos/ si ibi forte nascente domitio Martis stella cōstitisset. Qd' si cæli culmina tenuisset orbis statim subiecti legibus eius imperium pronūciarent eū præsertim primum cardinem Iuppiter occuparet: si vndecimo eum loco appræhēdissent karolos Constantinos attulissent in medium: & q̄tcūq̄ p christi ecclesia Cæsares pugnauerunt: si duodecima de inimicis insidijs quærerentur inter q̄s etiam seipsos inuenirent: ita insanis vt dr̄ occasio semper insurēdi. Sed audi de saturno etiam qd dicāt erant eñi in nona cæli regione in signo Geminorū: at inquiunt facit pphetas & sacerdotes: qd q retrocedit: Debet hoc oīno minuere illas p̄missiones: faceret ergo pphetā plusq̄ pphetā facere, nō poterit q̄lis Ioānis bap/ an igit̄ poterit diuinū afflatorēq̄ oīm facere pphetarū: Erat saturnus eodē loco & in eodē signo cōstitutus cū nata est Eleonora Galeoti fratris filia virgo quidē illa pudica & moribus integerrimis/ sed nec vel Anna vel Delbora vel Casandra. Sed persistite quæso astrologi admirabiles in proposito dogmate/ & videamus quid ibi saturnus in sua natiuitate significaret. Scribit abraam vester in lib. de natiuitatibus/ qui sic saturnum habuerit collocatum hoc est/ nona cæli regione eum malū fore christianum. Videtis q̄ belle dogma vr̄m cōfirmauerit. Quis eñi audeat Christū malū dicere christianū/ qui nec fuerit christianus: o homines ridiculos & nūq̄ certe satis irrisos. Esculanus ille superstitiosus qui fert̄ magus natus est; ait Iesus ī stabulo q̄a imū cæli tenuit Capricornus: & alius rex iudæorū q̄a horoscopus erat libra/ Hebræi eñi Saturni sūt saturni regnū libra: q̄si nō singulis etiā mensibus multi nascant̄ his cōditionibus qui nec nascuntur in stabulis/ nec iudæorum reges etiam inscribuntur. Sed iā nimis multa de istis nebulonibus.

Obiectio. Solutio

Ex Iesu genitura violēte mortis exitum nō præsignari.

Blasphemia materni dogma.

De Saturno quid dicant astrologi.

Reprobatio p rōnem.

Reprobatio p exempli.

Esculani delirium.

Albumasar falsus

Caput XV Quæ de maumethe dixit Albumasar expimento falsa eē dephēsa

Lbumasar arabs aduentū sui maumethis legēq; illā saracenoꝝ refert ad cō-iunctiōem Iouis & saturni quæ fuit in scorpione ꝑ ānos duos & qnquaginta ān illius legis æditionē/qui nō est pluribus confutandus cū quæ ex eadē cō stellatione de ea lege vaticiniatus est ipa iā experientia confutauerit. Deniq; q̄d supra etiam diximus q̄cūq; tpe aut boni aut mali veniant ꝓphetę deesse coniūctio nō pōt in quā eoꝝ aduentus referaᷓ/cū post annos.xx.vt supra diximus saturnus ꝗ & Iuppiter congrediantur/sed nō esse tales cōgressus/aut signū aut cām quapropter ꝓphetæ hmōi veniant;illud satis esse inditio pōt/q; sæpe alias/similes aut etiā ad idē opus efficaciores redeunt cōstellationes;post quas tn̄ nullus ꝓpheta: nulla lex noua/ nulla imutatio religionis. Maumethes inquiunt venit postq; iuncti sunt Iuppiter & saturnus i scorpione/cur nō alius maumethes.post annū grā.M.lxv.quo tpe simili cōditione iuppiter & saturnus simul fuerunt/mutata etiā triplicitate;& q̄d i illa maumethis cuniunctiōe nō venit/Mars eodē āno in eodē signo per corpus illis applicuit/& tn̄ historias si voluamus nullā per ea tpa nouæ religiouis legemus institutiōem;quæ tertiam fere orbis partem in suas traxerit leges.

Sifis coniunctio cōiunctioni maumetis q̄ nullam legem fecit.

Ca. XVI In antichristi vaticinio alios iā mēdaces appruisse alios mēdaces futuros.

Ifalsos vanos ridiculos eos in his dephēdimus q̄ de p̄teritis religiōibus sūt locuti/nō plus debemus putare fidei adhibendū illoꝝ nugamentis cum de antichristo/de sæculi cōsūmatione;deq; hoc genus alijs futuris rebus; nebulones isti ꝓphetica quadā auctoritate sermocinanᷓ.nā & q̄sdam iā euentus reprobauit;vt Arnaldū;aliosq; nōnullos qui aiunt anni dñi.M.cccxlv.ob illā triū sydeꝝ superioꝝ in aquario coniunctiōem/aut āno.M.cccc.lxiiij.ob Iouē & saturnū i piscibus ictos messiam abraā alij antichristū nobis minitabanᷓ/alios q in longū hæc magis distulerūt nō dubito eodē argumento a posteris redarguēdos qa & illorum.f. vaticiniū res ipa refutabit donec eueniat dies angelis ignota tā quā cū nosse dñs Iesus nr̄m esse negauit audaciā oīm;vt ait Augustinus;digitos vna voce resoluit.

Arnaldus

Augustinus

Caput XVII Quā leuiter probent astrologi:sex tm̄ religiones esse posse tum Hebręorum legem Iouiam potius vel solarem q̄ saturniam dici deberi.

Ed audi quā pulchro figmento & p̄teritas oēs religiones & quæ futura est sub antichristo sub vno (vt ita dixerim) fasce colligant. Iuppiter inquiūt religionem significat;aliā aūt atq; aliam ex cōplexu eius cū alio & alio sydere sunt aūt sex præter Iouem;quare sex etiam spēs religionum q̄bus nec plures erunt/aut fuerunt;nec item pauciores. Iuppiter eñ cū saturno iudæoꝝ facit religionem;cum marte chaldeoꝝ ignē adorantiū;cum sole Aegyptioꝝ qui cæli militiā hoc est/sydera colunt;cum Venere saracenā;cū mercurio christianā;cum luna eam q̄ sub antichristo postrema oīm est futura/hoc est illud subtile & ꝓfundū inuentum/quo cū alij plerię; tn̄ Rog.bac.in epistola maxime vtitur ad clementē q̄ vsus etiam Alliacēsis in tractatu de concordia astrologiæ & theologiæ.in quo illud primum demiror oblitos eos a deo sui dogmatis/vt qui semper soliti dicere ex coitu solum syderum superiorum saturni maxime & Iouis fieri religiones vel significari/nunc ad lunā vsq; descendant/quæ sit nobis antichristum aliquē pitura;q; si etiā ad nūerū planetarū numerare volunt species religionum/aut subtrahant aliquem necesse est planetā e cælo/aut plures alicubi sibi mēdicent alioquin numerus nō rn̄debit. Nam aut idolatriā quasi vnā religionē accipiunt/aut sepatim accipere in eo numero volūt spēm vnamq̄q; idolatrię ꝓ vario ritu cultuq; eoꝝ q idolis seruierūt si primū malūt tollant oportet e medio vnū planetam;qm̄ nō erit alia ægyptioꝝ/alia Chaldeoꝝ religio: sed vna atq; eadē: hoc est idolatria;quare tm̄ erunt qnq; religiones idoloꝝ:mosaica:christiana:maumethēsis atq; vt ita dixerim antichristiana;si species separatim accipi iubent idolatriæ vix tot stellæ etiam in cælo q̄t religiōes in terra;q; si ad ea quasi capita redigi putēt;alias quorum

Rogerius baccon. Alliacensis. Taxatio huius astrologici figmenti prima ratio.

alterum ignis alterum cæli cultus habeatur magnum illis merito a demōibus malum
prætermissos in ista partitione se indignantiũ: q tñ in idolatria pcipuę: & fere soli cole⸗
renť. Oēs eñi dij gentiũ demonia quare tres saltē necessario faciant spēs idolatriæ/cæli
demonũ/clementorꝝ cogentur q; alicunde ab amicis vnũ sibi q̄rere errorē volui dicere
errorē: hoc est planetam vt octo inueniant ad numerũ religionũ. Sed & semper rerũ
oīm de q̄bus loquunť male periti, cultus eñi cælestium ꝓprius erat Chaldeorꝝ/vt scri⸗
bit Iamblicus in demonũ cultu Aegyptijs magis occupatis/quare dent ꝓ Marte solē
Chaldęis & diabolicum aliquē planetā interim ꝓcurent Aegyptijs. Pateret aũt facile Tertia rō
pugnare eos vbiq; cum veritate: q̄m illi fuerũt semper parum amici: Sed cur secũ adeo Iāblicus
sæpe non libenter cōcordant: neq; eñi sua satis dogmata si cōsuluerint rōnem inueniēt Quarta rō
cur hebræorꝝ lex saturnia sit potius q̄ christiana: sed illa potius ad solem vel ad Iouem
nostra erit ad saturnum referenda. saturnus eñi vt q̄dam dicunt/corporea bona nō lar
gitur sed aufert: dat aũt spũalia & quæ nō videnť/lex mosayca corporea bona & ꝓmit
tebat & largiebatur: nostra hæc aufert potius q̄ exhibeat spũalia quæq; nō videnť/pro
mittit & prestat. saturnus reges populi/imꝑatores exercituum/diuites homines/mul
ta sobole nobiles/natura mulierosos nō efficit quales principes oēs religiones hebrai⸗
cæ: Abraã: Iacob: Moyses: Iosue: Salomō: Dauid: ignobiles facit pauperes: heremitas:
voluptatum osores/æterna meditantes/corporea cōtēnentes/qualis si alijs adnume⸗
randus/dux noster & imꝑator Iesus xp̄s: q̄les apostoli/martyres/monachi/xp̄iani q̄⸗
rum vita/doctrina/sanguine religio nr̄a aucta nata confirmata est: quare si illorꝝ decre
tis consona erant dicenda nos saturnij: hebræi solares vel Iouij erunt dicendi. sed traxit
eos in illã opinionem sabbati cultus/q̄ dies q̄m apd' eos saturni existimatur/aptissime
eis visum est cadere q saturniã gentē eē dicerent q̄ saturniã diē præ cæteris veneraretur
q̄ etiam ducti coniectura solent nostram etiam dicere solarem esse religionem: quia di⸗
em solis quem dominicũ dicimus obseruamus. Sed cur nō potius feriamur die Mer⸗
curij cũm mercurio etiam nos subijciant: solem eñi Aegiptijs/ Mercurium nobis da⸗
bant. Et Albumasar ait Iouem cum mercurio legem significare christianam/q̄q; idem
etiam de sole dixerit. Neq; eñi vel errare vel mutare sentēriam vitium apud eos qui in
erroribus motibusq; planetarum adeo sunt assidui: q in vertigine illa cæli tam rapida
attonitĩ inspectanda vix vnq̄ bene pedibus consistant: sed vtcunq; sit miras habent ra
tiones quibus inuenta ista sua confirment: non eñi temere ad Mercurium nos retule⸗ Albumasar
runt: sed quia inquit Rog. bac. multiplices ille habet motus cognitu q; difficiles religiō
nem sibi vendicat christianam/cuius dogmata pene incredibilia inuentu agnitu q; dif⸗
ficillima: Alij iuniores nescio quid excogitarunt: quoniam scilicet Mercurius Librari⸗
us est dcorum: est autem apud Christianos librorum magna copia/ideo inquiunt iu⸗
re Mercurialis een seri debet ista religio. Hæc est admirabilis sapientia astrologorum/
obliti scilicet sunt gentium Bibliothecas: Arabum & Hebræorũ libros fere nullos ad⸗
huc viderunt.

LIBER SEXTVS DISPVTATIONVM IOANNIS PICI MIRANDVLE ADVERSVS ASTROLOGOS

Caput primũ. Quo ordine sit procedendum in conuellendis astrologorum funda⸗
mentis. Item fieri non posse vt aliquando ad eadem loca sydera omnia restituantur in
quibus semel fuerunt.

Xcessimus ordinem institutum q; nostræ cōmentationis in qua erant radi⸗
ces prius astrologorum conuellendæ q̄ ista fastigia magnarum coniunctio
num/magnorum orbium/& id genus alia excideremus/quando illis sub⸗
latis corruere ista erat necesse: q̄s. n. illis fidē adhibeat ꝑ magnas cōiũctiōes de regnorꝝ
religionũ q; mutatōe ꝓnũciãtibus: Cui cōstiterit iã signa illa/arietes/leones/cãcros/sa
gittarios/i q̄bus cōgrediētes iouē & saturnũ facere hæc putãt/ea nl'a eē/aut si q̄ hm̄oi
sint/in cælo eo nō eē in q̄bus supputãť: tũ saturnũ Iouē reliq̄sq; planetas/euenta non

efficere/& vicissitudines rerum inferiorum. Quæ si efficiant: de eorum tamẽ efficientia natura
ꝓprietate/vel rõne vel experientia nihil esse cõpertũ & cũ ex alia aliud coniunctione ꝓ
ueniat(Si quidẽ ꝓuenit ab illis)nõ posse dijudicari hæc apud illos apud quos ipsa rudi-
menta istius artis adhuc sunt in ambiguo. Videbimus eñ in his quæ postea disputabũ-
tur nondũ esse confessum q̃ sit hora putanda cõiunctionis anni an initiũ; q̃ vertente il-
la cõtigerit/an q̃ potius vertente sydera ipsa cõgrediunt̃: tũ neutrũ ex his temporibus
assequi eos posse: quare in dubio relinqui cõiunctionis horoscopũ: videbimus. Item si
constiterit de horoscopo de rõne tñ thematis disponendi/nihil adhuc constare: sed esse
in incerto ubi duodecim locorum initia recte cõstituant̃: atq; illis etiã constitutis de virtu-
te tñ ipsius loci/qđ principiũ: qđ mediũ: qđ extremũ illis non liquere: q̃bus ignoratis si-
cut qua cæli regione cõiungant̃: ita q̃d sit factura cõiunctio sciri nõ potest cũ significati
fere oĩs varietas ad locorum: quos vocãt domos/naturã ꝓprietatẽq; redigat̃. Et quia in
istis maxime cõiunctionibus illud solent obseruare: uter planeta sup alterum exaltetur/vi-
debimus nescire eos adhuc q̃d ista sit exaltatio quã ipsi vulgo vocant eleuationẽ. Et cũ
item referat plurimum quis loco ipsi/vel copulationis syderum superiorum: vel defectus lu-
minariũ/planeta in primis dominet̃. Videbimus ita cõtrouersa esse oĩa ista iura impe-
tia auctoritatesq; planetarum/ut nullius fere signi pars aliqua inueniat̃/de cuius principe
& dño certũ aliquid habeat̃ apud astrologos. Sed nõ oportet hic enumerare istius artis
fundamenta q̃ postea conuellent̃. Cum q̃bus(ut prius dicebã)ruere etiam oĩa oportet
q̃ per magnas coniunctiones/& id genus alia de diuinis miraculis audent ꝓnunciare/
verum cũ hac maxime parte ꝓprietatẽ religionis offenderent/in tollenda hac peste: oĩs
celeritas mora videbatur/præsertim q̃ efficacissime confutari videbat̃ integra re astro-
logica & nihil in cæteris labefactata/si pars hæc de magnis cõiunctionibus falsa cõuin-
ceret̃/atq; ubi maiores fortioresq; vident̃ in illis potius expugnarent̃. Nunc reuerten-
Error Albumasaris & aliorum tes unde sumus digressi: pergemus prima istius artis fundamenta ordine consequenti
radicitus extirpare. Neq; vero silentio prætereundis error apud astrologos inuulgatus
in quẽ lapsus Albumasar & plærịq; alij putantes fore aliquãdo/ut ad eadẽ loca ita om-
nia sydera restituant̃: ut similis omnino cæli dispositio & cælestium omniũ inter se po-
situs habitudoq; inueniat̃/atq; olim etiam fuerit: unde putant illud euenturum: ut sint eti-
am res eadem apud nos q̃ olim fuerũt; ijdem homines; ijdem euentus/ eadem bruta/
& oĩno conditio eadẽ omniũ inferiorum: qđ quidã deinde astrologo mistæ ꝓfundius ex-
aminantes/ consectaneis solent dicere in aurẽ: hæc est illa christianorum resurrectio/ quã
Impiũ dogma execrandum. & Hebræi sperãt & Maumethenses: fuerunt certe illi ꝓphetæ/maximi astronomi: sed
celauerũt mysteria hæc populum & idiotas. Putauerũt eñ esse numerum annorum cõmu-
nem mundi & dierum cũ quibus loca planetarum & stellarum certificari possent: & quando il-
le cõpletus erit q̃ oẽs stellæ erũt ad ipsummet punctũ reuersæ: & ꝓpter hoc oẽs res redi-
Haly & Ptolemæus. bũt quales fuerũt. Nos vero istam insaniam coarguere pluribus nõ est necesse: qñ Ha-
ly ipse in expositiõe primi libri apotelesmatũ ex sententia ipsius Ptolemæi idem dicẽtis
illam indignãter etiã obiurgat/nec esse aliquẽ: ait: peritũ arithmeticæ cui non iste error
Nicolaus orem. euidens fiat. Tum post eũ Nicolaus orem phũs acutissimus & diligẽs mathematicus
in tractatu de ꝓportionibus ꝓportionũ: mathematicis rationibus opinionẽ illam fal-
sam & ĩpossibilem demõstrauit/putantẽ. s. posse eandẽ unq̃ cæli & syderum redire posi-
tionẽ/quæ alias fuerit/qui cũ sufficienter hoc munus impleuerit delegandum ad eum
lectorẽ existimaui/ne qđ hactenus nusq̃ fecimus facta faceremus.

¶Caput II. Per quas res astrologi variari influxus syderum:
dicant: & q̃ omnino illa in uniuersum absurda sint.

Agna ni fallor vel(ut verius dixerim(omnia astrologiæ fundamenta sublata
m sunt/si satis est comprobatum nihil fieri a cælo nec indicari quorum ex cælesti
obseruatiõe prædictionẽ astrologi ꝓfitentur. Erat aũt inter ratiões quibus ad
uersus illos utebamur una potissima de momẽtanea quã fingunt ꝓtutũ cælestiũ muta

tione/quã in superiori qdẽ disputatõe tetigimus;explicãdã aũt adhũc usq₃ locũ iure di
stulimus;nã & peculiari indiget ꝓprioq₃ tractatu/& magnũ hẽt momẽtũ in cõuellen
da astrologia/cũ ex ea nõ solũ id cõfirmet̃ q̃d hactenus ꝓbatũ est.f.a syderibus nõ effi
ci particulares rer₃ inferior₃ mutatões.Sed illud q̃q₃ si ꝓueniãt ista de cælo:aliter tamẽ
ꝓuenire/q̃ ut cælestiũ aliqua obseruatione deprehendi & significari possint.Est igitur
quod astrologi dicunt hmõi virtutẽ ac ptãtẽ syder₃ & stellar₃ aliã atq₃ aliã esse singulis
horis ac momentis/dũ aut sunt alijs cæli locis/quas neoterici uocant domos aut ĩ alijs
signis quæ duodecim fingunt inueniri;aut ip̃i inter se planetæ tm̃ spacij interuallo di/
stantes uarijs inuicẽ radiationibus copulant̃ q̃s vocãt uulgo planetarum aspectus:hi
sunt præcipue modi(ut iuniores quosdã omittã)quibus mutari defluxũm uirtutem/
q̃ cælestiũ putant/domus.f.signi/aspectusq₃ diuersitas,quæ q̃dẽ nisi ab illis defendan
tur tueri dogma nõ p̃nt de syder₃ efficientia/ut oĩs rer₃ inferior₃ mutatio diuersitasq₃ a
syderibus proficiscat̃;qñq̃dẽ si illa eadẽ semper ĩmutabiliq₃ virtute sunt/ut nos de oĩ/
bus excepta Luna putamus/necessario aut ijdẽ aut similes ab illis semper effectus pro
uenirẽt/nã effectuũ diuersitatem in causas inferiores quẽadmodũ nos ipsi referre non
p̃nt nisi & nobiscũ fateant̃ de ista diuersitate nihil posse de cælo se diuinare/ cum.f.cæ/
lum auctor & cã n̄ra habeat̃.Quare necessariũ illos quanta est in effectibus rer₃ inferi
orum uarietas/tãtã in cælo repire causar₃ q̃q₃ diuersitatẽ;in qua q̃dem re nihil eis stella
rum multitudo suffragatur;q̃m quotquot stellæ sint atq₃ planetæ/nascẽti cuilibet oẽs
adsunt.Quapropter nulla ratio afferri posset:cur alijs aliter & nõ eadẽ oĩbus largiret̃
nisi aliquid fingerent unde stellar₃ virtus & efficientia alia sit & alia singulis tp̃ibus;de
quo deinde facile colligi possit quæ diuerso tp̃e fiunt uel oriunt̃;ꝓ eo q̃ tum esset syde/
rum status diuersam a cælo sortiri conditõem/de qua ip̃i possint prænũciare/q̃ syderũ
statũ q̃cũq₃ tpor₃ cognitũ habeant & exploratũ;Hoc est aũt q̃d nos p̃nti libro coargue
mus/cũ nihil possit magis absurdũ/magis remotũ ab oĩ rõne putari;q̃ tantã esse in
natura corpor₃ superior₃ inconstantiã & mutabilitatẽ;q̃tã vniq₃ nec in rebus inferiori/
bus est uidere;q̃q₃ in sua natura maxĩe fluxis & uertibilibus.Quæ eñ hæc tam uersi/
pelis mutatio & istar Chamæleõnis incõstãtia;ut & breui tp̃is interuallo diuinissima il
la corpora sui similia atq₃ ijsdem dotibus prædita nunq₃ inueniant̃;Dicant quæso de/
fluxuum syderaliũ ꝓprietates illas q̃d putẽt/an de natura ip̃a atq₃ sub̃a syder₃ eas pro/
ficisci;an de vi aliq₃ potius extrinsecus ĩmissas;siue a.xij.cæli locis;siue a signis siue a
mutuis inuicẽ radiatõibus hausta.Si primũ r̃ndeãt/nõ p̃nt ꝓprietates illas mutare/ni/
si & ip̃a astror₃ sub̃a cõmutet̃/q̃d nec ip̃i(ut puto)sunt concessuri.Si secundũ malint/
erunt cælestia corpa oĩm corpor₃ ignobilissima/quæ nihil fere a propria natura;sed pe
nes extrinsecus ingruẽtẽ vim & affectũ oĩa faciãt/qñq̃dẽ sub̃a corpalis tanto pfectior/
quanto ab illa effluens opatio magis de intima substãtia opãtis egredit̃.Et hæc q̃dẽ in
vniuersũ g̃naliterq₃ dixerimus/nã insania opionis tũc maxĩe elucescet/cũ p̃ticulatim
modos examĩabimus q̃bus mutari virtutes syder₃ putãt/in q̃bus excutiẽdis seriẽ serua
bimus error₃ fabularũq₃ suar₃.Quod iã facere aggrediamur a duodecĩ cæli domibus
exordiẽtes/ꝓ quar₃ diuersitate nõ solũ intendi atq₃ remitti/sed aliũ oĩno penitusq₃ di/
uersum & signor₃ & syder₃ defluxum fabulosissime cõminiscuntur.

Snĩa astrologor₃ de narratõe potestatibusq₃ syderum

Varietas rerũ nõ põt in multitudinẽ referri stellarum.

Generał cõfutatio.

Caput III Domus astrologor₃ q̃ nullo nixæ fundamento;& q̃ in earũ uiribus explicandis astrologi inter se pugnent.

Vodecim domos apud astrologos celebratas nemo ignorat/nõ oĩno rudis
d istius artis;ad has mihi videt̃ oĩs fere significatio defluxuũq₃ proprietas ab
illis rãdẽ referri.Nã si de natura alicuius quæras planetæ q̃dnã efficiat cuius
rei largitor & auctor habeat̃;nihil definitũ & certũ r̃ndebũt/nisi ex natura domus in q̃
planeta repeniatur/ita ut quæ in cõmune de proprietatibus dicere solent planetar₃ fere
oĩa ad ea videant̃ accedere que sub cõi voce multiplicẽ habeãt rõnẽ.Quid eñ magis
est generale in rõne planetæ q̃ ut sit bonus aut malus/hoc est fœlicitatis auctor/ aut in-

fœlicitatis. Et tñ hoc quoq; in sydenbus firmũ atq; idem semꝑ nõ est. Sed in malo loco
bonus planeta nocet/in bono malus ꝓdesse ab illis existimat̃. Deniq; Iuppiter ut ꝑ oĩ
bus vnũ dicã in oriẽte collocatus tã differt a seipo cũ paulũ supra orientẽ in eũ quẽ vo
cãt duodecimũ cæli locũ cõmigrauerit: q̃ ignis differt ab aere aut ab aqua: q̃ lepus ab
asino: asinus ab elephante. Nã in oriẽte maxima semꝑ bona in duodecima domo quæ
atigua est oriẽti magna sæpe mala decernit/illud Ioui maxime ꝓpriũ opes ut largiat̃/
atq; diuitias/tamẽ tertio octauoq; collocatus freq̃ter p̃imoniũ dissipat/cum sua na-
tura nobiles faciat & sapientes. Octauũ locum si tenuerit faciet ignobiles: & quorum
furor ad insaniã/ut Maternus ait euadat. Postremo quid magis est Iouis ꝓpriũ q̃ u tbñ
ficũ sydus existimet̃: cũ & fortunator planetaꝝ: & magna cæli fœlicitas nominet̃. At
Maternus tertio loco constitutus/neq; bonus inq̃t M̃rnus est neq; malus. Sexto etiã loco colloca
tus maxima etiã mala decernit; cuius rei reddẽs rõnẽ Maternus adijcit. Locus enim se
Confutatio xtus habet malitiæ ꝓpriam prerogatiuã: & quæcũq; stella in ipso loco fuerit. i. sexto ad
decernẽda mala maximas vires ex loci vicio mutuabit̃: hæc ille. Quæramus igitur ab
astrologis unde tãta tã subita/tã ꝑpetua in diuinis corporibus sit diluuio: quæ ꝓ firmi
tate immutabilitateq; suæ substanniæ naturæ ꝓpriæ tenacissima suiq; semꝑ similia iure
crederent̃. Sane duo tm̃ fingi modi possunt quibus id fiat. Alter ut locis illis inditas vi
res ac potestates varias intelligamus quas subiectis syderibus influãt; q̃d allata Mater-
ni verba vident̃ significare. Alter ut nec quidẽ accipere aliũ de neq; affici aliter atq; aliter
ipsum planetã existimemus. Sed quẽadmodũ ꝓ diuersa ad terrã expositu syderis habi
tudine ꝓiectus radioꝝ variat̃. Variari quoq; inde credamus radioꝝ vim & efficiẽriã.
Vtrũ maluerint dicere insaniæ coarguent̃. nã si fluere a loco vires huiusmodi ad plane
tas respõdeãt; interrogabimus de loco quidnã sentiãt: an quod veteres aliqui/locũ es
Aristo. se spaciũ nudũ a corporibus separatũ: An q̃d Aristoteles vltimã sup̃ficiẽ corporis am
biẽtis: Si spaciũ ac interuallũ/fateant̃ cũ eisdẽ etiã philosophis nullas huiusmodi inter
uallũ habere virtutes ac ꝓprietates/quãdoquidẽ formas naturales nõ metos dimẽsus/
& nudã intercapedinẽ cõsequunt̃: Si corporis ambiẽtis vltimã sup̃ficiẽ/potest quidẽ
huic loco aliqua vis inesse qualis. s. corpori/cuius etiã sup̃ficies a qua deinceps ambiũ
corpus afficiat̃. Sed quæ nã ista corpa: quoꝝ extremũ syderũ locus existimabit̃: Certe
quæcũq; illa dicant̃/siue extimus omnium globus: siue syderi vnicuiq; iũctus & ꝓxi-
mus: nulla cu it pars huiusmodi corporum quæ & oriẽtẽ & occidẽtẽ & summũ cæli ac
imũ & cætera loca vnius diei reuolutiõe nõ ambiat; quare si virtus ab illis partibus erit
nõ erit eadẽ virtus semꝑ oriẽtis neq; eadẽ occidẽtis. Sed ꝓ natura presenris illius corpo
ris inibi collocati/virtus quoq; ipa mutabit̃. Postremo hoc ab illis dici nõ potest: q̃m si
gna. xij. quæ alia præter domos in ipis domibus esse dicunt̃: sicut planetæ in domibus
& in signis; ea in quã signa/summa omniũ sphæra ab illis describunt̃: quæ & ipa quẽ
admodũ & planetæ a domo in qua sunt vires naturãq; mutuari dicunt̃: nã dicũt Arie
tẽ nõ eadẽ facere in oriẽte quæ facit in occidente; atq; idẽ de alijs signis quæ in octaua si
nulla superior/aut in ea quæ summa existimat̃ sphæra accipiunt̃. Hæc igit̃ cum nullo
corpore ambiant̃/nõ est vbi virtutẽ istam domoꝝ cogitemus præterq; immobili spa
cio & interuallo/q̃d corporibus occupat̃. Id vero aut nihil est/si credimus Aristoteli:
stellis numerare. Idem in tractatu de climatere soli lunæ horoscopo partiq̄ fortunæ ea
connumerat: vt quæ de isto capite ꝓtulerunt nullo capite aut certe corde ꝓtulisse vide
antur: vbiq̄ tamen maliciosi caput draconis vocitantes quo maiori cum reuerẽtia q̄si
q̄ numinis auctoritate credulis auribus insonaret.

Caput XII Origo antisiorum: neq̄ eis in præsagiẽdo vsum Ptolomæũ: & quã-
tum in his Maternus & Haliaberrauerint.

m Athematici cuiusdã dicti occasione sup annisijs pariter errauerũt. nam qm̃ gradus inq̃bus Sole cõstituto dies diebus/& nox noctibus sunt equales Hypparcus & veteres ab respõdente utrinq; sibi dierꝝ & noctiũ equalitate annisios dixerunt/quasi dixeris ex aduerso æquales/diuinaculi nostri gradus istos ęquales esse dixerũt/virtute & potestate q̃ꝗ supina ignorãtia nemo nõ cognoscit; ut ab æqualitate q̃ Sole illos peragrãte dierꝝ noctiũq; cõtingit/ad virtutis æqualitatẽ se transtulerint. Sed accusare p̃ omĩbus Maternũ libet istius erroris ꝑpagatorẽ/q̃ꝗ ut ignorantissimo totius mathematicæ venia cõdonanda est. Is Ptolemæũ ait summã decretorꝝ annisijs tribuere Nec miror nã cũ totũ Maternũ euoluerim diligenter nusq̃ lecti a se Ptolomæi mihi fecit indiciũ; qđ igit̃ attinet ad antisia illis in decernendo in ꝑnunciando nunq̃ unitur Ptolemæus; siue centũ enũciata/siue apotelesmata eius requiris: Tantũ primo li. apotelesmatũ ubi sententias aliorꝝ περιτκσ συμ τοκφαστορ ζοδιωρ hoc est de affinitate consensuq; signorꝝ inter ipsas institutiones enarrat his usus est verbis. Rursus equalis esse potestatis aiũt quæcũq; altero tropicorꝝ æqualiter distant: quia in illis positus Sol æquales dies diebus & noctes noctibus facit. hoc ubi dixisset quasi deinde oblitus: ut qui.s. nõ ꝓbabat/nunq̃ reuocat in mediũ: nunq̃ meminit nõ solũ noĩs antisiorꝝ: qđ alioqui nusq̃ apud eũ/sed nec rei ipsius/hoc est istius æque a tropicis remotarꝝ partiũ affinitatis atq; cõsensus: nã qđ in centũ enunciatis quodã loco dicit planetã sæpe ibi vires suas extendere ubi nõ est velle transferre ad annisias & dodecathemoria nimis coactũ & licẽtiosum/p̃sertim cũ in omĩ sua disciplina Ptolomæus alterꝝ rideat: hoc ẽ dodecathemoria & q̃ hoc genus alia sunt: alterꝝ negligat/hoc est de q̃bus loquimur antisia: eo vero p̃cepto nec aliud voluit nobis indicare q̃ꝗ σχημοιτοσ ροφιορ hoc est cõfigurationis radiationisq; potestatẽ ꝑ quã & multa & efficaciter faciunt ex sententia astrologorꝝ p̃sertim q̃ꝗ Ptolomæi planetæ q̃bus locis minĩe sunt: fere eñ aliud ipse in cõstellationibus q̃ꝗ phases & schemata nõ obseruat: aut certe nihil aliud magis. Sed nec q̃d antisia sibi vellent Maternus noster intellexit; q̃rꝝ latentẽ rõnẽ alibi se explicaturꝝ ꝓmisit/quasi aut nõ expositã rem cuilibet mathematico/aut q̃ tribus verbis explicari non possit: sed ignorantiã eius inde deprẽdas/q̃ nimis ĩperite loquẽdi morẽ ipẽ usurpat: Martẽ quĩto gradu in Geminis constitutũ antisiũ mittere in Cancrũ q̃ pacto nõ loqueret̃ si q̃d esset antisiũ istud intelligeret. Neq; eñ radius aut lumẽ est antisius q̃ minat̃/neq; aliud dicto est antisiũ mitti ab aliq̃ planetarꝝ/q̃ꝗ mitti gradus in q̃ est æqualitatẽ: quare periti sic potius loquerent̃/epocham Martis hoc est partẽ quã occupat: antisiã esse tali parti Geminorũ: aut qđ idem valebit esse Martẽ in antisio Geminorꝝ. qui aũt in Geminos Martẽ antisium dixerit iaculari exibilabit̃ a mathematicis & irridebit̃. Sed Abenzagel etiam multipliciter lapsus: qui primo li. suarꝝ cõmentationũ aphorismos explicans quosdã: tã gradus æqualiter ab æquinoctijs elõgatos/q̃ꝗ qui pariter distant a tropicis Cancro.s.& Capricorno æqualis esse potẽtiæ scribit. Neq; eñ hoc de distantia ab æquinoctijs dictũ a veteribus/sed a tropicis tantũ/q̃bus antisiorꝝ nomẽ impositũ est. Nec Abenzagel debuit hoc nõ vidisse: quãdoquidẽ descripti utrinq; ab æquinoctijs circuli sunt quidẽ æq̃les. Necesse eñ ab illis æque distantes paralellos æquales inuicem esse: verꝝ nõ hemicyclia intricẽ æqualia/qđ in æque remotis a tropicis accidit. Vnde antisiorꝝ ille cõsensus. Errat item illud cũ multis q̃ habitudinẽ gradus ad antisiũ gradũ numerat inter eos q̃s aspectus vocant: unde colligunt sydus in altero eorꝝ positũ vim habere etiã in altero/si in exagonis locis/& tetragonis & trigonis & oppositis habet. Natus aũt hinc error q̃ quæ græci σχημωτα vocãt: hoc est figuras barbari/& nostrates aspectus vocãt. Apud græcos aũt aspicere se signa dicunt̃: nõ quæ inuicem cõfigurant̃: hoc est ut nostri dicũt aspiciunt: Sed quæ græce εκτωρ φοωριςημοσωρ hoc est ab his punctis emergũt & occidunt: id qđ in signis cũ accidat æque a tropicis separatis (sunt eñ in eodẽ paralello) p̃pterea ea signa q̃ antisia quidã maxima pars astrologorꝝ βλετορτα hoc est videntia nuncupant Arabes: deinde & latini in eam significationem acceperũt; in qua nomine

Vñ antisia.
Hipparcus.
Reprobatio antisiorꝝ.

Maternus ignorãtissimus totius mathematicæ.

Antisijs nõ utit̃ Ptolo. in iudicãdo

Maternum nõ intellexisse quid sint antisia.

Error Abenzagelis.

Error nr̃atũ & barbarorꝝ astrologorum.

Sæpe error in dictionibus errorē parit in rebus.

aspectus ipsi abutuntur. Atq; ita quod euenit/ sæpe error in dictionibus errorem parit in rebus. Sic satis declaratū variam in fatis explicandis (si qua fata concederentur) apud astrologos antisiotum obseruationem; tum quāta super his etiā & arabes & latini; cōtra sententiam veterum somniauerunt.

Caput XIII In pcipiētibus & obedientibus signis pariter deceptos astrologos.

e X hoc genere illa etiā est obseruatio germanæ videlicet hebetudinis vel fallaciæ de pcipiētibus signis & obediētibus. Nā cū mathematici signa in quibus sol positus dies efficit noctibus lōgiores collata signis in quibus æqua pportione lux tenebris vincitur προσταττοντα hoc est precipientia vocassent; & quæ ex aduerso portendunt tenebras supra diem υπακουοντα hoc est obediētia genethliaci nōis argumento moti decreuerunt eū in cuius genitura signū pcipiens horoscoparet fore illi; vt imparet/ qui signū obediens genituræ/ hrēt horoscopū/ quasi illa præcipientis obediētisq; cognominatio mathematicis instituta/ istuc pertineret/ neq; in ea tm̄mō dierū & noctiū inb illis signis accidens inæqualitas foret indicata.

Caput XIIII Confutatio rationum quas de planetarū exaltationibus quidam astrologi assignauere.

f S Ed & ista de planetarū altitudinibus vel exaltationibus opinio vn̄ emanauerit/ vtq; pariter mathematica quadā occasione huc præcipites ierint admonuit me naturalis historiæ scriptor ille diligētissimus/ cui oīs debet antiqtas oīs posteritas; qui alteram a barbarie; a morte alterā vindicauit. Is igitur libro secundo pertractans illā quæstionē/ cur eadē sydera alias altiora/ alias inferiora videantur post alia quædā ita subijcit. Altera sublimitatū causa; qm̄ a suo centro absidas altissimas hn̄t in illis signis saturnus libræ parte vigesima/ Iuppiter cancri decimaquinta; mars capricorni vigesima octaua/ sol arietis decimanona/ Venus pisciū vigesima sexta/ mercurius virginis decimaquinta/ luna tauri quarta. hæc ille. Vn̄ facile quisq; colligat nō tardissimus aut ita olim fuisse aut putatū syderali sciæ tūc vacāubus posita sydera in partibus memoratis altissime a centro suarū absidū sūmo ueri; quare & gradus illi siue ptes altitudines planetarū dicebantur. Vnde data occasio genethliacis/ vt seruato altitudinis nomine/ quasi tm̄ nō loci foret altitudo/ sed naturæ & ptātis abuterentur. Neq; enī alias dicunt astrologi exaltari planetas q̄; in his partibus vbi ex vetere astronomia putatos altissime a suis centris distare eos ondimus; q̄q; illud lectorē scire opteret in vulgatis codicibus Plinij mendā inueniri; & verba quæ deinceps ponūtur permutatis numeris inoleuisse qm̄ nota denarij debita Veneri ad solem est translata/ vt in sole vigesimanona pars pro decimanona in Venere decimasexta/ p vigesimasexta perperā legatur. nā & vitiū in materno/ vbi venerē legimus in vigesimaseptima parte Pisciū exaltari. Scribendū em̄ est sexta atq; vigesima ex Porphyrio. Illud q̄q; nōnihil variat q Lunæ quartam partē Tauri astrologia vetus assignat secuta ætas tertiā siue opīonis est diuersitas; siue culpa librariorū in ista numerorū notatione sæpissime allucinantiū/ similiter in saturno nō prima atq; vigesima/ sed vigesima legi oportet auctore eodem Porphyrio. Neq; vero iā dubito bonis mentibus palā factū/ quō in astrologiā diuinatricē planetarū exaltationes irrepserint; Sed cū ad posteros dogma peruenisset & theoricæ syderū disciplinæ mutatione rō illa dogmatis eēt antiquata. Posteritas alias sibi rōnes cogitauit qbus putaret opīonē prioribus illis eē persuasam/ & alij qdē alias/ vt in mendacio plurimū cōtigit verū leues & deridiculas. Ptolo: in Ariete inquit/ Sol exaltat; qm̄ ad eū cū peruenit; incipit eius vis magis apparere. Verū (q̄d de domibus supra loquētes diximus) id nō efficit signi qualitas & natura/ sed situs; nō quia peragrat Arietē/ ideo fortior eē incipit; sed qm̄ ppinquare incipit nobis; quare nō si tuis tēporē horis infundit veniens ad id signū sperādū; vt ad regnū etiā euehat; qm̄ in sua sit positus altitudine; in qua alijs vtiq; regiōibus deijceret a quibus distare magis in ariete & proximare magis sub libra illum cōtingit. Sed videamus de reliquis etiam planetis lunæ

Error in materno Porphyru.

Laus plinij.

Rō. Ptolo. Cōfutatio

ſublimitas Taurus: qm̄ ſi cũ ſole iungat̃ in Ariete apparebit vis eius primũ in Tauro.
O efficaciſſimã rationẽ quaſi ſi Soli in Tauro cõgrediat̃ nõ idem cũ Geminis ſit euen-
turũ: & ſi in geminis coeat apd' Cancrũ: & ſi in Cãcro/idẽ ſub leone atq; ita de reliquis
oĩbus: ut demirari liceat Ptolo. quẽ nõ puduerit iſta cõſcribere. Veꝝ aliæ ſunt etiam rõ Confutatio
nes/qm̄ luna ꝓxima Soli eſt & trigonũ lunæ laterinũ. Sed nõ ꝓximã Soli lunam putat
Ptolo. nec debemus ex trigono cõiectare ſublimitatẽ/nec ex domo: vel trigonũ: vel al
titudinẽ: vel ex aliq̃ eoꝝ terminos vel decanũ: qm̄ ĩpermixta ſunt hæc: ita ut cuilibet ſu
a in re ꝓpria auctoritas debeat̃. Præterea ſi trigoni mouet argumentũ/cur nõ potius in
Geminis Mercurius exaltabit̃ ꝗ̃ in Virgĩe: ubi & illud quadrabit ut ſit ꝓximus exalta
tioni Solis a q̃ paꝝ abeſſe ſolet. Id qd' in iſtaꝝ q̃q; exaltationũ rõne ſeruare conat̃ Abo Aboaſar
aſar. Sed cõuenit (inquit Ptolo.) Virgo Mercurio: qm̄ ſiccus eſt & ſub Virgine ſiccitas
autũnalis apparet. Veꝝ diximus iam de ſignoꝝ natura nõ ꝓficiſci iſtam q̃ttuor tẽpoꝝ
mutationẽ: quare poſitus Sol in Virgĩe faciet alijs regiõibus qd' apud nos facit poſitus
in Tauro. Præterea ſi hoc obſeruabat cur nõ in Cancro regnare Mars ſtatuebat: ſub q̃ De Martis exaltatione.
.ſ. æſtuat mũdus/ſicut ſub Virgĩe iam areſcit. Eſt aũt Mars planeta feruẽtiſſimus quẽ
tñ in Capricorno volũt exaltari: ſub q̃ frigore/gelu glacieq; diſtringimur. veꝝ ad meri
diẽ (ĩquiũt) vergit Capricornus: eſt aũt pars meridiana calidior. Hoc ẽ qd' vobis obiecta
mus aſtrologi iſtã. ſ. leuitatẽ & incõſtantiã rõnũ noſtraꝝ (Si tñ rõnes iſtæ dicẽdæ ſunt)
nã de ſigno eodẽ ꝓ cõmodo proq; arbitrio vr̃o nũc quaſi de calido: nũc quaſi de frigi-
do diſſeritis. & mox idẽ nec calidũ iam nec frigidũ: ſed humidũ potius vel ſiccũ appel-
labitis in partitiõe ſignoꝝ Capricornũ terrenũ facitis: quare ſiccũ: ad Martẽ cũ transfert̃
inter feruentia cõputat̃: & cũ Saturni domiciliũ dicit̃ ſyderis. ſ. gelidiſſimi niues & plu
uiæ ſub eo fieri memorant̃. Qd' ſi Capricornus quaſi calidũ ſignũ Marti cõdonat̃/de
bet ſimili rõne Cancer frigidiſſimus numerari: quare Iouẽ ꝓfecto regẽ non habebit/vi De Iouis ſublimitate.
uifico ut dicũt calore ꝑpotentẽ. Veꝝ præſto eſt latebra in quã ſe cõdant. Nam ſuſcitat
(inquit Ptole.) Iuppiter vẽtos aquilonares: quare ſignũ ad aquilonẽ poſitũ illi cõuenit. Ptolemæus
At confugere primũ aſtrologi alij huc nõ poſſunt: qui negãt hmõi ventos a Ioue ſuſci
tari. Præterea nec Ptolo. excuſat̃: qui ſimili rõne in occidentẽ debuit mittere Martẽ: nõ
in meridiẽ cũ occidiuos ventos: nõ auſtrales a Marte putet excitari. Mitto Geminos &
leonẽ ad boreã inclinare: cur nõ igit̃ potius Leo exaltatio Iouis: Non conuenit (ĩqt A
uenrodã) calor leonis Ioui/imo vero magis ꝗ̃ frigiditas Cancri. Adde ꝙ leo trigonum
Iouis ſignũ diurnũ & maſculũ/Iuppiter itẽ Maſculus & diurnus. Cancer ĩter fœminea
nocturna aquatica deſignat̃: q̃ a Iouis natura cuncta amouent̃. Conuenit igit̃ oĩno ma
gis illi Leo ꝗ̃ Cancer. De Venere & Saturno nihil minus delirãt ut ſit libra Saturni ſub De exaltatione Veneris & Saturni.
limitas: qm̄ Soli cõtrarius ẽ Saturnus: Venus in piſcibus exaltet̃/qm̄ humida ẽ: & ſub
piſcibus veris hũiditas incipit. At em̃ ſæpe iam diximus nõ ſignoꝝ naturã conſequi tẽ
poꝝ iſtas qualitates: ſed accidentis Solis & recedentis poſitionẽ. De Saturno ut ſolent
ꝓ cõmodo loquunt̃. nã hic quidẽ oppoſitũ Soli faciunt alibi συμορρετυρ hoc eſt eiuſ
dem conditiõis eſſe ꝑdicant: qre ab utroq; ſignificari partẽ: utrũq; eſſe orientalem. Sed
uterq; maſculis: uterq; diurnus. Sed nimis ꝓfecto multa dicturi/ ſi alia hmõi particula
tim cũcta ꝓſequimur: qbus alij paꝝ confiſi nouã excogitauerũt rationẽ utiq; breuiorẽ
ſed oĩno inefficacẽ eſſe em̃ triquetra vel exagona domiciliorꝝ exaltatiões planetis præ
terq; in Mercurio. Qd' ſi quæras cur in luna Venere Marteq; exagona/triquetra ĩ alijs
maluerint. Reſpõdent trigonũ diurnis potẽtioribuſq; planetis magis cõuenire: noctur
nis aũt qui ex hæreſi Lunæ ſunt ꝙ Arabes aiz vocãt: διετοασθερεστης σκτιμος hoc
eſt de radij imbecillitate & exagonũ. Veꝝ fallunt̃ in Marte q̃ñ nõ qm̄ imbecillus ideo Reprobatio
nocturnis annumerat̃: ſed potius ut vigor & efficatia radij Martialis nocturno frigore
retardet̃: nec ex hæreſi Lunæ dici põt qui ſit maſculus planeta: quiq; utraq; qualitate a
Luna diſcordent: & cõtraria oĩno atq; luna rõne nocturnus exiſtim et̃: nã illa quidem
ob naturæ ſimilitudinẽ: Mars ob diſſimilitudinẽ: Lunari in Cancro aduerſus in Capri

corno: sicut oppositus tauro in Scorpiõe. Sed ꝓcedat ista cõiectura illud respõdeāt: cur
dextra potius triquetra q̃ sinistra: cur sinistra potius q̃ dextra: imo cur in Ioue quidẽ si
nistrũ: in Saturno & Sole dextrũ: & cũ habeāt domos duas planetæ: cur ab altera poti
us q̃ altera trigonũ est acceptũ: ut cũ in Sagittario & piscibus Iuppiter hospitet: cur po
tius in Cancro q̃ in Leone debeat exaltari: p̃sertim cũ plus habeat cũ Sagittario affini
tatẽ/ut astrologi dicũt: plus item (qđ antea dicebamus) & plus longe q̃ Cancer illi leo
conueniat. Postremo ut hmõi oẽs cõiecturas fictas a posteris intelligas/nec oĩno fuisse
q̃bus primi institutores huius dogmatis iecerint fundamentũ: hinc cognoscas q̄ ratio
nẽ nõ reddunt cur nõ tali in signo/sed in tali ipsius signi parte planeta dicat̃ exaltari: cu
ius causam sup̃ ex veteri astrologia demõstrauimus: Quapꝓpter Aboasar difficile hoc
inuenire fuisse dicit uniuersitati astrologoꝝ: & ipse ne oĩno nihil loqueret̃ multa anxi
us sup hac re nimis peruersa/& fabulosa subtilitate distorsit. Quare liquet indubie oc
casione quã diximus veteris disciplinæ putãtis in his gradibus a suis cẽtris distare maxi
me planetas receptũ hoc dogma a genethliacis de altitudinibus planetaꝝ: quaꝝ q̃ vana
sit obseruatio nemo iam nõ intelligit: nõ solũ q̄ ad naturã potestatẽq; transtulerũt q̃ fu
erit loci situsq; cognoĩatio. Sed qm̃ in ea re vetus astronomia forte fallebat̃/nimis iter
primordia fallax & parũ explorata: & ut vera illi tunc decreuissent ratio posteritati: illa
nõ congruit pmutatis absidibus & q̃ apogea dicunt̃ syderũ errantium.

❡Caput XV Rationes astrologoꝝ de trigonis & trigo nocratoribus/atq; obiter de signoꝝ sexu confutantur.

Eq; vero putemus astrologos occasiõe tantũmõ accepta delirare oculatiores q̃
ut deuiare sine duce nõ possint. Præuaricant̃ sæpissime ubi nullus est obtura
cator. Nam de istis quidẽ exaltatiõibus mathematicis fere debẽt qđ insaniũt/
q̃q; sibijpsis magis/neq̃ eos iniuria defraudemus. At q̃ trigona vocãt vulgo triplicita
tes/ipsi pepererũt neq; eos hoc loco q̃q; mathesis iuuit: q̃ qm̃ res inde depẽdet q̄ signa
quædã ignea faciũt: quædã terrea: quædã aerea: quædã aquea: reddere prius sup his rõ
nẽ eos cogemus: & quõ hoc q̃dẽ huius planetæ trigonũ: illud illius bene diffiniãt exa
minabimus. Dicite igit̃ viri sapiẽtissimi interp̃tesq; cælestiũ qua rõne elementoꝝ istas

Non posse e lementarias qualitates si gnis ascribi

q̃litates in cælo signis distribuistis: Auenrodan magnus in vestra disciplina signoꝝ na
turã vel ad solem refert: vel ad stellas: ad Solem ut talis signi naturæ dicat̃: quale opus ẽ
solis id signũ pmeantis: q̃ pacto mobilia signa: æquinoctia vel solsticia: reliq̃ fixa vel cõ
munia dicunt̃: Ad stellas si hospitantiũ inibi stellaꝝ virtutes signo attribuunt̃. Neutrã
rõnẽ video quadrare vestræ partioni: nã si Solis opa seq̃mur/igneus erit Cancer: nõ aq̃
rius: sicut aqueus Sagittarius magis q̃ igneus: nõ igneus Aries sed Aereus/Taurus hu
more atq; calore potius abundabit q̃ frigore & siccitate: atq; conditio signoꝝ fere oĩm
cõmutabit̃: q̃ nec erunt ppetua (qđ vos vultis) Si refert̃ ad stellas identidẽ suis sedibus

Cõtra rõnẽ Alchindi

migrãtes: an Alchindi ratio potior existimãtis: cũ in Zodiaco q̃ttuor sint signa princi
palia/duo æquinoctialia: duo solstitialia his quattuor primas elementorum quattuor
qualitates assignari/ignẽã Arieti: aqueã Cancro: aereã Libræ: terreã capricorno. Tum
quia trigona radiatio locis cõgruentibus incidit. ideo signa cuilibet signo utrinq; trian
gula/naturã similem iure statuunt̃ fortita. Sed neq; ista rõcinatio quadrat: qm̃ in refe
rendis ad signa q̃ttuor ꝓprietatibus elementoꝝ/duplex potuit eius ordinis esse ratio/
altera ꝓ cognatiõe signi & elementi: altera ꝓ situ ipsoꝝ elementoꝝ: ut primũ primo tri
bueret̃: secundũ secũdo: atq; ita deinceps. Si primũ obseruarũt ut calida calidis: frigida
frigidis respõderent: ignẽ ut dixi Cancro dare debuerunt: aerem Arieti. Si alterã aerem

Ratio Alchindi Confutatio

Cancro: qui secundus est ab igne. Sed opposita (inquit Alchindus) calor frigiditas dan
da igit̃ signo tẽporis secundi/hoc est Cancro ĩmo/ideo Libræ q̃ opponit̃ Arieti: q̄ si p̃
ponendã aquã aeri dicãt/qm̃ sit efficacior iam seipsa natura facient sapientiores. Præte
rea si agens qualitas qualis frigiditas/nõ qualis humiditas pariẽs Cancro cõuenit quõ
ab eis inter fœminea signa nocturnaq; deputat̃: nõ potius inter diurna & masculaʒ qđ

obseruãt & in planetis/nõ aliunde magis rõnabiliter sexũ in cælestibus agnoscentes q̃
penes agentes patientesq̃ qualitates; ꝓptereaq̃ Iouẽ Solem & Martẽ in q̃bus calor Sa
turnũ in q̃ frigus excellat mares appellauerunt; Lunã & Venerẽ fœminas q̃m humidæ
sint. Sic igit̃ aqua & ignis mares etiã ab ægyptijs dicebant̃ ob causam memoratã; Aer
atq̃ aqua fœminæ; ita q̃ aquea signa statuerũt; debuerũt astrologi masculis annumera-
re/nõ fœminis; qđ in oĩbus tñ pariter fecerũt; Cancro. s. piscibus/Scorpione; aetea cõ
tra mascula decreuerũt/cũ sit tñ humiditas aeris qualitas ꝓpria; Pugnat igit̃ in his secũ
astrologia; & seipsam euertit/ut ubiq̃ tñ delirãs. Nanq̃ ut a ꝓposita re nõ tamen ab re
digrediamur/q̃ leuissima ista nugamẽta; discernere sexũ in cælestibus/tali ꝑsertim cõ-
iectura/qua moti sex signa masculina/sex fœminina statuerũt/ut primũ marẽ/sequẽs
fœminã; atq̃ ita ꝑ vires semꝑ alterũ virũ alterã fœminã. Nam si erit hoc faciendũ debue
tat ꝓ natura signorũ fieri; nõ ꝙ fatali & vana istiusmodi consequẽtia primi. s. & secũdi;
atq̃ ita deinceps; qđ quã habeat rationẽ audi ex Ptolemæo. Nox inquit diem sequit̃/
& fœminæ hærẽt viris; debet igit̃ signo masculino fœmineũ ꝓximũ statui. Cõna quã
rõnẽ nõ est utiq̃ disputandũ sed ridendũ; nisi illud forte seriũ est ut videamus prior; ne
die nox/an nocte dies; ut fortasse nocturna signa debuerint anteponi; quia potius dies
noctem sequat̃ qua nox diem. Scriptũ est eñ factum est vespe & mane dies unus qua-
ꝓpter Hæbrei tẽporũ initia a nocte statuerũt verũ occupatiores q̃ ut nugari liceat multis
verbis. Quanq̃ apud ipsum etiã Ptolomæũ multũ habeat momenti sexuũ ista diuersi
tas/apud quẽ refert nõ parũ in masculis/an in fœmineis signis planetæ inueniant̃. Qđ
si cõpertũ experimentis dogma cõtendant quæro quibus suis an veterũ: Si suis canos
non habent/ut tanta sit auctoritas; si antiquorũ; at ex antiquis magna pars aliter sentie-
bat/multi ordinẽ ab horoscopo faciebant/ut esset exoriens signũ semꝑ masculinũ atq̃
diurnũ; reliqua consequenti ordine per vices diuiderent̃. Alij quattuor quidẽ signa di-
urna fecerũt Arietẽ; Cancrũ; Leonẽ; & Sagittariũ. quattuor nocturna Geminos; Librã
Capricornũ & Aquariũ. Quattuor ꝑmiscua/Taurũ/Virginẽ/Pisces & Scorpionem
quin receptã opinionẽ explodebat antiquitas. Vnde illud ex vetere astrologia.

> Nõ esse alia signa mascu lina & alia fœminina.

> Vide insulã Ptolo. rõnẽ

¶Sunt quibus esse diurna placet quæ mascula surgunt.
Fœminea in noctem latis gaudere tenebris.
Qui non multa sibi nullo monstrante loquuntur.

Quo in loco mirũ quantũ delirat triuialis q̃dã istius poetæ interpræs longe itẽ illi rõna
bilius (siquidẽ cũ ratiõe aliq̃ñ est insaniendũ) qui oĩa pariter ignea atq̃ aquea diurna ap
pellauerũt; reliqua sex nocturna terrea. s. aerea. Item si qđ placet Ptolomæo masculum
& diurnũ se consequunt̃/erunt mascula illa/ista fœminea. Sic ille cecinit.

¶Namq̃ Sagittarij signum rapidiq̃ Leonis
Et sua respiciens aurato vellere terga
Tum Pisces Cancer & Cancri Scorpion ictu
Aut vicina loco diuersa aut partibus æquis
Omnia dicuntur; simili sub sorte diurna
Cætera nec numero consortia nec vice sedis
Interiecta locis totidem nocturna feruntur.

Fuerunt & qui aliter sentirent quare subdit.

Quinetiam sex continuas dixere diurnas
Castoris esse vices quæ sunt a principe signo
Lanigeri sex a libris nocturna videri.

> Legitur hic versus mendosus vulgo ut plæraq̃ alia castigauit Politianus cuius in libris emẽdandis fides ꝓbata: summa diligẽtia rara eruditio.

Desinãt igit̃ fidem allegare veterũ obseruationũ a q̃bus tã dissident sæpe q̃ tota astrolo
gia dissidet a veritate. Obijci aũt illud etiã poterit si masculũ signũ principe loco statuẽ
dũ iudicarũt futurũ in incerto quodnã primũ & masculũ signũ/quẽadmodũ & incer-
tũ; quodnã signũ initiale ut sup̃ declarauimus. Alijs eñ Cancer; alijs Capricornus pri-
ma videbant̃: q̃rũ tñ utrũq̃ fẽmineũ apud istos. Sed forte nec tam multis eludi fabulas

oportuit: qꝙ̄ ope pretiū obiter istā fabulā cōfutasse discernēdi cælestia signa ꝑ sexus quo nos ideo diuertimus; vt in Cancro pugnare illos se cū ostendere mus; quē aqueū facerent & fœmineū cū sit m̄ frigiditas inter agentes qualitates nō passiuas. Q̄d si pria ꝑtitio illis deē in signis tropicis & æquinoctijs nō procedet in alijs signis rō distributionis; circulo em̄ demōstrant ꝙ est flagitiū in dialectica q̄nquidē cū hoc loco ꝓbāt trigona signa eiusdē naturæ/assumūt argumentū; q̄m trigona radiatiō cōsentientiū inuicē est locoꝝ; & rursus ꝓbatur trigonā radiatōem cōsentire assumūt ꝙ eiusdē naturæ incidat locis.

Rō Abraā. Auēnazre. Sileat igiṫ iā Alchindus Reliqua est snīa Abraā auenazre ducētis rationem istaꝝ qualitatū a figuris imaginū & effigiatoꝝ inibi aīaliū ꝓprietatibus; vt Pisces / Cācrū/& Scorpionē/frigida vocentur ꝙ aquatiliū noīa effigiēq; repræsentent. Leonis signū calidū ob naturā leonis; atq; ita de reliqs. Sed ista q̄q; rō aut nulla si nullę imagīes vt demōstrauimus; aut falsa si aliquæ sūt imagines / in q̄ cū signis imagines cōfundunṫ q̄d supra etiā reptobauimus. Deniq; cū figuræ loco varienṫ erit ista distinctio signoꝝ tēporaria; nō q̄ꝫ astrologi oēs volūt; & ipe etiam auenazra/ imobilis & ꝑpetua; neq; aries igneū signū erit nr̄a tēpestate; q̄n totū imago fere pisciū occupauit in quintam & vigesimā eius partē arietis imagine iā delata. Q̄d si nulla sunt trigona nulli sunt & trigonocratores; hoc est dn̄i; vt dicūt triplicitatū. Q uāq; etiā si illi cōcedanṫ; de his tamē

Trigonocratores quos dn̄os vocāt triplicitatū nihil esse. vt solent extra rōnē etiā definiūt. Neq; em̄ denegabūt/ si q̄ in signo planetæ alicui bn̄ sit; male eē in eo q̄ꝫ per diametꝝ illa aduersaṫ; patet in domibus hoc planetaꝝ; patet in exaltationibus. Q̄d si est apud eos maxime cōfessum; quō obliti dogmatis astrologi in oppositis trigonis tres planetas eosdē regnare voluerunt; in terreo. s. & in aqueo Martē Venerē & lunā. Taurus opponiṫ scorpioni; Virgo Piscibus aduersaṫ; e Cācri regione resider capricornus; & tn̄ in Tauro; virgine/& capricorno qui dn̄antur; ijdem in cācro piscibus scorpione trigonica oēs regnāt ptāte. Nec si tn̄ astrologos roges cur deijciaṫ Mars in cancro aliter r̄ndebūt q̄ꝫ q̄m ijdē exaltaṫ In capricorno; & cur infesteṫ ille in Tauro; q̄m domiciliū dicēt/habet in scorpione. Pugnant igiṫ hæc inuicē oīa & mutuo falsitatis ipa se redarguūt. Adde ꝙ ī prima triangularitate Albumasar Alchabi-

Albumasar Alchabi. tius oēsq; latini dn̄ari saturnū cū Ioue soleq; decernūt; in q̄m saturnus exulat in Leone deijciṫ; in ariete; in sagittario nihil suū agnoscit. Veꝝ inquiūt diurnus quēadmodum Iuppiter & sol; Veꝝ etiā frigidus cū vterq; illoꝝ calidus hēaṫ. & si cū agebaṫ de exaltatiōibus saturno librā assignabāt; tn̄ ob eā cām ꝙ naturæ solis oppōereṫ Cur regnum in ariete ? cur ī dn̄o triplicitatis cōtra naturā ipoꝝ signoꝝ soli associaṫ; q̄si nature solis

Albumasar Alchabi. Latini. Ptolo. cōgruētissimus. Plura sūt hoc genus; sed ꝓpeq̄ singula forte supuacuū certe molestū mihi & nauseabūdū. q̄d si ad fidē hic etiā expimēti/rursus ego ad discordiā hmōi experimētoꝝ/q̄nq̄dē ægyptij duos tn̄ faciūt trigonocratores; vt ex monomirijs licet intelligere. Reliq tres cōstituūt q deinde īter se dissidēt. nā in prio quidē triangulo dn̄ari saturnum Albumasar/Alchabitius/Latini volunt; Ptolomæus Martem. Contra ī secundo Ptolomæus saturnum; arabes & Latini fere omnes Martem; in quarto domīo eum facit Ptolomeus. s. Martem/suppares duos quasiq; secundarios dn̄os/nocte Lunam/Venerē interdiu. Alij Martē cū Venere æquant in principatu; nec Martem impare nisi noctu volunt; Venerē interdiu/tum lunæ scd̄a noctu dieq;; auctoritas apud

Recentiores Auērodan. eos; recentiores/Arabū opinionē & latinoꝝ experimentis aiunt confirmari/ Auenrodan ipe(ne cōmemorē Græcos)oēs effectus astipulari snīæ affirmat Ptolomæi. Mitto plurima in q̄bus sup ijsdē triangulis digladianṫ; q̄m supra actum est de illis; patet aūt hinc magnas etiā cōiūctiōes dissolui q̄tenus pēdēt a migratione trigonica ne commemorē alia dogmata astrologoꝝ ab his maxīe trigonis fidem originemq; ducentia.

Capur XVI De faciebus; terminis; dodecathemorijs Babiloniorū; nouennis monomirijs q̄ꝫ parum constent testimonio etiam ipsius ptolomæi.

Eliquū facies finesq; cōfutare; vt de oī sit dictū cū signis affinitate planetaꝝ Nam iā domos euertimus; exaltatiōes deiecimus; trigona obliterauimus/

nullū tū negociū in his cōfutandis;nā facies nullæ/etiā apd' Ptolo. Sic etiā Græcis q̄q Apud Ptol.
qui & decani. Sed & decani q̄dē signorꝝ;facies aūt planetarꝝ. Has igit̄ facies Ptolo. asp multæ sunt
nat̄ indignas ratus de q̄bus haberet mentionē;& q̄bus unq̄ in apothelesmatis uteret̄/ facies
quas cū nullis astruei c illi possint rōnibus/possent forte p̄tendere experientiā:nisi illos Variæ faci
cōcordia hoc q̄q loco detereret. Alias eīn Indi;alias Babylonij q̄s arabes imitant̄;alias es variorū.
M̄rtemus plāetarꝝ facies eē volunt. Primus Tauri decanus apd' Babylonios faciē gerit Primus
Mercurij: Veneris apd' Indos;Iouis apd' Maternū; Secūdus his q̄dē Lunæ;alijs Mercu Tauri deca
rij;alijs Martis; Primus Geminorꝝ Chaldæis Iouis; Indis Mercurij; Materno Martis;q̄s nus
ne p̄sequar oēs p̄ticulatim Babylonij methodū istam sunt secuti;ut primū quidē deca Secundus
num principia;s. Arietis Marti darēt;qm̄ ea domus est Martis;tū p̄ ordine sphærarꝝ se Primus
quētes sequētibus planetis primā decutiā cuiuslibet signi patrifamilias;hoc est dn̄o do Geminorū
mus reliquas duas dn̄is signorꝝ eius trianguli. Materni cōmentū penitus arbitrariū ve
terē tantū traditionē p̄tendit;q̄ cū aliquis pensitat illud etiā cognoscat;non veris obser
uatiōibus aut fide experimētorꝝ hæc illos dogmata decreuisse. Sed infirmis hmōi leni
busq̄ cōiecturis fidē experientiæ;de q̄bus deq̄ ipsis etiā experimēntis latissime inferius
postea disputabimus. Sicuti aūt Aegyptij decanos excogitarūt in tres p̄tes signū diui
dentes;ita Babylonij dodecathemoria signū in p̄tes duodecim dissecantes hoc utentes
illi dodecathemorio;nō eo q̄d' Maternus illis ascribit; auctores Mallius & Porphirius De dode
meminit etiā Ptolo. sed irridens. atq̄ ista dodecathemoria vocari τοπους hoc est loca cathemo
Albumasar itē & Auenazra & Hispalensis huius tm̄ dodecathemorij meminerūt; nō riis Baby
eius quē Maternus & Alchabitius & Heliodorus tradūt; de q̄ nos postea suo loco dice loniorū
mus. Saxoniensis in cōmētarijs in Alchabitiū nōis affinitate deceptus utrūq̄ cōfundit; Error Sa
Indi sua q̄q ipsi figmēta cōminiscentes in nouē p̄tes signū quodlibet diuiserūt;statuē xoniēsis
tes primā p̄tē esse dn̄i signi;q̄d' ex eo trigono mobile fuerit;vt prima quidē nona pars
Arietis Martis sit. nā Aries mobile signū; p̄tima vero Leonis rursus Martis; q̄a signū
ex ignea triangularitate mobile Aries ē. Sequētes aūt p̄tes ponūt de serie sequētiū sig
norꝝ:vt si primus sit Martis cuius Aries domus ē. secūda sit Veneris; tertia sit Mercu
rij;q̄ illa Taurū;hic Geminos domū hēat. Aegyptij rursus ī singulas p̄tes singula nu De mono
merauerūt;q̄s vocauerūt monomirias;assignauerūtq̄ illas planetis p̄ ordinē trigono mirus Aegy
rū;ita.s.vt cuiuslibet signi p̄s prima eēt monomiria planetæ q̄ dn̄s sit trigoni illius;no ptiorum
cturnus q̄dē si genesis sit nocturna;diurnus si diurna;scd'a p̄s dn̄i scd' eiusdē trigoni;ter
tia dn̄i trigoni signi sequētis atq̄ ita deinceps:ita tn̄ vt idē planeta vno decursu bis mo
nōminā non sortiret̄;q̄s oēs anatomias & dissectiones nō aliis q̄ ipsius Ptolomei ver Confutatio
bis cōfutabo:q̄ oīa ista ουφυσικον αλλα κενοδοξον λογον habere dixit; hoc ē non ha oīm istorꝝ p
bere physicā vllam rationē;sed vanā ostentationē;nec poterat rectius sup his definire verba Ptol.
nam quāto ista p̄tius habēt temeritatis & maiore licētia cōfingūt; tāto rudibus & im
peritis mirabiliora maioraq̄ videnī. Nec aliud fuit ī causa cur Aboasar magnus ī astro Quare
logia habitus sit vir alioq̄n nescius mathematicæ: q̄ q̄ illi nihil parꝝ rōnabile visū; sed Aboasar
coaceruauit omniū simul fabulamēta;nihil reiiciēs nec aspernatus;q̄re plura q̄ alij vi magnus
deī secreta p̄didisse;q̄a fabulas.s. plures cōmemorauit. Reliquū est de finibus q̄s non i astrolō
aliter q̄dē breuiter cōfutabo/q̄ ex discordia ipsorꝝ adhuc de finibus inter se litigantiū. gia
alios enim Ptolomeus præscribit;alios Aegyptii;alios Babylonii;alios Indi;alios ne
scio q̄s astrologus cuius meminit Albumasar;ex cuius sn̄ia in magno ītroductorio p̄
mit mira iuniores Aegyptiis adherent/Græci Ptolomeū sequunī;& cum eis Auero
dan;alii suos quoq̄ habēt sectatores. Quare nō solū signa ipsa nulla; sed istæ quoq̄ si
signa aliquid essent planetarꝝ cū signis affinitates;vt hic q̄dē domus; alibi regnum;ali
bi fines habeant;friuolæ/fabulosæ/pugnantes/cōmentitiæ sunt;neq̄ solum latini dis
sentiunt super his;sed in ipsarum inuicem collatione. nam vulgo primas partes dant
domui; secundas exaltationi; tertias finibus; quartas triplicitati;quintas faciei. Ptole
mæus primo loco domum;secundo triplicitatem vt placet Haly;tertio exaltationem;

quarto terminũ locat;faciẽ ꝑtermittit:Chaldęi domos nõ habent:Aegyptij monomi
rias oĩbus addũt/nouenas Indi Babilonij dodecathemoria;triplicitatẽ cum domibus
non ponunt. Maternus plus tribuit altitudini ꝗ̃ finibus;plus finibus itẽ ꝗ̃ domibus.
Gaudent eñ inquit stellæ principe in loco in altitudine sua positæ. Secundo loco in fi-
nibus suis; Tertio In domibus suis. Vanissima igit̃ dogmata astrologoꝝ quæ nec ra-
tionibus firmant nec experimentis;qñ in illis nugantur;in istis nõ cõcordant.

Caput XVII De gradibus fœmineis/lucidis/tenebrosis & alijs id genus ꝙ eos contempserit Ptolomæus;neq; in eis conueniant alij astrologi.

Confutauimus eas diuisiones signoꝝ quas referũt ad planetas;vt hic quidẽ
c exaltet̃ Mars:alibi Sol Hæc sit huius facies/altera alterius:hæc huius mono
mitia;illa illius. Siliť trigona;fines;nouenas;dodecathemoria;nũc ea forent
tractãda q̃ de gradibus ipis absolute tradiderũt:vt hi quidẽ lucẽtes; alij tenebrosi; alij
fortunãtes;alij vt dicũt puteales: alij valitudĩarij;q̃s vocãt alzemena;alij masculi; alii
fœminei. Sed supra satisfactũ ẽ magna ex parte;nũc illud addiderimus. Oĩa hæc quos-
q; cõtẽpsisse Ptolomæũ;cuius interpres Auẽrodan/tñ illis videt̃ cõcedere:vt hæc ob
seruẽtsi ꝟitatẽ expimẽtis in his eẽ dep̃henderint:Sed q̃ fides erit experimenti; cum de
gradibus masculis & fœmineis sex ferant̃ opĩones. Aliter eñ eos leges apď Firmicũ
Firmicus descriptos;aliter apď Albumasarẽ;aliter apď Auẽrodan; aliter in Alchabitio: Variat
Albumasar Abraã in plerisq;:rũ ab oĩbus his penitus discordãt qui duodecimã cuiusq; signi partẽ
Auẽrodan nũc masculã faciũt;nũc fœminã vicibus alternis;primas ptes ex signi genere statuẽtes
Alchabi. Mino qui gradus duodecim ex triginta in sexu signi ponũt/seqũetes totidẽ in oppo-
Abraam sito tũ reliq̃s sex æqua portõe pariter partiũt̃. De lucidis & tenebrosis/& obscuris alia
opĩo primũ apď veteres ex positõe stellaꝝ:qm̃ eã ptẽ lucidã vocabãt in q̃ erat stella/p
petuũq; id crediderũt:qm̃ putabãt stellas nõ moueri:q̃re errabãt si Hypparco/Ptolo-
meo/& reliq̃s assentimur posteri dogmatis origiẽ nõ pspecta:q̃q; stellas moueri cõtẽ
dũt;eosdẽ tñ gradus lucẽtes;eosdẽ tenebrosos q̃s prisci determinant:in q̃ re q̃ta nata
apď eos cõfusio;q̃taq; puersitas reꝝ & dictionũ/supius explicatũ ẽ:vt nihil posset eẽ
minus q̃ vera sup his apď eos expientia. Erratũ idẽ ab eis in gradibus q̃s augentes for
tunã dicũt;ibi q̃q; declarauimus:q̃s & aliter magna ex pte apď Alchabitiũ;aliter apď
Albumasarẽ;aliter apď auenazrã inuenies annotatos. Eadẽ diuersitas in putealibus:
Mendaciũ q̃s nullus veteꝝ posuit;nec põt nõ mẽtiri aboasar aegyptioꝝ se sequi sñiam dicens/
Aboasar qñ illos enarrat;qñquidẽ ex illis plurimos quos aboasar puteos facit Ephestion The-
Ephestion banus totius aegyptiæ astrologiæ peritus inter lucentes gradus enumerat;vt arietis se
Thebanus. xtum gradum;& thauri quintum;& trigesimum Geminorum;& vigesimum secun
dum Cancri. & ĩ alijs signis alios multos;quid ꝙ Doriẽsis quidam astrologus qui se
vocauit perscrutatorem de istis graduum proprietatibus aliter omnino sentit ꝗ̃ oẽs
veteres;nec pro suo dogmate aliud ꝗ̃ experientiæ fidem allegat;ꝙ.s. vereꝝ dictis euẽ
ta nõ rñdeant;Rñdeant suis;vana igitur infidelis/inconstãs/ista quoq; obseruatio gra
duum diuersorum/non solum a nobis sed a Ptolomæo quoq; damnata.

Caput XVIII Partes vñ ortæ & quãtũ ĩ eis dimetiẽdis secũ pugnẽt astrologi.

Am partes q̃bus vtunt̃ in oĩ p̃dictione nõne meꝝ figmẽtũ res vana; dogma
i voluntariũ;numera inquiunt gradus inter hunc planetã & illũ interceptos;&
cũ totidem ab horoscopo gradus percensueris vbi numerus desinet/ ps erit
ibi rei cuiuspiam significatrix/non aliter obseruanda ꝗ̃ planetæ/ꝗ̃ stellæ; quo præce
pto q̃d fingi põt delirius;non solum ꝙ virtus in cælo naturalis vbi nulla stella/vbi nec
lumen/nec alia qualitas naturalis;sicuti nulla vnq; in eo gradu ad quem numerus ille
Cõfutatio. terminatur. Verum qm̃ ista dinumeratio ad libidinem quoq; fingitur/nec vllam hr̃e
põt physicã rõnem. aboasar nugacissimus reddere causam voluit hmõi partium; qď
antiquorum fecerat nullus. Sed ita tamen aliquid dixit/vt in summa loquacitate ni-
hil loquatur. Nã verboꝝ eius summa tandẽ hæc est;cũ fuerint planetæ duo significan

tes eandẽ rem distãtia que est inter eos habere vim quoq; significandi: sed illam ab ho- Rõ Aboasa
roscopo dimetiendã: qm̃ q̃ ventura sunt bona malaue sciantur cognito loco ad quem ris
rerꝝ suarꝝ significator ꝑuenit ab horoscopo: quare grã exẽpli cũ sol atq; saturnus syde
ra sint parentũ / interuallũ q̃ inuicẽ dirimunt ab ascendẽte nũerandũ: & in gradu q̃ fue-
rit nũerus eius futurã significatõem super parẽtes / vt in q̃ solis saturniq; ptãs in quen-
dã modũ quasi copulet. hæc ẽ subtilitas Aboasaris in qua supponit q̃d negat / quod
q; in primis a nobis irridet / eẽ. s. illi distantiæ talẽ vim: vt similis ĩterualli finis ducti ab
ascẽdẽte vim aliquã hẽat efficiendi: hoc quã hẽat rõem reddere debuit / q̃d cũ minime
faciat nõ est illa opĩonis rõ: sed narratio: q̃ nõ solũ: vt vidimus est inefficax: eẽ m̃ de quo
q̃rit nihil ꝓbat: sed ẽ falsa repugnãs pricipijs astrologorꝝ: qm̃ partiũ auctores (vt mox
diximus) prĩas partes fecerunt ipsorꝝ planetarꝝ nõ rerum & euẽtuũ: sed fuit a posteris
postea id excogitatũ. In partibus aũt planetarꝝ aboasaris rõ quẽ hẽat locũ / dicẽtis pres
accipi ab interuallo duorꝝ planetarꝝ candẽ rẽ significãtiũ / ꝓferti q; nullius planetæ pter
q; solis & lunæ per se distãtia accipit apd' Hermetẽ: qui auctor prius harꝝ partiũ fuit in
eo libro cui nomen fecit πορορετω. sed a planeta cuius pars q̃ritur & parte alterius lu
minariũ. Capit eñ venereã partẽ a parte solis & veneris: vbi deceptos Aboasarem &
Alchabitiũ prĩo libro notauimus. Mercurij a parte lunæ q̃ fortunæ d'r ipsoq; mercurio
vbi illi q̃q; aberrauerunt. Martis a marte parteq; fortunæ; Iouis a parte solis & Ioue: so
lis & lunæ ab inuicẽ / vt ẽ oĩbus manifestũ. Nec alias res significari vult per partes: q; q̃
quisq; planeta cuius eẽ d'r pars significat. Adde q; rerꝝ partes nõ accipiunt a plãetis eas
res apd' astrologos significãtibus; Q m̃ q̃dẽ mars fratres significat apd' oẽs: & tamẽ ps Hermas pri
fratrꝝ a Ioue atq; saturno: nũq; aũt accipit a marte: Et veteres oẽs partem cõiugij corro mus auctor
gant a satno cui planetæ cũ nuptijs nullũ cõiugiũ esse voluerunt. Cõmentum igitur il partium.
lius Aboasaris non modo leue & nugatorium supponentis id. s. de quo disputat: sed Aboasar
ab opinione auctorꝝ istius dogmatis de quo disputatur alienum Quos aliud mouit q; Alchabi.
quod iste nugator post tot sæcula somniauit. Fuit eñ erroris huius occasio prima talis
Visum antiquioribus orientẽ gradũ / hoc est horoscopũ soli rñdere: quare cũ luna pro-
pemodum soli super existimetur / alterꝝ esse horoscopũ voluerunt lunæ ꝓportiõe re-
spondens / nec alio loco potius statuendũ iudicarunt q; qui tm̃ distaret ab oriente q̃tũ
sol in qualibet genitura distaret a luna cum locum κληροστυχης .i. fortẽ fortunæ vo
cauerunt ob eam q; paulopost cãm cõmemorabimus. Docet hoc ip̃e Ptolomæus apo
telesmatum libro tertio cõmonefaciens quoq; illud oẽm antiquitatem conuenisse / vt
ab horoscopo tm̃ pars fortunæ distaret: q̃tũ a sole luna: nec variare sententiã eorũ qui
in nocturnis genituris a luna potius cõputant in solem: qm̃ ijdem ab ascendente ad añ Vnde nõ-
cedentia signa se cõuertunt: quare desinunt eo loco quo & illi qui a sole ad lunam sup men fortis
putantes ꝑ signorꝝ consequentia numerant; causam nois suspicor talẽ: nam cũ duos fortunæ
quasi horoscopos fecissent alterꝝ solis; alterꝝ lune illi quidẽ: hoc est vero atq; solari: cor
poris atq; animi fortẽ tribuerunt: isti vero lunari & aduẽtitio fortem fortunarꝝ: hoc est
rerꝝ earum quæ extra nos sunt: vt a primo nos ipsi: a secundo quæ nostra sunt fatũ for
tirentur: quare lunaris horoscopus sors fortunæ nuncupatus neq; ex alia re magis q; ex
ipsa de fortunis iudicat Ptolo. Nam vulgo fortes istæ partes dicuntur: loca vero apud
Maternũ. Hoc cũ receptũ iam foret Hermes quidã Aegyptius parꝝ spectata prioris in-
stituti ratione putauit a pari exemplo omniũ planetarꝝ fortes faciendas / atq; ita saturni
& reliquorum fortes constituit in libro cui titulus πορορετω vocauitq; partem Solis
σγαθοροδοιμορα: hoc est bonũ deum siue demonem / Iouis ρικηρ .i. victoriam Mercu
rij σρογικηρ id est necessitatem veneris; ερωτα. idest. amorem Martis τολμορ .idest
audaciam saturni; ρεμεσιρ. id est. nemesin / in quibus ordinandis hanc methodũ ob-
seruauit / vt vnamq̃q; partem acciperet a distantia ipsius plãetæ cuius ẽ ps ad partẽ aut
solis aut lunæ. Solis q̃dẽ ĩ venere & Ioue / lunæ ĩ cæteteris & vbi solis parte foret vten-
dum ab eo cõputus fieret ĩ diurna genitura; in nocturna vero a planeta ad partem;

cōtra fieret vbi fortunæ vtitur parte: sed & oīm duci numerꝫ ab horoscopo iussit; q̃a id
factū vidit ab antiq̃s infortunæ parte: cuius exēplo reliquas cogitauit: parꝫ animaduer
Paulus Alexandrinus addidit quatuor partes. tens eā (qualiscūq̃ sit cōiectura) qua motivereres lunæ sortē statuerūt nō conuenire in
reliquis plāetis: quibus cū sole nō ea vel paritas vel cognatio: vt illi aliq̃d vice horosco
pi rńdere sit necesse quēadmodū soli oriens correspōdet: verꝫ vtinā istis finibus hæc se
fingendi licētia cōtinuasset. Nā Paulus alexandrinus Hermete quē diximus aliq̃t sæ
culis iunior addidit partibus planetarꝫ partes q̃ttuor nō iā syderꝫ / sed rerꝫ parentū. s. fi
liorꝫ / fratrꝫ / & cōiugū: q̃d inuentū occasio fuit p̄terea ita delirādi: vt innumerꝫ numerꝫ
effingētes fere q̃squiliarꝫ partē in cælo designarent. Nā & cicerꝫ & fabarū / & lentis / &
Innumerus numerus partiū. ordei & ceparꝫ / & mille rerꝫ hmōi partes apđ arabes oēs & latinos legis auctores chal
chaldæos partibus nō vsos. dæos nullis vsos partibus nō tā moueor: vt credā q̄m inuentū fuit Aegyptiorꝫ q̄ q̄m
Porphyrius institutōes scribens Apotelesmaticas ex Chaldeorꝫ snīa / paitiū nusq̄ me
minit: Ptolomæus p̄ter fortunæ partē reliquas oēs abominat̄: q̄q̄ rectius etiam illam
contēpsisset cū horoscopū lunæ & quicq̃d in eo cōminiscunt̄ vanū & arbitrarium sit.
Porphy. Sed vr̄ erratū illi veniabiliter cū ad ea respicit̄ in quæ de vnius partis exemplo / astrolo
gorꝫ licentia futili temeritate / ꝓlapsa est. Qui cur distātias seruent planetarꝫ duorum /
curq̃ illam numerent ab horoscopo / cā iā patet; q̄m. s. ita factū in fortunæ parte repe
Aboasar rerunt / in q̃ fctīm ida veteribus; q̃a quasi horoscopus q̃rebat̄ / quare in ea distantia fuit
Ad expimēta astrologos nō posse cōfugere ob auctorū dissidētiam. collocāda ad oriētē / in qua sol a luna mouebat̄ / postea originē dogmatis nesciētes suas
ibidē quales narrat Aboasar fabulas cōfinxerūt. Qui si potius expimētis q̄ rōne mo
tos se dicāt / rńdebo q̄ hactenus sp̄ feci nō ēē experimētis auctoritatē / super q̃bus eq̃li
hoīes auctoritate nō cōcordāt. Euenit aūt & hoc in partibus; vt in oī dogmate astrolo
gorꝫ. Et primū ip̄am fortunæ partē alius fere semper alio loco statuit. Q̄m Ptolomæ
us seu diurna fuerit gēitura / seu nocturna cōputādā a sole ad lunā p̄cipit: alij a noctur
na genitura cōputādū a luna ad solē affirmāt partē veneris. Heliodorus & Maternus
a parte demonis ad venerē interdiu nocte cōtra Alchabitius sequēs aboasarē a p̄te for
tunæ ad partē dæmonis in nocte. Interdiu a dæmone ad fortunā. Abēzagel a Venere
in fortunā / & die & nocte pariter accipit. Parētū partē arabes in diurna a sole in satur
nū; in nocturna natiuitate a saturno in solē accipiūt / Heliodorus si saturnus radijs oc
cultet̄ si nox fuerit aut dies a marte pergit ad Iouē. Partē fratrum maternus nocte a Io
ue in saturnū. Græci nocte sed interdiu a saturno in Iouē. De cōiugio dissonāt mirū i
modū; Nā si mariti sortē inq̃tas Alchabitius semper a sole nūerat in venerē. Heliodo
rus in venerē q̃dē sed a saturno. Maternus ex antiq̃rꝫ snīa iubet: vt īterdiu q̃dē a sat̄no
eamus ad venerē nocte vero a venere incohemus / se vero q̃d alij q̃q̃ p̄cipiūt multis in
genituris ꝓbasse testat̄; vt in diurna nocturnaq̃ genitura a sole ad lunā semper cōpute
tur. Q̄d̄ si fœminę geniturā perscrutemur. Iubet Maternus interdiu a marte in vene
rē cōputari / nocte a venere ad martē. Alij sp̄ a venere ī saturnū: quā Abēzagel Vellij
Alchabitius Hermetis ait ēē snīam. Abēzagel ꝓbat; vt a luna in martem sp̄ accipiatur
Alij sp̄ a sole in martē sic in reliq̃s dissidēt / sed tediū oīa ꝓseq̃. Partē p̄egrinatōis arabes
a domino nonæ in minutias primas ip̄ius / Græci a sole in martē. Partem hęreditatum
illi q̃dem a saturno in lunā: hi vero a saturno in venerem. Seruorꝫ illi a mercurio in Lu
nam; hi a Marte in lunam. Partem matris antiqui omnes a saturno in lunam cōputāt;
numerum deinde ab horoscopo percensentes: vt in omnibus facere veteres consueue
runt. Arabes eam a luna quærunt in minutiam primam octauæ domus: supadduntq̃
tot gradus q̃t saturnus ex signo in quo est perābulauerit: & quātacūq̃ cōputus fecerit
summā tantā ab initio signi in q̃ ē saturnus per sequentia deinde signa. sed nō tā ocio
si / vt oēs eorꝫ fabulas memoremus; illud certe constare cuilibet potest non niti fideli
bus experimentis: quæ sibi quisq̃ pro arbitrio dogmata confinxit.

Caput XIX Dodecathemiorū snīa exploditur & auctores eorum. Aegyptij
cum suis quoq̃ climatericis annis reijciūtur.

Ar insania Dodecathemorioꝝ pariq; rōne quā partes exsibilanda/nō aūt Dodecathemorion illud intelligo; cuius supra meminimus: qđ est signi cuiusliber pars.xij. Sed qđ tradit a Materno græcisq; scriptoribus in hunc modū: cuiuscunq; inquiunt stellæ volueris Dodecathemorion quærere partē eius duodecies cōputa: siue illa signi in q̄ est planeta pars decima siue quinta/seu quouis alio numero fuerit tam quātas summa cōputationis confecerit diuides eas singulis signis triginta dispartiens. Sed a signi primordio sumes initiū in q̄ stella est cuius Dodecathemorion quæris & in quocūq; signo postremus venerit numerus ipse tibi partē Dodecathemorij ostendit. Exemplū huius pone: Solem in Arietis parte quinta & minutijs.v. si quinq; duodecies multiplicaueris erūt ptes sexaginta/minutiæ unā faciēt partē atq; ita erūt ptes sexagintaunæ. Dabis Arieti in q̄ Solem esse diximus/triginta: Tauro triginta Dodecathemorion in pria geminoꝝ inuenieś. hoc inuento q̄d vanū magis: aut futile pōt excogitari: cū per numeros istos nulla tñ vis Planetæ: nulla qualitas eā in partē transmittat. Qđ si obseruatū dicit euentis tā respōdere/obijciam Paulū Alexandrinū auctorē grauissimū apud ægyptios/quoꝝ illud potissimū fuit inuentū/qui talem obseruationē deprēdisse falsam attestat; quia nouā ipse methodū ītroduxit cōtra veteꝝ oīm opinionē; ut nō duodecies ptes illę multiplicarent; sed terdecies. s. illi cōputatio antiqua nō succedebat utpote falsa & cōmenticia. Et qm̄ aliqñ terdecies multiplicando eueniebat ei qđ quærebat; more astrologoꝝ ex uno successu dogma instituit. Hæc sunt illa mysteria ægyptioꝝ; quoꝝ sententias velut oracula supstitiosum vulgus adorat/quoꝝ doctrina ne dū habet aliqd diuinitatis; sed ridicula etiam semidoctis. Nam si qua foret astrologia nihil minus ægyptij q̄ astrologoꝝ nomē mererent/qui & reꝝ q̄ sunt in cælo veraꝝ & naturaliū/hoc est syderū & stellaꝝ motus ignorabāt/ut infra dicemus: & in p̄dicendo plus istis fallaciosis somnijs vtebant/q̄ stellis & planetis. Scribit Heliodorus Mercuriū trismegistum; qui ptes Planetaꝝ primus inuenit viam aperuisse: unde p solas illas partes nulla alia re spectata pnūciari possit de oībus pariter monomerijs & dodecathemorijs mirū quantū in omi p̄dictione tribuebāt: vñ eos oblique notas Ptolomæus prudētissimus astrologoꝝ ait sua se dogmata traditurū υμδισκληρον καισρισ μωρ σφαιτιολογωρ quæ sint oīa περιττος υποτωρ πολλωρ φλυαρουμερα και μηπιθαρορ εχορται λογορ hoc est nō per partes & numeros inefficaces & causæ rationē nō habētes: q̄ sup flue multi nulla ad persuadendum rōne fabulant; cū aūt numeros dicit; & q̄ reprendimus dodecathemoria notat; & qui climatericos annos faciunt ex numeroꝝ sola obseruatione: ut enneadicos & hebdomaticos, unde multis molesta senibus superstitio sup anno sexagesimotertio; qm̄ peius angui tygrideq; formidant, sed peccat in his vulgus errore veniabili/qui philosophi esse volunt quis excusauerit.

Quid Dodecathemorion de quo hic agitur.

Exemplum

Confutatio Paulus Alexandrinus. qa falsa hec deprēdit aliam excogitauit cōputationē. Cōtra ægyptios

Pto. astroſogoꝝ prudētissimus

IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS. LIBER SEPTIMVS.

¶Caput primū. Quid hactenus disputatū: & quid in hoc libro disputandum

Actenus nulla esse astrologia demōstrabat ablata syderū efficientia qđ ex phīa; ex syderū dignitate; conditiōe reꝝ inferioꝝ; & fide experientiæ rōnabiliter dicia a nobis ōndebamus. Tū si illa efficiāt qđ opinant astrologi; q̄re hec tñ aliter faciant q̄ sit ab illis excogitatū/pbauimus nullam de ista efficientia & cōsequēter de futuris rebus cognitionē illis esse possibilē. Nunc illud nobis agendū/ut si fieri cælitus hęc cōcedamus: & quō ab illis est confectum/hoc est ab hora primordiali sortiri res oīnes fata sua de cælo; qđ tñ cuiusq; rei sit fatū sciri ab eis nō posse declaremus. Est aūt hoc illis primū necessariū si assequi debent; ut q̄ sit cui q; hora fatalis certissime habeant exploratū; qđ nec sciri posse aut scitū certe ab eis non esse presentis libri disputatiōe docebimus. Et qm̄ rerū variaꝝ principia varia statuunt de principio hoīs primū disputabimus: & illud esse in ambiguo declarantes; & omnino qualecunq; sit/illud certe nō esse quod ab astrologis existimatur.

Cōtinuatio huius li. cū p̄cedētibus.

¶Caput II Ambiguam esse horã fatalem si qua esset in omibus rebus quæ nõ momẽto sed tempore absoluunt̃/& in hominibus maxime: in quibus genitura parũ roboris habere videtur.

